ACTUARII
DE
URINIS

1670

CAL SOCIETY of LONDON.

No.

I. EVERY member deſiring a book, ſhall apply for it between the hours of ſix and eight in the evening on Mondays, and five and ſix on other evenings; and ſhall write down on a ſlip of paper, the number and title, and ſhall ſign and date it; The librarian or his deputy ſhall file the paper, and ſhall deliver it back, or cancel it, when the book is returned to the library; and any perſon taking a book without ſuch written acknowledgement, ſhall forfeit three times its value.

II. No member ſhall have more than two volumes at a time in his poſſeſſion.

III. Any member detaining a pamphlet or volume in duodecimo above one week; an octavo two weeks; a quarto three weeks; or a folio four weeks, ſhall be liable to a penalty of one, two, three, or four ſhillings, in proportion to the ſize, for each week he ſhall detain it, provided ſuch penalty exceed not half the value affixed to the book by the council.

IV. Manuſcripts, and books of value, are not to be taken out of the library without a written permiſſion from the council.

V. All pamphlets and books ſhall remain in the library for the ſpace of one, two, three, or four weeks, (according to their ſize,) after they have been received.

VI. A member who ſhall loſe, or injure a book belonging to the ſociety, ſhall replace it, or make ſuch compenſation as the council may think proper.

VII. No member without leave of the librarian or his deputy, ſhall take any book from its place.

VIII. All books ſhall be returned before the general meeting in March, for the inſpection of the librarian on entering into his office. Every perſon neglecting to return a book at that time, ſhall forfeit half its value.

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

ACTUARIUS, J.

65004/A

Db 17

XIII 3

ACTUARII OHANNIS ZACHARIÆ FILII,

Græciæ Medici principis,

DE URINIS

LIBRI VII.

Accedunt huic editioni aliorum medicorum diſſertationes de Urinis,

Quorum nomina verſa pagina indicat.



LONDON · MED...
...OCIETY OF

TRAJECTI ad RHENUM
x Officinà GISBERTI à ZYLL, Bibliopolæ
Anno cIↃ IↃ C LXX.

In hoc Libro continentur.

Actuarii, Johannis Zachariæ Filii, Græciæ Medici principis de Urinis Libri VII.

Jodoci Willichii, de Probationibus Urinarum, cum Scholis Medicis *Hyeronimi Reuſneri Leorini M. D.* & Remedia plurima ex Urina deſumpta.

Thomæ Willis, Diſſertatio de Urinis.

Guielmi Strateni, Reip. Ultraj. Med. Doct. & in ejuſdem Inclytâ Academiâ Med. Practici & Anatomes Profeſſoris Ordinarii, Diſputationes Medicæ tres, de Erroribus Popularibus, de Fallaci Urinarum Judicio.

Ariſtotelis Stagiritæ & *Antonii Tileſii*, Liber de Coloribus, quem ut plurimum ad Urinarum differentias intelligendas, Studioſis profuturum, huic operi adjungendum putavimus.

habent; hoc enim modo doctrinam & ſcientiam Medicorum experiuntur & explorant; ignorant enim miſeri quid illos, & quid demum medicos exercitatos deceat: ſed quid mirum Rude & indocile vulgus (ut *Flaccus* ait) *quid diſtant æra Lupinis ignorat.* & ſic facillime à vero aberrat, nec bonum à malo, genuinum ab adulterino, etiamſi conferantur, diſcernere aut eligere novit; eſt enim eorum ingenium ita ſtupidum atque ignavum ut multi ex iis admodum ſocordes, uti ſues, perpetuo in ignorantiæ luto devolutari malint, quam inquirere in præſtigiatorum & circumforaneorum fraudes: quę ut magis magiſque innoteſcerent & detegi poſſent, ſubjungere huic tractatui viſum fuit *Jodoci Wilichii* liber de probationibus Urinarum, ut & Diſputationes de Erroribus Popularibus de Fallaci Urinarum judicio, quondam in Acadmiâ Ultrajectinâ publicè ventilatæ à Clariſſ. Doctiſſ. Viro Guilhelmo Strateno tunc Profeſſore Medicinæ primario, nunc Principis Auriaci archiatro; ubi Errores & Fallaciæ in Urinis judicandis ſummatim & compendioſe comprehenduntur,

diſcutiuntur, ac refutantur; hoc modo itaque detectis circumforaneorum & medicaſtrarum fraudibus & diſcuſſis erroribus popularibus, gratum opus, ac medicinæ ſtudioſis utile, me feciſſe arbitror quod librum hunc vetus novum, vel ut græcè mollius dicam) βιβλίον παλαιόκαινον Typis meis excuſum Lectori φιλιάτρῳ offero, quem ceu gratæ mentis ſymbolum fronte ſerena admittatis, rogat

Tuus ad omnia

GISBERTUS ZYLIUS,
Typographus Ultrajectinus.

LECTORI

ΦΙΛΙΑΤΡΩ.

CUm ad manus meas perveniſſet hic commentarius Actuarii de Urinis, operæpretium putavi illum Typis meis imprimere & Παλαιόκαινον publico dare; rides? & me ænigmata loqui putas; at ipſe quæſo doce alio nomine appellandum cenſeas cum librum qui ante quatuor ſæcula conſcriptus, per ſæculum & ultro latuit & nunc rurſus Typis meis excuſus, ſe noſcendum præbet: ultimo enim eum cum cæteris auctoris operibus excudit Henr. Stephanus anno 1564: Hic vero Actuarius unus è Medicis Græciæ principibus qui poſt Hippocratem & Galenum fuerunt, vixit Tempore Irenes & Johannis Comneni Imperatoris Conſtantinopolitani, Anno Chriſti 1130. ut refert Georgius Acropolita. cap. 39. & Duca Michaël. p. 3. fuit in ſumma apud Imperatorem dignitate, ut apparet ex cap. 2. Codini Curopalatæ: *nec ultima laus eſt Principibus placuiſſe viris.* Legatus enim

ab Imperatore miſſus fuit ad Hyperboreos Scythas, ut ipſe teſtatur in principio libri de methodo medendi: Princeps hic medicus ſeptem hos, præter alios, de Urinis ſcripſit libros, ubi Lectorem monet *de certis quibuſdam regulis in judicio obſervandis*, eaſque jubet *diligenti examine ad communem utilitatem excutere*, quibus animadverſis tandem *de Urinis judicare:* cum enim Medicina artium omnium ſit difficillima, quæ probè exerceri non poteſt, niſi Medicus præſto ſemper adſit ægris, quis ergo non rideat ſtultum hoc genus hominum qui à circulatoribus, ac medicaſtris dementati & faſcinati (ut opinor) ſibi perſuaſum habent, nihil tam abditum, occultum, abſtruſum in homine eſſe, quin ex ſola & unica lotii inſpectione cognoſci poſſit? quamobrem recte officium ſuum præſtare putant dum Urinam ægrotantium ad varios deferunt medicos, tum bonos ac peritos, tum ſycophantas, circumforaneos, medicaſtras; & quicunque inter hos omnes, acu (quod dici ſolet) rem attigerit & recte divinaverit cum reliquis omnibus anteponunt, atque huic fidem habent;

mutilam eſſe, quod explicatam non haberet Urinarum cognitionem, ſumma ope nixi ſunt illam tractare atque complere. Sed tamen ut maximis conatibus ſperavere opus exigere, ita operam oleumque perdiderunt. Tractatibus enim de Urinis, quos ſcripſere, non modo omnis analyſis & ordo omnis abeſt, verumetiam confuſio ingens, & profunda obſcuritas, incertaque ſententia, atque plurima falſitas inſita eſt. Neque mirum id cuiquam eſſe debet. Arabes enim tam philoſophi quam medici omnem diligentiam adhibentes referendis aliorum, & Galeni ſententiis, vim tractandi artiſque prudentiam neglexerunt. Raſis namque maximum librum congeſſit, aliorum ſolummodo præcepta reſcribens. Aliabas item uſque adeò inhæſit Galeni dictorum recitationibus, ut ſimia Galeni à poſteris appellatus ſit. Avicenna quinimo præterquam quod tranſcriptor fuit Aliabatis, & Raſis, etiam interpretem Galeni ſeſe faſſus eſt. Nam interpres idem dicit, quod antea ab eo, quem interpretatur, dictum eſt. Nec aliter feciſſe Iſacum atque cæteros, compertum eſt. Ob eam rem accidit, ut ſicuti imperitis hi maxime periti apparent, ita à vere doctis dijudicantur indocti. Siquidem reſcribendo aliena, videntur multa calluiſſe. Suopte vero ingenio ubi eorum quiſquam rem de Urinis non ab aliis ante tractatam docere ſtudet, is manifeſte arguitur ignoraſſe. Inſula enim eſt omnis, quam

fecerunt,

fecerunt, de Vrinis tractatio. Averrios quoque interpretando Ariſtotelem, frequentius expoſitiones Græcorum interpretum retulit ut ſuas. Quamobrem latinis hominibus, qui Græcas literas ignorarunt, viſus eſt apprime doctus. Vbi vero ſuis navigare velis eſt auſus, navem impegit. Nam præter cætera, in tractatu ſuo de ſubſtantia orbis, præterquam quod multas ſententias falſas inculcavit, non etiam eſt conſpectare analeſin ullam alicubi, vel doctrinam quæ ordine ullo procederet, ut latius in caſtigationibus adverſus ipſum demonſtratum eſt nobis. Quinetiam Avicenna dum res naturales & divinas ingenio proprio tractare aggreſſus eſt, uſque adeo argutule diſputavit, ut pro ſperata gloria, mali philoſophi nomen indeptus ſit. Actuarius autem de Vrinis ſcripturus, nihil habuit antiquius, quam ut omnem cognitionem Vrinarum analetica, & artificioſa tractatione colligeret. Septem enim libros de Vrinis compoſuit, quorum primus de differentiis Vrinarum eſt. Secundus ac tertius, de earum judiciis. In quibus diligentiſſime explicata comperitur omnis ratio quæ ſpectat ad momentum, quod an res ſit, appellatur ab artis demonſtrativæ magiſtris. Quartus vero & quintus liber cauſas docent eorum quæ prætractata erant in ſuperioribus. In quibus libris abſolvitur alterum analeticæ facultatis momentum, quod illi vocant Quamobrem, vel propter quid ſit. Sextus item ac ſeptimus habent prævidentias ex Vrinis, & prognoſticas meditationes: quorum

AMBROSII LEONIS NOLANI, IN ACTUARIUM DE URINIS, Ad CAMILLUM FILIUM.

Præfatio.

OPeram arti Medicæ jamjam daturo tibi Camille fili, ſcias ſummopere opus eſſe, ut duas comites habeas, eaſque non comites ſolum, verumetiam exploratrices ac fides, certaſque nuncias rerum & viarum, per quas tutè iter facturus es. Quarum altera, eſt exacta pulſuum ſcientia, altera Vrinarum exquiſita cognitio. Quandoquidem ſine comitibus his ipſis, tanquam in denſo invioque nemore viarum ignari viatores eundo aberrant, ita in arte medica, qua velis parte procedant medici, quorſum tendant, hallucinantur. Quod ut medicis res eſt omnium turpiſſima, ita etiam ægrotis & ſummo periculo, & incommodo maximo eſſe reperitur. Medici enim male ſanos curandi fruſtrati erubeſcunt, ac dimittuntur, domoque turpius ejiciuntur, illi pro valetudine recuperanda vel dolorem ſubeunt ingentem, vel mortem citam oppetunt. Nullum enim damnoſius medicamen adhiberi ægris poſſe videtur, quam ignari medici conſilium. Veruntamen ſcientiam de pulſu,

optimè tractatam à Galeno diſcere licebit. Urinarum vero cognitionem, ut à nullo alio doctorum capere poteris, ita plenam & exactam Actuarius Græcus autor literis mandaſſe comperitur. Quod opus, de Græca oratione in Latinam vertimus, idque ut ipſum legeres, diſcereſque in primis: atque ut duces duos ſummos ſummè neceſſarios, quos ſequaris, haberes. In quo quemadmodum Actuarius ſuper omnibus medicis qui ſuperioribus ſeculis illuxerant, cenſuit, ita nos quoque judicaverimus de cæteris qui ab Actuarii temporibus ad uſque noſtram tempeſtatem excelluiſſe creduntur. Monuit enim vir ille, neminem philoſophorum medicorumve qui ante ipſum floruerant, exquiſite de Urinis diſputaſſe. Quamobrem artem Medicam hoc veluti pede carentem, eatenus claudam iviſſe, mancamque jacuiſſe, demonſtravit. Quam deinde ſummis ipſe lucubrationibus, ſtudiiſque aſſiduis adhibitis ſanavit, atque perfectam reddidit. Nos vero etiam affirmamus, nullum ullubi, quantum legendo cognovimus, poſt Actuarium apparuiſſe philoſophum medicumve qui de Urinis diſputare ſciviſſet. Raſis enim & Aliabas, & Iſacus, & Avicenna, qui inter Arabes medicos præſtitiſſe leguntur (Latinos taceo, qui nihil ſuper Urinaria materia præter paucula quædam carmina literis tradiderunt) dum etiam non lecto Actuario, animadverteernt medicam artem

mutilam

ANNOTATIO CAPITUM,

Eornm quæ in libro de differentiis Urinarum continentur.

CAP. I. *Quod tractatio quæ de Urinis, utilis ſit.*

CAP. II. *Quod nemo antiquorum uſque ad noſtra tempora, de Urinis exacte tractaverit.*

CAP. III. *Quod tria ſint ſtatuta, & prima principia humani corporis.*

CAP. IV. *De apparatu ſanguinis, atque reliquorum humorum in quo de Urinæ generatione.*

CAP. V. *De ſuperſluitatibus, quæ in unaquaque concoctione ſequeſtratur.*

CAP. VI. *Adverſus eos qui opinantur inutilem eſſe conſiderationem quæ fit ab Urinis.*

CAP. VII. *Quod nihil è ſignificantibus paſſiones, ſufficiens ſit ad univerſam conſiderationem de paſſionibus.*

CAP. VIII. *De differentiis colorum qui in corpore Urinæ videntur.*

CAP. IX. *De differentiis ſubſtantiarum ipſius Urinæ.*

CAP. X. *Adverſus eos qui opinati ſunt, cauſam qua craſſeſcunt Urinæ, eſſe à frigore foris aſſiſtente.*

CAP. XI.

CAP. XI. *De differentiis colorum earum rerum, quæ in Vrinis continentur.*

CAP. XII. *De differentiis ſubſtantiæ contentorum in Vrinis.*

CAP. XIII. *De differentiis locorum contentorum in Vrinis.*

CAP. XIV. *De lævitate & oppoſitis contentorum in Vrinis.*

CAP. XV. *De hypoſtaſi orobea, furfurea, laminea, atque ſimilacea.*

CAP. XVI. *De differentiis eorum quæ complicantur in contentis Vrinarum.*

CAP. XVII. *De differentiis eorum quæ natant in ſuperficie Vrinæ.*

CAP. XVIII. *De bullarum differentiis, & de diffinitione coronæ.*

CAP. XIX. *De differentiis coronarum corporis Vrinæ quæ ſunt alterius generis.*

CAP. XX. *De variatione colorum & ſubſtantiarum Vrinarum.*

CAP. XXI. *De varietatibus contentorum & ordine, & inordinatione uniuſcujuſque eorum.*

quorum mens nihilo minus eſt propter quid hoc ſolo differens à ſuperiore. Nam illic cauſa redditur effectuum præſentium, ut prævidentiarum libris, cauſa comminiſcitur effectuum, qui neceſſario ſunt proventuri. Præter hæc de Actuario non hactenus apud quenquam hiſtoricum qui nos doceret, qui vir is, & cujas eſſet, legimus. Sed tamen in iis, quæ ipſe diſputavit, clare ſpectare eſt, viri divinum ingenium, ſcientiamque rerum profundam uſque adeo, ut nemini cedens, aut metuens, aut obſecutus, ſua Minerva potius vigens, atque fretus, rem omnem propoſitam doctiſſime videatur explicuiſſe. Siquidem præter hoſce ſeptem libros, qui de Urinis ſunt, etiam magnum opus compoſuit, in quo omnes medicæ facultatis ideæ ſumma diligentia & arte tractatæ continentur. Tuum itaque poſthac eſt, fili mi, ut te habilem, accinctumque tanto magiſtro pares, atque offeras, ut & optimo præceptori optime diſcipulus reſpondeas, & munus laboremque noſtrum hunc, quem, ut te muniremus, ſubivimus, bene locatum in te eſſe oſtendas. Utque demum (quod omnium maximum eſt) ægroti, qui curationibus tuis ſalutem ſui corporis ſint commiſſuri, neque opinione, neq; ſpe concepta pacto aliquo fruſtrati à te eſſe videantur. Quibus gradibus, non ſolum doctus atque amplis fortunæ bonis ditatus evaſeris, verum etiam Deo charus, cunctiſque mortalibus qui te norint, perquam gratus extiteris, quo nihil melius optabiliuſque homini contingere poſſe compertum eſt.

INDEX

INDEX LIBRORUM DE URINIS,

Sapientis viri

ACTUARII.

De differentiis omnibus Urinarum, lib. I.
De judiciis Urinarum, lib. II.
De cauſis Urinarum, lib. II.
De prævidentiis ex Urinis, lib. II.

ANNO-

ACTUARII JOANNIS ZACHARIÆ FILII, DE DIFFERENTIIS URINARUM

LIB. I.

Ambroſio Leone Nolano interprete, ſumma cura & diligentia à Jacobo Goupylo recogniti.

PRÆFATIO.

Cum magno olim ſtudio in his verſarer, quæ gratiam & delectationem tantiſper adferunt, dum leguntur, dignum aliquid alacritate atque egregia illa mea voluntate poſteris relinquere in animo habebam. Verùm cùm aliis diſciplinis eruditus, in rebus tamen inanibus operam ponerem: deſerendum hoc ſtudium putavi, in eamque commentationem mihi incumbendum duxi, quæ (ſi qua in me ſcribendi facultas eſſet) utilitatem aliquam adferret. Siquidem qui argumenta hæc inania tractant, magnam dicendi vim, qua perſuadeant, cum venuſtate conjunctam adferant oportet, qua nos eatenus indigemus, ut ſermone res ipſas oſtendere poſſimus. Si quis autem optima argumenta tractanda ſuſceperit, etſi elegantis orationis ornatus ei defuerit, perſuaſurum tamen eis qui utilitatem audierint, quam ſermone pollicitus fuerit, puto: atque ita eos damnum quod ex incompta oratione erit, toleranter laturos.

Quæ cum conſiderarem, neglecto orationis ornatu, dicendi genus quod ſimplex ratio poſtulat, amplexus ſum. Ita enim ſimplicibus & orationis artificio minimè eruditis utilitatem me allaturum putavi. Cùm igitur multiplex variumque ſit ſcribendi argumentum, aliique alia dicant, & ſuadeant: nullum tamen majore omnium approbatione, quam quod de humani corporis natura eſt, tractandum ſuſcepimus. Etenim ſi qui neque de corpore neque de anima quidquam ſcripſerint, ſic probantur, ut magnam hominum vitæ utilitatem attuliſſe videantur: multò magis laudandi ſunt, qui ea literis mandarunt quibus humani corporis natura comprahenditur. Quare cum hæc ita ſe habeant, lubentius in his verſabor, quæ utilitatem aliquam allatura ſunt, quàm in his quæ delectationem aliquam tantiſper allatura ſunt, dum audiuntur. Varia igitur cùm ſit humani corporis conſideratio (alia enim de elementis: alia de fœtus formatione: alia de corporum inciſione tractatio eſt) tractationi quæ de morbis eſt, cùm & ipſa varia, & multiplex ſit, quatenus ad eorum cognotionem pertinet, inſiſtam.

DE

DE DIFFERENTIIS URINARUM.

LIB. I.

Quod tractatio de Urinis utilis ſit.

CAP. I.

CUm multæ res ſint ex quibus morbos, quibus afficimur cognoſcere poſſimus, tum quæ de Urinis tractatio eſt, ad morborum cognitionem multum confert. Quæ una res me impulit ut hanc tractationem præſertim, cùm viderem rem hanc à nullo adhuc tractatam, ſimul & quàm magno ea uſui eſſe poſſit. Igitur cùm omnis de Urinis diſputatio à nobis in quatuor diviſa ſit: * In differentiam, judicium, cauſſam, & prævidentiam: differentias primùm adjuvante Deo attingam.

* εἰς διαφορὰν δηλονότι καὶ διάγνωσιν καὶ πρὸς τούτοις αἰτίαν τε καὶ πρόγνωσιν.

CAP. II.

Quòd nemo antiquorum nobis cognitorum perfectè hanc rem tractarit.

QUandoquidem autem viri harum rerum periti, qui nos anteceſſerunt, parum accuratè de his, neſcio quo modo, ſcripſere; Sapientiſſimus enim Hippocrates cùm pauca quædam σποράδην. i. ſparſim de Urinis dixiſſet, imperfectam tractationem reliquit.

 Galenus

Galenus quoque hujus rei maximè & ipſe intelligens, hanc medicinæ partem parum accuratè tractaſſe videtur. Eatenus enim hanc attigit, quatenus utique par erat ipſum perſuadere multitudini Urinarum conſiderationem humanis corporibus utilem eſſe: quod reliquum eſt, neglexit. Quin & magnus Alexander, & Theophilus, ac alii quidam, qui in hanc rem diligentiùs quàm alii incubuiſſe videntur, hanc tractationem imperfectam reliquerunt, ut qui ab ipſa velut experientia orſi, neque differentias, neque cauſſas, neque alia quibus tractatio abſolvitur, poſuerint. Cùm (inquam) medicam artem tum Hippocratis & Galeni monumentis, tum aliorum virorum qui poſt hos multa invenerunt, illuſtriſſimam atque excultiſſimam viderem: eam verò partem quæ de Urinis veluti claudam, & aliquo qui eam attolleret indigentem, hunc laborem mihi injunxi, diſputationemque hanc Dei immortalis verborum ſuppeditatoris ope fretus, aggreſſus ſum. Si igitur à nobis pro artis dignitate tractata ſit, gratia Deo agatur omnis ſapientiæ nobis authori. * Quòd ſi quod contendebamus conſequuti non ſumus, nemo ob id nos repræhendat: ut qui quod volebamus & contendebamus non obtinuerimus: humanum enim eſt ab † eo quod decet aberrare, quin potiùs judicio præditus veniam det, & quæ haud rectè dicta ſunt, expungat, in eorumque locum meliora ſubſtituat

* *εἰ δὲ πολλῷ τῆς σπουδῆς κατόπιν.*

† *τοῦ δέοντος, ab eo quod decorum eſt, & perfectum.*

u

ut enim nemo non laudaverit eorum egregiam voluntatem, qui quomodolibet de Republica benè mereri ſtudent: ita malos, bonoque publico invidenteis habere eos oportet, qui animi alacritatem eorum criminantur, qui meliora ſequuntur: atque id quidem me à crimine vindicaverit, quòd amicorum qui me eò pertraxerunt precibus paruerim. Cùm autem ars medica quo loco Urinas tractat, manca ſit, futurumque ſit ut ob multorum reprehenſionem omninò negligatur, de Urinis tractationem aggredi, maximè rationi conſentaneum mihi viſum eſt. Sic igitur ſermonem noſtrum auſpicemur.

CAP. III.

Quòd tria ſunt prima principia ex quibus humanum corpus conſtituitur.

CUm tria ſint quæ vitam humanam conſtituant: ſcilicet Cor, hepar, & Cerebrum: Corque primas habeat partes, ut quod ſit velut theſaurus, * naturalis caloris ac vitalis roboris, & affectus ex quacunque cauſſa, tum ipſi accidentes, arteriarum perpetuo motu inlicet, tum qui in reliquis corporis partibus ſunt, quæ cum eo veluti principe communionem habent. Hepar verò ſecundæ dignitatis ſit, ac caloris cordi inſiti magis particeps ſit quam aliæ corporis partes, idque per venam cavam appellatam, quæ omnium venarum principium eſt, ſicque ei faciendi ſanguinis

* Ἐμφύτου θερμότητος, *i. inſiti nobis caloris.*

vis ab opifice natura commiſſa. Tertium autem cerebrum ſit, ſenſum motumque ac actionem ἡγεμονικὴν corpori ſuppeditans: communicentque inter ſe, ac conſortii lege patiantur, cum una ſit in omnibus confluxio & conſpiratio, nos de vi hepati inſita dicere propoſuimus. Siquidem hepar vim ſanguinis efficiendi à natura habet: Urina verò ſanguinis colatura eſt. Sed ut ſermo clarior ſit, de ſanguinis apparatu priùs diſputare par eſt, deindè de Urina, ut ſermo ſerie quadam procedat.

Cap. IV.

De apparatu ſanguinis & reliquorum humorum in quo de Urinæ generatione.

CIbo igitur in ventriculo alterato & concocto, cùm meſaraicæ venæ, quæ originem ab hepate habent, per [a] ramalem vocatam venam, ventriculum ipſum & inteſtina exſuxerint, & veluti emulſerint quod purius eſt, cibum in chylum mutatum tanquam per colum trahentes, ipſum ad cavam hepatis partem trajiciunt, virtutique ſanguinis effectrici tradunt, hic igitur (ſi nihil impedimenti fuerit) dum in ſanguinem alteratur quicquid tenue ac acrius in eo fuerit, id omne veſic

*bilem

[a] *στελεχιαῖαν i., quæ inſtar trunci eſt. Galenus ſcribit initio li.* περὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν ἀνατομῆς, *venam eam quam vocant* ἡπατῖτιν καὶ κοίλην, ὅσον τι πρέμνον ὑπάρχειν τῶν καθ' ὅλον τὸ σῶμα φλεβῶ[n] *i. venam jecorariam aut cavam appellant eſſe veluti truncum omnium venarum quæ in corpore ſunt.*

*bilem excipiens,[b] ad gibbum hepatis collocata attrahit, pauco admodum exactam illam † ſecretionem ad aliquam utilitatem effugiente. Si quid autem terreſtris & melancholici humoris genitum ſit in ſanguine, idipſum lien *qui è regione adjacet, attrahit, naturalibus quibusdam tractionibus, unoquoque id quod proprium eſt attrahente. Tertium verò, qui ſeroſus humor eſt, relinquitur. Veruntamen non etiam in hoc loco humor is vacuatur, ſed ad majorem uſum, † ſervatur à natura: quandoquidem tam ratione quàm ſenſu compertum eſt, ſanguinem craſſiorem eſſe ac ineptum ad penetrandas venas parvas, hunc verò humorem ſeroſum & facilè tranſeuntem eſſe: tum ob id natura *indiſcretum ipſum ſervavit, tum etiam quòd ipſa erat à concavis hepatis partibus ad convexas chymum trajectura, & venæ cavæ conjunctura, ducente ſeroſo humore. [c] Quæ deindè conjunctos humores parum alteravit in venæ cavæ ramo, qui à figura lambda Græcæ literæ lambda vocatur: conceſſit renibus, ut trahe-

* χοληδόχος
† διάκρισιν.
* ἀντιπαρακείμενος.
† ἀποτεταμιευθῆναι, *quaſi aicas, à natura reconditus eſt.*
* ἀδιάκριτον.

b *Galenus ſcribit in fine lib. 6.* ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων χολώδους πόρους *non eſſe in gibba parte hepatis &* κύστιν *eſſe* ἐν τῷ μεγάλῳ λόβῳ τοῦ ἥπατος. *Id quod etiam in corporum inciſione videre licet, legendum igitur videtur in Græcis exemplaribus* κοῖλον *pro* κυρτόν.

c *Locus hic ſic legitur in Græcis exemplaribus* κἀκεῖθεν ἔτι συγκειμένους μικρόν τι παραλλάξασα τοὺς χυμοὺς ἐν τῷ λαμβδοειδεῖ τῆς κοίλης φλεβός. *id eſt, quæ & illic adhuc conjunctos, humores vacuavit in ea venæ cavæ parte, quæ* τῷ λάμβδα *ſimilis eſt, Theophilus in lib.* περὶ οὔρων. *hunc locum exponit.*

* διὰ τῆς λαμβδοειδοῦς καὶ τῆς ἀντιχωρούσης τῆς καρδίας, i. per λαμβδοειδῆ, & è directo ſitum cor.

† ὑφειμένην.

traherent & ſecernerent ſeroſum humorem. Quantum verò ſanguinis reſtitit, id per venam * labdeam atque amplam cordis, cæteris quæ deinceps ſunt, venis diviſum diſtribuit. Sanguis verò qui hinc ad profundiora loca concedens cogitur in alterationem carnis, non priorem quam habebat rubedinem ſervans, ſed à quarta vocata concoctione decidens in † diminutam albedinem : quandoquidem ejuſmodi concoctio ad valdè remiſſam rubedinem, qui ſanguinis color eſt, ac in eam quæ carnis eſt tranſmutat. In hac enim & reliquis partibus ſimularibus finis nutritionis eſt. Et quantum congruens atque purum illic eſt ingenitum, id rori perſimile fit indicibili naturæ diſpenſatione. Quoniam verò illic etiam ſuperflua congeri ab exacta illa concoctione neceſſe eſt, hæc ſi ſubtilia, & magis aëria ſint, oportet ut ita diſſoluta, per occultam ſpirationem abeant, ſenſum ipſum latentia. Sed quoniam aliquid nos fugit id ſermoni adjiciendum eſt.

CAP. V.

De excrementis quæ in unaquaque concoctione excernuntur.

QUatuor ſunt (ut arbitror) concoctiones generales, quæ in diverſis locis corporis fiunt. Prima in ventre perficitur. Secunda in * ramali vena meſaraicifve, & in cava parte hepatis, quemadmodum tertia in

* στελεχιαία.

gibba

gibba hepatis parte ac venis quæ hinc proficiſcuntur. Ultima in extremis corporis partibus, & in illis fit appoſitio quædam & * compago, atque aſſimilatio. Harum concoctionum, primæ excrementa ſunt, quæ vomuntur, atque per ventrem deſcendunt. Secundæ verò humores ſunt [a] alterius ſpeciei. Tertiæ [b] ſunt Urina, & quæ Urinæ ſubſiſtentia continentur, in ultima & quarta ſuperfluunt, tam ea quæ latenter & per ſpirationem abeunt, cùm ſubtilia ſint, quam quæ craſſiora, quum ſint in ſuperficie, velut effloreſcunt. Cùm igitur omnes hæ concoctiones proprium munus obeant, tunc Urinæ congruum colorem atque conſiſtentiam oſtendunt, & contenta proprium locum habentia, & lævia, & æquabilia conſpiciuntur. Urina enim (inquit Hippocr.) optima eſt illa, quæ albam & lævem & æquabilem hypoſtaſin habet. Item alii quidam perficiendo definitionem dixêre. Urina optima eſt, quæ ſit hominis ſecundum omnia temperati, ac magnitudine reſpondente ei quod bibitum eſt: colore † ſubaureo vel ſubcroceo, hypoſtaſi verò alba, lævi & æquabili. Namque per quaſcunque concoctiones contigerit ſanguinem aberrare ab eo quod decet,

* *πρόσφυσις agglutinatio.*

† *ὑπόπυρρον ἢ ὑπόξανθον, ſubruffo vel ſubflavo.*

 Urina

a *ἑτεροειδεῖς χυμοὶ, i. diverſæ ſpeciei, vel alieni & ad nutriendum corpus minimè apti.*

b *τὰ τοῖς οὔροις παρυφιστάμενα, i. quæ Urinis continentur, cujuſmodi ſunt: nebulæ, ſublimamenta & ſedimenta.*

Urina etiam manifeſtè tranſmutatur: atque per quas cauſſas tranſmutata ſit, indicat invenire. Siquidem humoris, qui in venis eſt, per totum corpus concedentis excrementa, apparent in matellis. Decenter hæc certò oſtendere poſſunt quomodo peccatum eſt in concoctionibus, veluti clarè res apparet in abſceſſibus. Namque ſi album & læve, & parum vel nihil olens fluxerit pus, [c] neque quicquam diverſi generis continuerit, demonſtrat bonam * ulceris fieri concoctionem. Si verò quicquam horum defecerit, indicat concoctionem peccaſſe, ita ut hinc liceat conjectare, vel malignum redditum eſſe ulcus, vel † retardari, vel nigreſcere, vel aliquid majus vel minus pati ad proportionem peccato, quod in concoctione fuit, ita in urinis videre eſt. Namque quantitates Urinarum, ſi minus ſervarint proportionem, & conſiſtentiæ non ſervaverint mediocritatem: colores verò ſi ſuſceperint tincturæ intentionem, vel remiſſionem, contenta neque conſiſtentiam, neque colorem, neque locum, neque lævitatem, & æquabilitatem ſervaverint, decenter ſignificaverint effugiſſe naturæ ſtatutum, & moderationem ipſam, atque noxam aliquam tum aliquâ factam eſſe in corpore. Siquidem magnas intemperaturas ſimilarium, & organicarum partium, & obſtru-

* ἕλκους.

† χρονίζειν, *i. diuturnum eſſe.*

[c] μηδὲν ἄλλο ἑτερογενὲς ἐμφερόμενα, *neque aliqua quæ aliena ſint à natura, ut ſunt: pili, lapilli & alia corpuſcula.*

obſtructiones, & *intenſos humores, concoctioneſque & cruditates, atque reliquas quaſque non contemnendas paſſiones, urinæ ipſæ demonſtrant ille qui inventis methodis uſus fuerit.

* ἐπιτάσεις σιῶν δήτινων χυμῶν, *intenſiones humorum, id eſt redundantias.*

CAP. VI.

Adverſus eos qui opinantur inutilem eſſe conſiderationem Urinarum.

QUoniam quidam tractationem de urinis ut rem inutilem aſpernantur, † contenduntque obnixè nihil conferre vel *ad judicium, vel ad prævidentiam: ovium vel equorum, vel canum, vel aliorum animalium urinis imperitos decipientes. Nos adverſus eos hæc paucula ubi dixerimus, reliqua deinceps explicanda aggrediemur. Cum Urinam eſſe colaturam ſanguinus dictum ſit à viris harum rerum peritis, & quæ memorata ſunt animalia *ſanguinea naturâ ſint, quid † miri erit, ſi & urinæ horum animalium, ad urinas hominum mutuam quandam rationem habuerint? Ea certe ratione urinæ hominum & animalium illorum, inter ſe differre poterunt, quod non eandem concoctionem in omnibus fieri contingat, ſiquidem neque alimenta, neque exercitia, neque *genuinæ vires, & temperaturæ, omnibus eædem ſunt. Neque mirari id oportet in iis animalibus quæ ſpecie differunt, cum vel maximè anima-

† διατείνονται. * διάγνωσιν. * ἔναιμα. † καινόν. * ἔμφυτοι *inſitæ vires*

animalium eorundem ſpecie, atque ſanorum Urinæ multo differentes inſpiciantur, ob differentias temperaturæ, & alimentorum, & ætatum, & conſuetudinum, & locorum, & eorum omnium quæ aliud alterare ſolent. Nam interdum Urinæ, quæ in quibuſdam ſanis cernuntur, in aliis ægrotantibus eædem ſpectantur. Senum quoque Urinæ ſi in pueris inſpiciantur, demonſtrant eos minus rectè habere: & quæ puerorum ſunt in ſenibus ſi inſpiciantur, oſtendunt in eis ſanitatem perturbatam eſſe. Quinetiam in ægrotantibus multas differentias videris, ſecundum morborum qui contingunt differentias. Itaque interdum contingit animalium irrationalium Urinis, ſimiles eſſe Urinas malè ſanorum hominum: quemadmodum ait Hippocr. de conturbatis Urinis hominum, quæ ſimiles ſunt Urinis jumentorum. At verò ipſe aliquando decrevi de Urinis, quæ videntur in animalibus * nobis conſueſcentibus tractare, ne à verſutis hominibus nobis imponatur. Sed cùm intempeſtivum cenſerem cum his ludere, qui ſtulta in naturam loquuntur (Otio enim abuti jure is dici poſſit qui inde artem laudare conetur, præſertim cum intelligat, contingere, ut brutorum Urinæ, cum hominum Urinis ſpecie in quibuſdam affectibus conveniant) cùm inquam intempeſtivum hunc ſermonem ſupervacaneum eſſe ducerem, & ea quæ ſatis eſſe debent ante oſten-

* *συνήθεσι* *domeſticis, nobiſcum agentibus.*

oſtendiſſem, his qui in re ſeria & gravi ludunt, ab eis abſtinui. Reliqua nunc oratione perſequi tempeſtivum fuerit.

CAP. VII.

Quod nihil è ſignificantibus paſſiones, ſufficiens ſit ad univerſam conſiderationem de paſſionibus.

CUpienti vel exquiſite dignoſcere, vel prædicere morbos qui accidunt, non ſolum opus eſt * cognoſcere Urinarum differentias, ubi etiam ipſæ Urinæ ſolæ ſatis eſſe videntur, ad infeſtantes morbos conſiderandos; verumetiam pulſus ipſos tangere, atque dejectiones ſpectare, & motionem reſpirationis, & poſituram faciei, & corporis totius decubitum, atque linguæ prolationem: [a] ut horum unoquoque proprium munus ſuppeditante, non etiam exiſtimatis ipſi qua mutuis afficiantur affectibus, reddi poſſit certum judicium, & prævidentia certa. Pulſus enim primum † vim caliditatis & frigiditatis indicant. Urinæ verò demonſtrant quantitatem, & qualitatem humorum. Dejectiones oſtendunt ventris concoctiones, & cruditates. Sermonis

* ἐπισκέπτεσθαι *conſiderare.*

† πόσου θερμότητος καὶ ψυχρότητος, *i. quam magnus ſit calor.*

[a] *Locus hic ſic in Græcis exemplaribus legitur* ἵνα τὸ οἰκεῖον ἀμέσως ἐπιχορηγοῦντος ἑκάστου, καὶ μὴ ταῖς ἀλλήλων συμπαθείαις ἐπικεκρινομένων, ἀσφαλῶς ἀποδοθείη ἥτε πρόγνωσις καὶ διάγνωσις, *ideſt, ut ſingulis quod proprium eſt, nullo intercedente ſuppeditantibus, & non dijudicatis ſecundum conſenſum, quem inter ſe habent, ut certa ſit præſagitio & cognitio.*

Sermonis enim pronunciatio teſtatur * actionem virtutis rationalis. Qualitates inſuper decubitus totius corporis, ac faciei affectus, alia quædam tibi demonſtrant, veluti ex aliis libris cognoſcere eſt. Quandoquidem neque pulſus ipſi omnes morbos, neque dejectiones, neque Urinæ, neque alia quæ inventa ſunt ad faciendum judicium de morbis qui nos affligunt, detegunt. Sed horum alia aliis † promptiora ad cognoſcendas ægritudines. b Et quantum ad univerſalem paſſionum conſiderationem faciendam, contemplatis de Urinis creditur eſſe poſt pulſus: quantum etiam poſt ſpiritus, humorum ſubſtantia per omnia tranſit, tutior tamen & promptior diſciplina de Urinis, quàm quæ de pulſibus eſt, extitit. Nam quæ de Urinis diſciplina eſt, omnia ſub oculos exponit: illa verò rem omnem tactui committit. Et fortè faciliùs eſt viſu quàm tactu judicare, & prorſus exactam cognitionem capere. Quare promptiùs Urinarum doctrina dijudicabuntur paſſiones. At verò dijudicaturo paſſiones per pulſuum tactus,

* τὴν ἡγεμονικὴν ἐνέργειαν *i. actionem facultatis rectricis. li.* 1. *prognoſt. Hippo.*

† ἑτοιμότεραι, *i. quibus promptiùs morbos cognoſcimus.*

b *Interpres hoc loco exemplari a noſtris diverſo aſus videtur. In noſtris enim ita hic locus ſcriptus eſt.* τῷ μὲν λόγῳ τῆς κοινωνίας καὶ τῆς διὰ πάντων ἀφίξεως τῶν χυμῶν καὶ τοῦ πνεύματος, οὐ διαλανθάνει ῥᾳδίως τῶν παθῶν τὰ γινόμενα καὶ τοσούτῳ ἐς καθολικὴν τῶν παθῶν ἐπίσκεψιν ἡ τῶν οὔρων θεωρία εὕρηται μετὰ τοὺς σφυγμοὺς, ὅσῳ καὶ μετὰ πνεῦμα διὰ πάντων, χυμῶν οὐσία διαπεφοίτηκε. *Quorum verborum hic ſenſus eſt. Ob id porrò quòd ſpiritus & humores communionem habent cum omnibus partibus corporis eàſque pervadunt, qui fiunt morbi haud facilè nos latent, & tantò ad univerſalem morborum conſiderationem, Urinarum contemplatio poſterior inventa eſt pulſibus, quantò omnium humorum ſubſtantia poſterius ſpiritibus per omnes corporis partes pervaſit.*

ctus, opus eſt puro intellectu, atque manus optimo ſenſu, & attentione ſumma, ut diligenter metiri valeat motionem, ſpacia, atque quietum, & ſpaciorum tempora, & * intercedentes ſpiſſitudines, & quæcunque de pulſibus diſciplina pertractat. Quæ quidem etſi exacta ſint, & ſuſcepta ad judicandas ægritudines: † tamen difficilia ad comprehendendum ſunt. Veruntamen illum qui utramque cognitionem de pulſu, & Urina calluerit, aut nihil, aut perparum fugerit, quod & ad judicium & prævidentiam conducit. Sicuti & qui altera deſtitutus, in multos errores incidit, non minus conferente diſciplina de Urina ad indicandas ægritudines, quàm diſciplina de pulſibus. Sed tamen hæc eo pacto jacta ſunt. Nunc verò cùm propoſuiſſemus de Urinarum differentiis diſputare, primùm de differentiis colorum facta diſputatione, deindè de reliquis dicemus, veluti quæcunque in Urinis inſpiciuntur. Quòd igitur ſpecies colorum in Urinis ſigillatim appareant, non facilè eſt docere, quòd plurimi colores ob quaſdam humorum miſtiones, atque concoctiones, inſpiciuntur. [c] Licet tamen ex his principales ſpecies ratione definire, ut à quibuſdam definitis ſignis: etiam cæteros colores conjectare, qui definiti ratione hactenus non ſunt, defectu nominum propriorum.

De

* *καὶ τὰς τῶν παρεμπιπτόντων πυκνότητας, i. intercidentium frequentias.*

† *διάγνωσιν.*

[c] *ἔνεστι χρῆναι τῶν καιριωτέρων διορισθέντων τῷ λόγῳ τούτων ὡς ἀπό τινων ὡρισμένων σημείων καὶ τῶν λοιπῶν καταστοχάζεσθαι χρωμάτων. Licet tamen his quæ præcipua ſunt definitis, ex his velut à quibuſdam ſignis definitis, & reliquos colores conjicere.*

CAP. VIII.

De differentiis colorum, qui in corpore Urinæ videntur.

URinarum aliæ ſunt albæ, aliæ ſpiceæ, aliæ aureæ, aliæ croceæ, aliæ rubeæ, aliæ vineæ, aliæ paſſeæ, aliæ venetæ, aliæ nigræ.[a] Nec in in hiſce omnes ſpecies colorum abſolutæ ſunt, ſed etiam in horum mediis, & ſubmediis, tanquam hinc plures eſſent collectæ colorum ſpecies. [b] Albarum vero Urinarum aliæ ſunt cryſtalleæ, aliæ niveæ, aliæ ut aqua pura. Et hæ ip ſæ ſunt ſummæ cruditatis. Quoniam vero colorum genera capiunt intenſionem & remiſſionem, quæ memorata ſunt, albedinis intenſæ habentur. Poſt hæc referamus, quot ſunt albedinis remiſſæ. Namque à ſumma albedine remiſſus, color extitit lacteus, ita vocatus, quod ſimilis ſit lacti, qui melior eſt aqueo, & cryſtalleo, ſed tanto intervallo à glauco (qui ſecundum lacteum eſt) relinquitur, quanto charopus à glauci albedine diſcedit. Nam glaucus color

[a] *Græca hic adſcribenda putavimus, quod ad intelligendum faciliora ſunt quàm latina:* τῶν οὔρων τοίνυν τὰ μὲν λευκὰ τὰ δ' ὠχρὰ, τὰ δὲ πυῤῥὰ τὰ δε ξάνθα, ἕτερα δ' ἐρυθρὰ, τὰ δ' οἰνώπα, κυανά τε ἐπὶ τούτοις καὶ χλωρὰ καὶ μέλανα φαίνεται. *de ſignificatione aut harum vocum, legendus eſt liber Ariſtotelis* περὶ χρωμάτων *quem adſcribendum huic libro curavimus, & Galenus in his locis in quibus ea vocabula expoſuit: ut vocis* πυῤῥοῦ *expoſitio petenda ſit ex j.* κρίσεων. χλωροῦ, *autem ex commentariis in* 1. & 2. προγνωστικῶν *Hippocrat.*

[b] *Verba hæc ſic in noſtris Græcis exemplaribus leguntur* τῶν οὖν λευκῶν οὔρων, τὰ μὲν κρυσταλλοειδῆ, τὰ δὲ χιονοειδῆ τὰ δὲ ὡς ἀκραιφνὲς ὕδωρ πέφυκε καὶ ταῦτα μὲν ἂν εἴη λευκότητος *interpres vero pro* λευκότητος *legiſſe videtur* ἐσχάτης ἀπεψίας *quæ lectio rejicienda non eſt.*

color eſt veluti cornu pellucidus: charopus vero, qui ſimilis eſt pilis ſubalbidis cameli, vel
* ungui lapillo ſic appellato. At vero poſtquam aliquam tincturam Urinæ capiunt, longe à cruditate diſcedentes, primum † ſubſpiceæ exiſtunt, deinde * ſpiceæ, ita ut aliæ videantur ſimiles bili quæ mediocriter ferverit infuſa humori, aliæ vero ei quæ multum ferverit. c Quod ſi cupieris aliam comparationem, illa hæc eſt. Puta humorem corticis, & cici mali punici decocti. Neque contendam de ſuccis perquam ſimilibus, & de nomine 1 ſpicei coloris, quod ob conſuetudinem neminem fugit. Igitur ſi parum ejuſmodi 2 ſpicei humoris expreſſi injeceris ſucco alicui 3 claro, 4 ſubſpiceum colorem: & ſi plus addideris ex eodem effeceris 5 colorem ſpiceum: quorum alter ab altero capit appellationem. Porro cum concoctio proceſſerit, tum tinctura plus colorabit 6 ſpiceum, atque 7 ſuffulvæ, ſive ſubaureæ dicas, Urinæ (quas mediocres, & temperatas eſſe, inter omnes ratione compertum eſt) gignuntur, quæque non uſquequaque ſimiles ſunt puro auro. Poſt haſce, Urina eſt * aurea ſive fulva vocata, quæ potius obrizo ac puro auro ſimilis eſt. Diſcere poteris id ipſum ſi verſatus fueris in conclavi, ubi divitum pecuniæ reponuntur (ſi tibi aurum purum non fuerit)

* ὀνυχίτῃ.
† ὑπωχρά.
* ὠχρά.
1 ὠχρότητα. i. pallidi coloris.
2 ὠχρᾶς.
3 ὀρρώδει.
4 ὑπωχρόν.
5 ὠχρὸν τὸ χρῶμα.
6 ὠχρότητα.
7 ὑπόπυρροι. ſubruffi.
* πυῤῥάν.

B *Subcro-

c εἰ δὲ βούλοιο καὶ οἷον τὸ ἀπὸ τῆς ῥοιᾶς τοῦ φλοιοῦ καὶ περικαρπίου ζέσαντος ἐκείνως νόμισον, *Si vis reputa apud te humorem in quo cortex & caro mali punici cocta illo modo fuerint.*

* ὑπόξανθον ſubflava.
† κνίκῳ.
* ὑποξάνθου ſubflavo.
† ἀκριβῶς ξανθὸν exquiſite flava.

* Subcrocea vero una poſt haſce collocatur, quæ colore ſimilis eſt † cartamo. Noverunt quamplurimi florem herbæ hujus vocati cartami, qui colore inferior eſt flore croci. Quamobrem hinc oportet æſtimare colorem *ſubcroceum. Quæ Urina vero eſt † exacte crocea, hæc nihilo differre videtur à croco Coriceo: cum omnes croci aliorum locorum differant præſtantia coloris à croco Coriceo. Veruntamen ne nominis peregrinitate fallaris, opinatus crocum Coriceum valde differre colore à reliquis crocis, ego loco hujus tibi propono crocum qui ab Atho importatur, cujus colore duce tu procedas. Verum nec te oportet animum intendere coloribus qui apparent in cartamo & croco: non enim parum aberraveris. * Subrubei enim & rubei, illorum colores ſunt. Sed intendas coloribus illorum cum illorum flores fuerint ex aqua triti. Sequuntur haſce, Urinæ ſubrubeæ atque rubeæ, quibus ſatis fuerit ad rei hujus oſtenſionem colores qui apparent in cartamo & croco, ut dictum eſt. Id etiam diſcas ſi ſubrubeum colorem eſſe ſimilem intellexeris Armenio bolo, Lemnio ſigillo. Rubeum vero & † puniceum ſimilem cogitaveris illis pomis, quę rubeum colorem præ ſe ferunt: veluti ceraſis * malis, aliis id genus, quæ lævitate corticis & maturitate, coloribus differre videntur. Urina † vinosa memoratis ſuccedit, quæ nomen id accepit vino quam rubrum eſt, nigriore, coloremq

* ὑπερυθρὰ καὶ ἐρυθρὰ
† φοινικὰ.
* μήλοις.
† οἰνωπὸν.

hepa-

hepatis habet. Quamobrem oportet eum qui ſæpe viderit hepar animalis irrationalis, ſi non hominis: & ſæpe vinum hujus coloris biberit, inde vineum colorem æſtimare. Memini ſæpenumerò ejuſmodi vinum in foro vidiſſe à mercatoribus convectum, quod adeò erat vineo colore perfuſum, ut cados etiam quibus vectum fuerat, proprio colore infeciſſet. Quinetiam parum ejuſmodi vini plurimæ aquæ miſtum, etiam rubicundo colore ſpectatur. * Paſſeus vero color eſt, qui ex intenſione vini conſtat, maximè ſimilis † paſſo, quod & hepſema dicitur: fit autem, (quandoquidem & ſunt qui hoc ignorant) ex muſto decocto uſque ad tertiam partem: addit quoque & orationis claritati, cerafi fructus color, qui ad * nigredinem inclinat. Jam vero ubi de paſſeo colore noviſti exacte, nunc reliquos diſce. † Venetus, vel cæruleus dicas, color omnibus, ut arbitror, notus eſt, qui ex puro albo, atque nigro æqua ratione permixtis, gignitur. Et ſi id ipſum etiam ſenſu velis noſſe, ceruſſam, vel albiſſimam calcem, vel aliquod aliud ſimile attramento, velpici, vel * bitumini, aliisque ſynceris nigris ſi miſcueris æquis ponderibus, † venetum colorem eo modo productum videris. Veruntamen de viridi colore, ubi primum hoc modo diſputarimus, & de oleaceo, & livido, deindè de nigris dicemus. * Viridium igitur colorum, alius eſt, ut qui in

* τὸ μὲν κυανοῦν τοῦ χρώματος, *i. cyaneus color.*

† σιραίῳ.

* μελάντερον.

† φαιὸν. *i. fuſcus pallidus.*

* ἀσφάλτῳ.

† φαιὸν.

* χλορῶν χρωμάτων τὰ μὲν κραμβίζοντα τὰ δὲ αὖ χλοάζοντα ἰώδη τε καὶ σμαραγδίζοντα.

foliis braſſicæ, alius, ut qui in foliis graminis, æ-rugine & ſmaragdo, ita ut ex his acceperint appęllationem. Diſcere ergo oportet colores hos è rerum illarum coloribus, illos hiſce conferendo. At vero [d] oleacearum hoc modo generee communi appellatarum Urinarum, alia apparentiam habet olei, alia eſt olei coloris, alia oleacea eſt, quæ generi cognominis eſt. De colore vero primæ ſpeciei harum trium ambigitur, an aqueus, an oleaceus ſit, ob tenuitatem coloris tingentis humorem. In ſecunda vero ſpecie color olei evidens Urinæ colorem intendens. Oleaceam vero Urinam quæ tertia eſt ſpecies ratio definivit, quod colori olei ſimilis ſit. Sed tamen hæ ſpecies non ſunt craſſæ ſubſtantiæ, & coloris intenſi, ſed potius ſunt ſubſtantiæ ſubtilis. Quæ vero ſunt intenſi coloris [e] illæ potius congruunt cum ſpeciebus quæ ſub genere viridium collocantur. Quoniam vero ſufficienter dictum eſt de differentiis viridium & oleacearum Urinarum, conſequens eſt, dicamus de * lividis & nigris Urinis apparentibus. Lividum igitur colorem eſſe † plumbi colorem ſi quis dixerit, magnam claritatem rei attulerit. Quare & ex hoc illum conjicere oportet. Veruntamen tantum ad nigrum accedit, quantum à colore

* πελιδνῶν ϗ μελάνων.

† μολυβδοχρῶν.

* veneto

[d] ἐλαιωδῶν οὕτω τῷ κοινῷ γένει καλουμένων, τὰ μὲν ἐλαιοφανῆ ὁμωνύμως τῷ κοινῷ γένει λέγεται. *de his autem Urinis vide lib. 3. Epid.*

[e] ἐκεῖνα γὰρ τοῖς ὑπὸ τὸ χλωρὸν ἁρμόζει μᾶλλον εἴδεσι, *illæ enim cum ſpeciebus viridis magis conveniunt: verba autem hæc præcedentia (Quæ vero intenſi ſunt coloris) ab interprete addita videntur ut res clarior eſſet.*

* veneto recedit. Quamobrem ſi duplicationem nigrum ad album in miſtione habebit: hinc exacte cognoſci poſſunt, quæ ſint livida. Atque ita ejuſmodi livida ſe habent. † Nigros vero colores nemo, ut arbitror, ignorat, qui cunctis evidentes ſunt. Harum igitur rerum ſtudio deditum oportet commemoratos colores apud ſe expendere, eoſque in animi tabellis depingere, ut qui per eos multa dijudicaturus atque præcogniturus ſit. Cogitare inſuper eum oportet, an colores qui definiti non ſunt propter nominum propriorum paupertatem, ſupra dictos colores remiſſos & dilutos, an intenſos & ſaturos habeant. Itaque ſi quis deſcriptos à nobis colores recte noverit, facile eos, qui ab eis deciderunt noſſe poterit. Quare non eſt quod diutius tractationi de colorum differentiis inſiſtamus. [f] Fundantibus enim diſciplinæ partem, ſi explicatà ſint ea quæ decent artem, hæc ſatis ſunt. Et ſæpe ſi quiſquam non omnes colligens dixerit colores, qui poſſunt conſtitui: illi tamen qui collecti ſunt, ſatis eſſe poſſunt ad diſciplinam uſuram eis. Eo itaque pacto finem ſortiatur oratio, quæ eſt de differentiis colorum Urinarum. Veruntamen hic confert diſputare de differentiis ſubſtantiarum, quæ ſunt corporis ipſius Urinæ.

* φαιοῦ.

† μέλανα.

[f] *Hic locus ſic in Græcis exemplaribus legitur* τοῖς γὰρ τοιμέρος παιδείας τὰ τῇ τέχνῃ τιθεμένοις σπουδαῖα, οὐδ' ἂν πάντα τις συνελὼν πολλάκις φαίη τὰ ἐνδεχόμενα συνίστασθαι χρώματα, πρὸς ἀποχρῶσιν τούτοις διδασκαλίαν ἀρκέσει. *id eſt, neque enim ſi qui quam omnes colores qui accidere poſſunt collegerit, ſatisfecerit his qui præclaram artem nihili pendunt.*

CAP. IX.

De differentiis ſubſtantiarum ipſius Urinæ.

URinæ in matulis emictę, omnes fere ſubtiles apparent, cum calidæ adhuc ſunt. Calor enim naturalis eatenus præſtans, non ſinit in * flumen ipſum, quod Urinæ corpus eſt, cogatur atque craſſeſcat propter aliquam cauſſam. Veruntamen calore eo abeunte, aliquæ Urinæ velociter, aliquæ tarde craſſeſcunt. Quemadmodum aliquæ craſſæ emeiuntur, aliquæ contra ut mictæ ſunt, ita manent. Craſſeſcentium vero aliquę tenuantur, aliquæ † indiſcretæ, ut à principio erant, manent. Quinetiam hujuſmodi craſſeſcentium, aliæ perquam mediocriter craſſeſcunt turbinis ſimiles, aliæ magis craſſeſcunt, aliæ plurimum. Oportet etiam differentias, quę in hiſce ſecundum magis & minus ſunt, intelligere. * Quæ vero tenuantur, aliæ, quod craſſius continebant, id in fundum matulę colligunt, ſed ipſę etiam craſſæ reſtant, aut turbidæ † aut temperatæ, & tenues remanent, craſſitudine tota in fundum concedente. Quamobrem oportet diligenter etiam ediſcere differentias harum, quę non parum conferent diſputationibus, quę de judicio & prævidentia habebuntur. Eodem modo oportet diſcere differentias Urinarum tenuium, tanquam non omnes eadem tenuitate conſiſterent, ſed earum, alias valde tenues eſſe, * nihilque

** χῦμα, quæ vox ſignificat (ut ipſi loquuntur) corpus Urinæ.*

† ἀδιάκριτα. non ſecretæ. i. perſeverantes craſſæ.

** τῶν καθισταμένων, qua voce ſignificari videntur Urinæ craſſæ emictæ.*

† σύμμετρα, i. mediocrem conſiſtentiam habentia.

** οὐδὲν τοῦ διειδεστάτου διενέγκοντα, nihil differentes ab eo quod maxime clarum & perſpicuum eſt.*

que differentes ab aqua tenuiſſima, alias ab hujus ſubſtantia diſceſſiſſe. Quinetiam alias tenuiores eſſe, alias declinare ad mediocrem conſiſtentiam. Atque ex his ſufficienter dictum eſſe de differentiis ſubſtantiarum exiſtimari poteſt.

CAP. X.

Adverſus eos qui opinati ſunt, cauſſam qua craſſeſcunt Urinæ, eſſe à frigore foris aſſiſtente.

SEd quoniam non defuerunt imperiti judicandi de Urinis, qui Urinas ipſas, non proprietate quadam diſpoſitionum eis contingentium, ſed externo frigore accidente craſſeſcere putaverint, idque fieri credunt maxime ubi viderint mictas Urinas tenues paulo poſt craſſeſcere. Idcirco adverſus eos convertenda oratio eſt, & quomodo ipſi decipiantur, demonſtrandum. Ajunt ſecedente calore ab Urinis, frigidum vincens, quod foris eſt, ipſas craſſas facere. At vero id tantum abeſt à veritate, ut ab iis quæ quotidie cernuntur, cognoſcere ſit eorum ignorantiam: videlicet cum ſemper Urinæ objectæ externo aëri frigido, non ſemper craſſeſcant. Ad hæc veriſimile eſt aliquando Urinas craſſeſcere, cum ſcilicet ambiens aër fuerit perquam frigidus. At ſi Urinę ſub dio etiam pernoctaverint, fortaſſe gelaſcent potius quam craſſeſcent. Adde quod ſi Urinæ ad occurrens frigus ſemper craſſeſcerent, ob caliditatem ambientis aëris tenuari poſſent. Sed tamen videre licet

hyeme Urinas tenuiſſimas manere, nec unquam ab externa frigiditate ſuperari: & æſtate craſſiſſimas, calido nihil diſſolvente. Quid etiam dicent * oculati Urinarum ſpectatores, ubi hodie viderint Urinam tenuem, cras autem craſſeſcere, eodem aëre nos ambiente utriuſque diei conſtituto? At vero quonam pacto poterunt prævidere, quidnam ſibi velit ea mutatio, & quas ob cauſſas fieri contingat? Mihi videntur multum delirare, excedentes à veritatę. Quibus autem ſignis in Urinis noverint multitudinem humorum, aut eorum craſſitudinem, aut concoctionis principium non potentes in totum definire Urinarum craſſitudinem? Præter hæc eorum rationem ſtabilire conati ſunt, matulam in aqua calida ponentes, eamque ad breve aliquod tempus calido occurrentem, oſtendunt tenuem factam, nequeuntes intelligere, quod calidum artificiale non minus quam naturale, Urinas diſſolvere poſſit, ſi aliquid craſſitudinis habeant. Sed ne hoc quidem ſatis eſt eis ad defenſionem, quod ſi duæ matulæ in eodem aëre poſitæ ſint, altera craſſeſcat, altera ita, ut erat, appareat. Quiſnam hujus reddere aliquam rationem poterit, niſi eam quam nos ſuo in loco reddituri ſumus. Siquidem ſi aëris ambientis frigiditatem cauſſam faciant, vereor ne decipi convincantur, altera matula tenui manente. Verum cum magnam eorum ruditatem, quod à nobis dictum eſt ſatis redarguit, ad ea quæ conſe-

** σεμνοὶ diligentes & graves quod dictum eſt εἰρωνικῶς ab auctore.*

conſequuntur, pergamus. Cum igitur demonſtratum ſit, quod Urinarum aliæ craſſæ ſint, alię tenues, alię mediocres, diviſerimuſque eas ut decebat, nunc operæ pretium erit, ut de differentiis † eorum quæ in Urinis inſiſtunt diſputemus.

† παρυφισαμένων.

CAP. XI.

De differentiis colorum earum rerum, quæ in Urinis continentur.

URinarum, quæ ſecundum naturam ſunt, contenta ſi alba & lævia & æquabilia fuerint, atque ſubſtantia mediocri, & ad fundum matulæ conceſſerint, tunc tertia concoctio ſecundum naturam perfecta eſt. Veruntamen ſi contenta ea exceſſerint, 1 vel defecerint ab ejuſmodi indiciis quæ ſecundum naturam ſunt, etiam ſanitas depravata eſſe demonſtratur. Dicendum ergo primum de coloribus quos in hiſce eſſe contingit. Deinde de reliquis congruente oratione tractandum. Igitur contentorum alia ſunt colore mediocri, quæ ſecundum naturam ſubalbida eſſe volunt. 2 Alia decidentia ab hac ipſa mediocritate, quorum alia ſunt intenſa albedine, 3 alia vero ſubſpicea, atque ſpicea, alia vero procedentia, magis colorantur, adeo ut videantur bilea, atque orobea, etiam ſubrubea, & rubea, & 4 cruenta, & umbrida, & veneta atque nigra. Hi ipſi, & hujuſmodi ſunt colores conten-

1 ἢ ἐλλείποι τῶν κατὰ φύσιν τούτων γνωρισμάτων, i. ſi defecerint ab his indiciis eorum, quæ ſecundum naturam ſunt.

2 ἐκπίπτοντα τοῦ τοιούτου συμμέτρου παρυφισαμένου, decidentia ab hac mediocritate contenti.

3 τὰ δ' ἤδη ὕπωχρα καὶ ὠχρὰ φαίνεται. i. ſubpallida & pallida.

4 δίαιμά τε καὶ ὀρφνώδη φαίνεται δὴ καὶ μέλαινα, i. cruenta & obſcura, fuſcaque & nigra.

contêntorum in Urinis. Sed tamen ex hiſce oportet conſiderare de aliis coloribus qui nunc dicti non ſunt, quemadmodum in capite de differentiis colorum corporis Urinæ diſputavimus. Sed de differentiis colorum contentorum quam breviſſime fieri potuit, ſic dictum eſt: nunc de eorum ſubſtantia dicemus.

Cap. XII.

De differentiis ſubſtantiæ contentorum in Urinis.

MEdiocritatem ſubſtantiæ contentorum in Urinis, qualis ſit experientia docuit. Sed ut ratione quoque definita ſit, hoc pacto dicimus de ſubſtantia mediocri contentorum. Contenta quę mediocri ſunt ſubſtantia, craſſiora ſunt * ipſo humore toto Urinæ: ob hanc etiam rationem manifeſtum viſui extitit, nec ita habet ut ſic viſio tranſeat per ipſum contentum, ut tranſit per humorem Urinę.[a] At vero quia de mediocri ſubſtantia humoris Urinarum ſuperius orationem audiviſti: licet jam tibi (tanquam facto principio à † certo ſigno) poſſe & tenuia & craſſa contenta cognoſcere, quamvis decentia explicentur à nobis hoc pacto. Tenuium contentorum quæ magis conſentiunt cum colore corporis Urinę, ea minus apparent,

* τοῦ χύματος.

† ἀσφαλοῦς.

a *Exemplar quod interpres ſequutus eſt, hæc tantum verba quæ hic leguntur habuiſſe videtur, neque plura etiam in uno noſtrorum ſunt. Alia tamen duo huic loco hæc adſcripta habent.* ἀλλὰ πρώταις ἐπιβολαῖς αὐτοῦ ἀναπαυομένης τῇ περιεργάσει δὲ καὶ τοῦ διαπεραιουμένης, *id eſt, Sed primo obtutu ſubſiſtit atque ceſſat, circumſpectando tamen per eam tranſit atque trajicit.*

rent, quam quæ magis diſcrepant à colore corporis Urinæ. Quare oportet etiam hoc pacto ratione definire. Namque horum ipſorum quædam parum decidere à mediocritate, quædam magis, quæ ſane non facile quiſpiam videat: quædam vero plurimum decidunt, quæ vix etiam ſi radium ſolis per matulam trajeceris, videre poteris. Contentorum autem quæ verſus craſſitudinem à mediocritate vergunt, quædam * parvo craſſiora videntur, ita ut non facile viſus ea penetret, quædam magis vergunt, ita ut viſus in ipſis terminetur: ratione vero putatur plus etiam craſſitudinis ineſſe. Quædam etiam plurimum vergunt, ut nihilominus quam viſus, ratio ipſa terminatur: non enim poſſibile eſt craſſitudinem majorem reperire illa, quæ in contentis eſt, quæ ſubſtantia ſimilia ſunt puri. Scire autem oportet hæc nos dicere ea ratione qua diceretur de omnibus contentis, ſive hæc fuerint tertiæ concoctionis, veluti † ſuperfluitates: ſive humorum crudorum * ſegmenta, ſive pus, ſive internorum vaſorum † fruſtula. Judicia namque de ipſis (concedente Deo) ſuis in locis referemus. Nunc vero quæ deinceps ſequuntur, per ſeriem dicamus.

* μετρίως παχύτερα.

† περιττώματα.

* κόμματα.

† τεμάχια.

CAP. XIII.

De differentiis locorum contentorum in Urinis.

ALtitudine corporis Urinæ * triſariam diviſa, ut in fundum & imam regionem matu-

* τοῦ τοίνυν διαστήματος τοῦ χύματος τριχῇ διῃρημένου, *i. cum ipſum Urinæ corpus, tria intervalla habeat.*

matulæ, ſuperficiem ſupremamve regionem utrarumque harum extremitatum medium. Ea igitur contenta quæ in fundum matulæ deſcendunt, hypoſtaſes, hoc eſt, ſubjecta vocavere qui harum rerum periti fuerunt, à verbo ὑφίστασθαι videlicet præpoſitione ſub, ſignificante * infernam habitudinem. Quæ vero conceſſerunt ad medium totius † altitudinis, appellaverunt ἐναιωρήματα (hoc eſt, ſublationes, vel dicas ſublimia) arbitror derivantes * ab elatione, tanquam æquo ſpacio ſecederent ab utriſque extremis. Quæ vero pervenerunt uſque ad ſuperficiem, vocavere nubes, tanquam à terra ſumme ſecederent, putantes fundum matulæ proportione reſpondere ipſi terræ. Quoniam ad ipſum fundum gravia deſcendunt. Communi & generali nomine hæc omnia παρυφιστάμενα (hoc eſt contenta dicta ſunt) eo quod 1 in qualibet altitudinis parte corporis Urinæ inſiſtant, & contineantur. Atque eo pacto de loco contentorum jam pridem medici diſputarunt, tanquam principia ponerent eorum quæ in arte medica ſunt theorematum. Sed tamen licet quoque 2 dividere ſermonem hoc pacto. Quæ diviſio multum conferet & 3 ad judicia, & 4 prævidentias. Igitur hypoſtaſium (uti autem oportet hoc modo poſitis nominibus) aliæ occupavere locum 5 inculpabilem, cum neque totæ tangant fundũ matulæ, neque abjungantur ab eo. Aliæ vero quæ proprium & inculpa-

* τὴν κάτω σχέσιν.
† διαστήματος.
* ἀπὸ τῆς αἰώρας.

1 ἀπὸ τοῦ ὅπου δή ποτε τοῦ χύματος παρυφίστασθαι, *in quocunque loco & ſpacio corporis Urinæ inſiſtat.*
2 ἐπιδιελεῖν.
3 διαγνώσεις.
4 προγνώσεις.
5 ἄμεμπτον *naturalem, mediocrem, de quo queri non poſſimus.*

inculpabilem reliquerunt, quæ quoque* dividuntur ratione. Namque earum aliæ totę hærent fundo, aliæ minus, ac plus quam eis conveniat abjunguntur, veluti ſibi definitum locum deſugere conantes. Enæoremata vero quæ exacte medium locum totius conſecuta ſunt, hæc exactam rationem Enæorematum adepta ſunt. Quæ vero ſive inferius, ſive ſuperius quam medium eſt, manſerint, hæc quoque ſublimia appellata ſunt abuſu nominationes, nam ab utriſque extremis ſeceſſerunt. Plurimum vero hæc ita definita tractationi quæ de Urinis eſt, conferre reperiuntur. Quamobrem oportet ut putemus tria eſſe ſublimium loca. Nubium autem aliç parum ab eo abſunt ut ſuperficiem attingant, aliç in ipſa ſuperficie natant.[a] Quoniam vero nubes hæ tertio loco indiguerunt (namque non licuerat ſuperius concedere deficiente humore, & corpore Urinæ) tanquam neceſſitas cogeret reſpondere è regione fundo matulæ præ

* ἐπιδιαιροῦνται.

[a] *Locus hic ſic in Græcis exemplaribus legitur,* ἐπειδὴ δὲ καὶ τρίτου ταύτης τόπου ἐδέησαν, ἐπεὶ μὴ ἐνεδέχετο καὶ περαιτέρω χωρεῖν ἐπιλείποντος τοῦ χύματος, ἀνάγκης ὥσπερ ἡγησαμένης ἀντιστραφεῖσαι, αὐτῷ δὲ τῷ πυθμένι προσεπιφύκεσαν καταχράτος, οἱονεὶ πεφρώμθμαι καὶ τὸν μεταξὺ αὐτῶν καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ τῆς ἀμίδος πυθμένος τόπον ἐξαφανίσαι, οὕτως ἀκριβῶς περάσασαι τοῦ χύματος τὸ διάστημα προσέχονται τῇ ἀμίδι, ὥσπερ καὶ τοὺς πολύποδας ἐν ταῖς πέτραις ἀκριβῶς φασὶν ἔχεσθαι. *id eſt, Sed cum tertio hujus loco deſtituantur, ulteriuſque progredi non detur, deficiente chymate, revertentis veluti præeunte neceſſitate, fundo ipſi firmiter adhæreſcunt, ſeu conantes delere locum inter ipſas, & ſuperficiem fundi matulæ medium, ita exquiſite poſtquam chymatis ſpacium trajecerint matulæ adhærent, ut polypodas petris adhæreſcere dicunt.*

præ viribus ſibi agnatæ ſunt: perinde ac cum experirentur medium ipſarum, & ſuperficiei locum delere, ita exacte ubi terminaverint humoris altitudinem, hæſere ſuperficiei Urinæ, ut polypi lapidibus exacte (ut ajunt) adhærent. Quoniam igitur demonſtratum eſt, tres locos * generaliſſimos contentorum eſſe, quorum ſingulos in ternos nos diviſimus, accidit ut omnes ſint novem, quos bene cognoſcere diſcentes oportet, namque magnopere utiles ſunt. Veruntamen ut clarius cernere poſſis id quod dictum eſt, omnem rationem de locis contentorum per hoc exemplum ante oculos pono. Intellige altitudinem undecim digitorum, vel cubitorum, vel paſſuum, vel cujuſvis menſuræ, & puta eorum quatuor eſſe in loco capiente hypoſtaſes. † Unum in confinio hypoſtaſium & ſublimum, ita ut ſit poſt finem hypoſtaſium & ante principium ſublimium. Similiter alterum in fine enæorematum & principio nubium. Item duos alios in loco nubium, & locus mediocris nubium ſit ultimus, ac undecimus digitus * qui vero ſubditus ei eſt, & veluti ab ultimo deciderit, ſit decimus. † At qui plurimum ſubierit, atque in fundo vice verſa ſe habet erga ultimum, is ſit primus. Locorum vero hypoſtaſium exacte proprios locos habentium, tertius digitus ſit. Sed ſupernarum hypoſtaſium locus ſit,

* γενικωτέρους.


† ἕνα δὲ ἐπὶ τῷ πέρατι μὲν τῶν ὑποστάσεων, ἀρχῇ δὲ τῶν ἐναιωρημάτων, *unum in fine hypoſtaſium, in principio vero enæorematum.*

* ὁ δὲ ὑφειμένος οἷον καὶ ὑποπεπτωκὼς, *qui vero ſubmiſſus eſt & veluti ſubjacet.*

† ὁ δ᾽ ἐπιπλέον ὑπερηρμένος, ὁ ἀντεστραφεὶς ἐπὶ πυθμένα πρῶτος, *qui aut præter modum ſe extulerit; reverſus in fundum, ſit primus.*

ſit, quartus digitus. * Inferius medio ſubſidentium ſit ſecundus. Quinetiam in enæorematibus, qui uſquequaque medius eſt, is ſit ſeptimus digitus. Sicuti eorum quæ multum ſe attollunt, ſit octavus. Inferiorum ſit ſextus. Namque quintum & nonum digitum non occupaperunt unquam contenta. Sunt enim termini potius quam loca contentorum in Urinis. Ubi vero oratio de locis contentorum ſufficienter facta eſt, eo pacto maneat: quam unuſquisque etiam à formula hic deſcripta diſcere poterit, nunc reliqua explicemus.

* ὥσπερ ὑφιζανόντων ὁ δεύτερος. i. veluti ſubſidentium, ſecundus.



Formula locorum in quibus ſunt contenta Urinarum.

Cap. XIV.

De lævitate, & oppoſitis contentorum in Urinis.

Contenta Urinarum quæ ſecundum naturam ſe habent, præter alias proprietates, definitum eſt lævia eſſe. Primum dicendum eſt, qualia ſint ejuſmodi lævia. Deinde quæ ſint hiſce oppoſita. Lævia igitur contenta ſunt, quæ continua ſibi ſunt & coacta, tanquam unum & continuum corpus, cujus partes non videantur eſſe veluti rugis inter ſe conjunctæ & conſtrictæ, neque à ſe invicem divulſæ. Hoc modo ſe habet ſecundum naturam læve contentum. Eorum vero, quæ non eo modo ſe habent, alia eam continuitatem uſque adeo intenſam habent ut viſcida evaſerint, alia vero continuitatem divulſam habent, ita ut reddita ſint aſpera. Atque viſcidorum contentorum alia modice, ita affecta ſunt, adeo ut commota matula, illa quodam modo diſſolvantur. Alia magis affecta, adeo ut valde commota matula, ipſa * modice diſſolvantur. Alia inſuper uſque adeo viſcida & tenacia, ut etiam ſiquid commoveatur, non facile diſſolvantur, cum jam ἐχέκολλα, i. inſtar collæ & glutinis tenacia facta ſint. Contra vero, aſperorum contentorum alia ita modice affecta ſunt, † ut viſus capiat partes eorum jam diſcretas. Alia magis

* μετρίως.

† ἤδη διακεκριμένων ὄντων τῆς ὄψεως ἀντιλαμβανομένης, *i. viſu ea divulſa percipiente, & penetrante partes à ſe invicem divulſas.*

nagis affecta ut viſus etiam magis capiat pro-unditatem & latitudinem * corporis Urinæ. Alia vero plurimum, ut viſus capiat omnem rofunditatem & latitudinem, atque longi-udinem, magis capiat perinde ac eſſet in fru-ta inciſa. Hoc itaque pacto ſe habet oratio de evitate, tenacitate & aſperitate contento-um. Oportet autem ſtudentem hæc diſce-e, quoniam operam navatam in hiſce capien-lis, non parum iis quæ ſequuntur, conferre entiet.

* χύμα[τ]ος.

CAP. XV.

De hypoſtaſi orobea, furfurea, laminea, atque ſimilacea.

POſt hæc decet dicere de [a] hypoſtaſi orobea, furfurea, laminea, ac ſimilacea. Namque ejuſmodi contenta appellare hypo-aſes congruit, quę ſemper fundum matulę pe-ınt. Siquidem contenta innatantia participan-a ejuſmodi ſpecierum, non ab eadem cauſſa ınt, ita ut ne eaſdem etiam paſſiones ſignifica-erint. At vero ubi prius de illis memoratis tra-arimus, deinde de eorum ſimilibus dicemus.

C Igitur

a περὶ ὑποστάσεων ὀροβωδῶν πιτυρωδῶν πεταλωδῶν, καὶ κριμνωδῶν. *Quid ſit autem ὑπόστασις ὀροβώδης, & quid ſignifi-e, Galenus exponit in commenta. in Aphoriſm. 76 lib. 4. Dicta eſt* πυρώδης *ἀπὸ τοῦ πιτύρου, i. à furfure. Cujus ſignificatio explica-r à Gal. in commenta. 2 in prognoſt. Hipp.* πεταλώδης ἀπὸ τῶν πε-λων *à foliis, quæ Hippocrates* λεπίδας *interdum vocat.* κριμνώδης *ὀ τῶν κρίμνων, i. ab illis ordei toſti partibus quæ exquiſitè in farinam litæ ſunt, ut exponit Galenus comment. ſecundo in prognoſtica Hip-ratis.*

Igitur hypoſtaſes orobeæ, etſi ab ipſo nomin
evidentes ſint, nos tamen etiam declarabimu
earum rationem. Nam unuſquiſque novit oro
bum inter legumina eſſe (ut qui in pleriſqu
locis ſeri conſuevit) rubeum & ipſum form
exiſtentem. Cum igitur contenta Urinarum h
ſimilia videris, tunc oculis ſpectaveris hypoſt
ſes orobeas, nunc enim oratione ſola res ti
depingo. Sed tamen hypoſtaſes hæ nihilom
nus *globoſæ veluti orobi ſunt, ita ut hoc p
cto intelligere poteris certo qua ratione ſe h
beant. Furfureæ vero hypoſtaſes ſunt, quæ v
dentur ſimiles furfuri bene moliti † tritici. H
ſane longitudinem definitam habent, ut ve
furfures manifeſto appareant. Quare licet d
cere ab evidentibus ſpeciebus ſic appellatis,
ut non oporteat, ſermonem de hac re long
protrahere, ut qui ſufficiat ex ipſo ſic impoſ
nomine. *Lamineæ vero hypoſtaſes notæ ſu
rationi: ipſæ quidem ſunt ſimiles laminis,
non per longitudinem (hac enim potius vid
tur diſſimiles) ſed ſimiles ſunt ſpecie. † Lami
vero novimus appellatas eſſe, quæ & longi
dinem & latitudinem habent, non etiam
dentem profunditatem. Eodem modo ap
lata ſunt quædam inſtrumenta à mulieribu
venta ad * lanificia. Quinetiam lapis quic
eſt eodem nomine vocatus Petalites, hoc e
mineus, qui conciſus eſſe videtur in ejuſ
di laminas. Quamobrem ex hiſce conſide
opo

* θρομβώδεις, *grumoſæ.*

† σίτου *frumenti.*

* πεταλώδεις, *foliaceæ, & ſquameæ.*

* πετάλοις *foliis.*

† πέταλα, *folia & tenues laminas.*

* ταλασιουργίαν, i. ἐριουργίαν, *lanificium.*

portet de laminea hypoſtaſi. Sed reliquum
m eſt ut dicamus de hypoſtaſi, quę accepit
omem ¹ à ſimila. Similas omnes novimus vo-
atas eſſe quę ex malè molito frumento, or-
eove videntur furfures. Quæ namque furfu-
bus ſunt ² pleniora, hæ ³ ſimilæ vocantur,
on ut fufures, ⁴ ſed ut tripliciſpaciatę. Et ob
aſce, vocantur ⁵ ſimilaceæ hypoſtaſes. Re-
at jam etiam docere de complicatis contentis
diverſarum ſpecierum, quę diſſimilaria dici
oſſint.

CAP. XVI.

De differentiis eorum quæ complicantur in contentis Urinarum.

Nterdum hæc ipſa varia apparent. Nam ali-
quando veluti * ſimilę quædam deſcendunt
cum contentis. Aliquando veluti furſures,
veluti † laminea, atque orobea. Eſt aliquan-
videre quædam cum contentis, ut capillos
ngos palmo, ac minus, & magis. Quinetiam
quando videre eſt * ramenta quædam ſubru-
a breviſſima, atque hæc omnia nunc paucio-
nunc plura ſpectari ſolent. At vero quid-
m unumquodque horum ipſorum ſibi velit,
locis propriis explicabimus. Sicuti & eorum
aſſas in iis, qui de cauſis, libris reddemus.

1 ἀπὸ τοῦ κρίμνου, quam vocem expoſuimus in fine capitis & auctor ipſe explicat.

2 ἁδρότερα, craſſiora & grandiora.

3 κρίμνα.

4 ἀλλ' ἤδη τριχῆ διαστατὰ, i. triplicem dimenſionem habentes.

5 κριμνώδεις.

** κρίμνα.*

† πεταλώδη, καὶ ὀροβοειδῆ

** ψήγματα.*

CAP. XVII.

*De differentiis * eorum quæ innatant in chymate.*

NUnc operæpretium eſt ut dicamus de ii[s] quæ innatant in ſuperficie Urinæ. Innatant igitur in ſuperficie Urinæ † bullæ, quæ etiam * lampæ, hoc eſt ſpumæ, quæ in ſuperficie vini inſident, appellantur. Innatant quoque liquamenta quædam. Veruntamen prius diſputabimus de innatantibus liquamentis de[in]de de innatantibus bullis. Apparent itaque in Urinis aliquando innatantia quædam velut [a] araneæ, quales ſunt maxime continuæ, atque velamini ſubtili ſimiles, non quales ſunt illæ quæ non omnino ſunt continuatæ, ſed cum majores circuli feruntur circa minores, quos rectæ lineæ & obliquæ ſecant, ortæ à centro, & ad extrema pervenientes. Interdum etiam feruntur in ſuperficie Urinæ puncta ol[ei] nunc pauca, nunc plura, nunc tenuia, nunc craſſa, veluti in pingui jure refrigerato innatare videntur, quæ res à multis appellata eſt [b] ſp[u]ma. Veruntamen hæc ipſa evidentia erunt a[lio] in loco, ita ut de his plura nunc dicere n[on] oporteat. [c] Quinetiam interdum atque ci[rcum] corona[m]

** ἐπινηχομένων τῷ χύματι.*

† πομφόλυγας.

** λάμπαι, quæ vox craſſiorem ſpumam vino innatantem ſignificat.*

a Vide ſecundum prognoſt. Hipp. & comment. Galeni.

b γραῦς de qua voce legendus eſt commentar. Gal. in lib. 2 prognoſt. Hipp.

c Hic locus in tribus exemplaribus Græcis manu ſcriptis quæ licuit m[ihi] videre, ſic ſcriptus eſt: ἐμφέρεται μέν τι ἐνίοτε καὶ μάλιστα περὶ στεφάνην, οἷον τινὰ τελχία. μείω μὲν πάνυ τῶν ἤδη ῥηθέντων, ἀδρότερα δ' ἄν. Id eſt, feruntur & maxime circum coronam velut quidam minores quidem jam dictis, ſed craſſiores.

oronam feruntur quædam veluti laceramenta eſtis, & veluti pilis contexta, quæ à Græcis άχια & τειχία vocantur: eadem ſint longe ninora, iis, quæ prædicta ſunt, atque pleniora.)portet etiam hæc ipſa prænoſſe diſcentem. Namque paulo inferius in locis opportunis, re ſa nobis obviam faciente, de eis latius diſpubitur. Nunc vero de bullarum differentiis dimus, veluti in initio ſtatuimus.

CAP. XVIII.

De bullarum differentiis, & definitione coronæ.

BUllarum aliæ perquam magnæ ſolent eſſe, aliȩ perquam parvæ, aliæ mediocres. Item æ per omnem ſuperficiem Urinæ eunt, aliæ r ſolam coronam, vel per totam coronam, vel r aliquam ejus partem, vel plures partes diſrſas, vel per coronam, & mediam Urinȩ ſurficiem, vel per alteram ſolam medietatem ſurficiei, aut inordinato, ac alio modo, & comcato tam per ſuperficiem quam per coronam natant. Quinetiam earum quæ per coronam nt, aliæ * ſingulæ, aliæ binæ ſunt, aliæ ternæ, * μονόςυχαι. æ alio majori numero conſiſtunt: atque aut nes prope pari magnitudine ſunt, aut mino-, quæ ad medium concedunt. Eodem modo habent in ipſa altitudine matulæ. Namque llæ aut ſingulæ, aut binæ, aut ternæ, aut alio odo ſociatæ ſunt. Sed quoniam duo nos latent

minus exquiſitè ſermone tractata, ea claritat
cauſa nunc adjiciam: unum igitur eorum, qu
prætermiſimus eſt de bullis. Siquidem vide
poterunt cuiquam, quæ dicta ſunt, intellige
da eſſe de innatantibus bullis, quæ ſimul fiu
cum Urina, quum emeitur. At idipſum pu
re non licet. Sed intelligenda ſunt de eis qu
remanent poſtquam quieta fuerit Urina, atq
omni ex parte refrigerata. Nam bullæ ejuſm
di quieſcentis, & refrigeratæ Urinæ nequ
quam à continente afficiuntur: atque eo qu
nihil afficiuntur ab aëre, indicant generati
nem eſſe à prꝍſtantiore cauſa. Nam quæ p
lo poſtquam intumuerunt, diſſolvuntur,
biliores habent cauſas, ac perquam facile
lutꝍ abeunt. Quare conſiderare oportet de b
lis iis, quæ multo tempore immorantur
cauſſas harum, & judicia diſcere oportet. A
rum vero eorum, quꝍ nos præteribant, eſt
ſcriptio coronæ. Siquidem multos turbare
terit, audientes coronam quandam in U
apparere, minuſque eam comprehender
ſcopi ignorantiam. a Coronam ergo dici
lineam adumbratam, quꝍ circumcurrit per
bitum ſuperficiei Urinæ. Si utique matulæ
rint rotundæ, etiam circulo circumſcri
Urinarum ſuperficies. Sed hꝍ ſuperficies a
tremitates deſcriptæ, ſi matulꝍ rotundæ
rint, decenter vocari poſſunt coronꝍ, ob
ræ proprietatem. Sin fortaſſe matulæ fu
quac

a *In veteri exemplari hic eſt capitis initium.*

quadrangulæ, aut multangulæ: tum bullæ quæ per extremitates Urinæ cucurrerint, non etiam par eſt, ut in corona currere dicantur, cum ablata ſit figura rotunditatis. Quamvis unuſquiſque dicere poſſit, bullas harum & illarum matularum eaſdem eſſe ratione judiciorum & cauſſarum. Hoc itaque pacto ſe habent differentiæ bullarum, in quibus exerceri oportet, quod non mediocriter collaturæ ſint iis, quę deinceps dicentur. Nunc reliqua tranſigamus.

Cap. XIX.

De differentiis coronarum corporis Urinæ, quæ ſunt alterius coloris.

MUltę coronæ, alię commodiores quam quæ ſuperius dictæ ſunt, apparent, circumeuntes ſuperficiem matulę: quę non innatant in * humore ut innatant bullę, ſed potius ſunt circumferentię humoris corporiſve Urinę. * χύματι. Siquidem cum † Urinæ humor aliquo quovis tingatur colore, cum coronæ circumſiſtunt affectę diverſo colore vel albo, vel * flammeo, vel bileo, vel viridi, vel nigro, vel aliquo alio. At vero hęc ipſa iis qui attente ſpectant, facile apparent. [a] Sed non aliter quam præſentia eſſent male videntibus quemadmodum in ſtellis crinitis obſcure apparentibus accidere ſolet.

† χύμα.

* πυῤῥῷ ruffo.

[a] ἀλλ' ἔχι μᾶλλον ὅιον παραβλέπεσιν,

 Namque

[a] ita quidem tria exemplaria habent, ſed addenda videtur particula ἢ poſt μᾶλλον, ut ſenſus ſit: ſed non magis quam parum videntibus & negligenter aſpicientibus.

Namque crines earum obſcurarum facilius parum videntibus, quam viſum intendentibus, apparent, cum viſu infixo vel potius à multo colore & luce attracto obſcurentur. Atque hæc de coronis dicta ſint, quæ conferent in locis opportunis, nunc vero dicamus ea quę ſequuntur. Namque videbatur mihi nunc complicationes, quas eſſe contingit e coloribus, & ſubſtantia, & contentis, huic ſermoni addere. Sed quod præterquam quod res multiplex & varia eſſet, difficulter etiam percurri poſſet, atque adeo ſine ulla neceſſitate protenderetur, pręter-miſi, cum non admodum neceſſe eſſet, me ſic ſcribentem complicare. Siquidem in præſenti diſputatione explicamus Urinarum differentias, tractationes vero ſequuntur, continebunt judicia, cauſas, atque * prævidentias. Qui ergo in his fuerit verſatus, is perquam facile poterit componere tam cum coloribus ſubſtantias, quam cum coloribus & ſubſtantiis contenta etiam differentia colore, ſubſtantia, loco, lenitate æquabilitate, atque differentiis hiſce oppoſitis. Quinetiam idem facile poterit dijudicare quænam componi poſſint, & quæ non poſſint: itaque conſulo his qui rei hujus ſtudioſi ſunt ut in his verſentur, ut quæ non leve momentum ad perfectam cognitionem collatura ſint. Siqui enim ante didicerit quas ob cauſas ſint colores chymata, ad hæc conſiſtentiæ, & alia & noverit quid unum quodque ſibi velit, facile quidem

* προγνώσεις.

ea

ea complicaverit. Et ubi prompte complicaverit, ita exacte & judicia eorum, & cauſas reddiderit. Sed hactenus de hiſce ſatis dictum eſt.

Cap. XX.

De variatione colorum, & ſubſtantiarum Urinarum.

POſt hæc conſiderandum eſt de variatione [a] ſubſtantiarum & colorum, qui in Urinis apparent, atque præter hęc etiam contentorum. Quinetiam de differentiis temporum. Namque Urinarum colores, aut in eodem, ut ſe habent, manent ſemper, aut tranſmutantur, aut in pejores colores mutantur, aut in meliores. Et alterutro modo mutando, aut proveniunt ad extremos colores, aut manent alicubi firmati, vel paulo ulterius procedunt. Quoniam vero decens eſt ut ad magnas alterationes colorum commutentur etiam contenta, inſpicere oportet, quænam fiant in hiſce * varietates tam colorum quam ſubſtantiarum, & lęvitatis, atque ſpaciorum loci. Deinde confert etiam conſiderare, an hæ mutationes fiant longiore an breviore tempore. Non enim parum conducet obſervare tempora mutationum. Quin & interdum etiam ſubſtantiæ ſolent ſimul mutari alterarique, neque ſemper ita afficiuntur, cum majore motione in eis quam in coloribus mutandis opus ſit. In quillus conferens erit non modo diſcere mutationes, ſed etiam tempora earum diſquirere, ac diligenter animadvertere an velocius, an tardius ſuccedant.

Non

[a] *ἀνωμαλίας ἐμφερομένων τοῖς οὔροις χρωμάτων δηλονότι, καὶ συστάσεων καὶ προσέτι τῶν παρυφισταμένων. de voce autem ὁμαλοῦ καὶ ἀνωμάλου legend. eſt. 1 τῶν προγνωστικῶν Hip.*

* *ἀνωμαλίαι.*

Non minimum enim hęc ad præcognitionem atque judicia collatura ſunt. Quin & illud ſcire convenit quod * varietatum alię ſint ordinatæ, alię ordinem nullum ſervent. Oportet enim hęc ſpectare & conſiderare. In ſequentibus enim videbis, ut ex hiſce bene conſideratis multa adjumenta provenerint ad judicandum & pręvidendum. Animadvertas quoque, nam interdum videris † varietates ordinatas priores eſſe iis, quæ ordinem non ſervant, quę explicabuntur ſuis locis. Hic namque nobis ſolum propoſitum eſt de differentiis Urinarum diſputare. Et ut oratio clarior reddatur, hoc pacto per exempla tranſigimus. Colorum * variamenta fiunt tum, cum de colore in colorem tranſmutatio fiat. Si enim Urina nunc apparuerit alba, craſtina vero † aurea, & conſequenti die alia: vel contra, nunc quidem ſubrubea, craſtina vero * aurea, atque poſthac pallida vel alba, atque etiam hoc modo nunc quidem ſit ſubrubra, deinde viridis, vel cerulea, vel nigra, vel illo modo nunc quidem ſubrubea, deinde ruffa & χάρωπον † adhæc lactea, aut aliquo modo aliter, veluti tu complicaveris (contingit enim rem nunc hoc nunc illo modo apparere, ut victa, vel vincens fuerit virtus vitalis. namque differentię concoctionum, ſive prave, ſive bene fiant, in Urinarum mutationibus ſpectantur) multas quoque videris in conſiſtentiis * varietates, ſi animadverteris ea quę fiunt. Siquidem interdum urinæ

ſemper

** ἀνωμαλιῶν.*

† ἀνωμαλίας τεταγμένας.

** ἀνωμαλίαι.*

† πυῤῥὸν ruffa.

** ὑπόπυῤῥον ἢ πυῤῥόν, i. ſubruffa vel ruffa.*

† Hanc vocem græcam reliquimus quod ejus ſignificatio vix latine reddi poſſit. lege Ariſt. & Tyleſium.

** ἀνωμαλίας.*

ſemper craſſę ſunt, nullamque * ſequeſtrationem habentes. Interdum vero in eis ſubſidit ad fundum matulę id quod craſſius eſt, reliqua Urina craſſa etiam remanente:interdum omnis craſſities ad fundum concedit. Videre quoque eſt ut craſſum quaſi recurſu quodam ipſum chyma conturbat magis aut minus. Eadem quinetiam in tenuibus Urinis fieri contingit, tam ſi multum quam ſi parum tenues fuerint. At vero ſi vel cum pravo, vel cum bono colore fuerint conſiſtentię, ita ut haſce cum coloribus componas, plures, ut arbitror, † varietates ex eis effeceris. Omnes quoque * varietates, aut cum ordine fiunt, aut abſque ordine. Siquidem ſi uſque ad tempus quoddam, quædam † ſubſtantia cum quodam colore ſit complicata, poſthac vero ſive ſubſtantia, ſive color, ſive utrumque alteretur: deinde iterum, ut primo erant fiant, idque per plures reditus erit, * varietas cenſeretur cum ordine fuiſſe. Contra vero abſque ordine videbitur, cum † ut fortuna dederit, ita mutatio colorum & ſubſtantiarum ſucceſſerit, hoc eſt, in inordinatis reditibus & temporibus. Veruntamen (ut apertius res intelligatur) utimur ejuſmodi exemplo. Si igitur duobus deinceps diebus eædem Urinę apparuerint, tertia vero ſit alteratio, quarta & quinta die Urinę ſimiles fuerint iis, quæ in prima & ſecunda, atque ſexta commutatio fiat ſimilis ei quæ in tertia, idque in pluribus dierum ejuſmodi reditibus prove-

Marginal notes:

* διάκρισιν.

† ἀνωμαλίας.

* ἀνωμαλίαι.

† σύστασις.

* ἀνωμαλία τεταγμένη.

† ὅπως ἔτυχεν, *quomodocunque, i ſine ordine temere.*

provenerit, varietas ordinata vocari poteſt. Quod ſi acciderit, ut duobus deinceps diebus eædem apparuerint Urinę, tertia vero die tranſmutentur, quarta alterentur, quinta etiam diverſæ à prædictis ſpectentur, neque per aliquos reditus eædem fiant anteactis, ſed exierint * ut ſors dederit, & abſque ſerie, tum varietas ejuſmodi appellari poteſt inordinata. Diſcere in hiſce licet & cauſas, & judicia, & prævidentiam, tum cum de his diſputationem fecerimus.

* ὡς ἔτυχε.

Cap. XXI.

De varietatibus contentorum, ordine & inordinatione uniuſcujuſque eorum.

Eædem accidere poſſint † inordinationes & varietates in ipſis contentis, quippe quæ interdum concedunt ad matulæ fundum, interdum pendentia videntur, atque aliquando attolli uſque ad ſuperficiem chymatis, quinetiam interdum lævia ſunt, interdum diſſipata, ut interdum alba, interdum in alios colores mutata. Et aliquando tenuia effecta ex craſſis, aliquando craſſa ex tenuibus. Nihilo quoque minus interdum ex ſuperiore decidunt ad inferna, interdum ex inferiore ad ſuperna feruntur. Idque cum diverſis coloribus, & ſubſtantiis, in quibus multas reperire poteris varietates, ſi rem ipſam expenderis. Nobis enim ſatis ſunt quæ dicta ſunt, * etſi indagatio ſubminiſtrare poſſit majorem longitudinem orationis de hiſce rebus,

† ἀταξίας καὶ ἀνωμαλίας.

quoniam

* ὑφαιρουμένης τῆς σπουδῆς τὴν πλείω τῶν λόγων παρέκτασιν, *feſtinatione auferente longiorem de his ſermonem.*

quoniam nobis minus facile eſt recenſere ſingulas Urinas. Nobis igitur facile non fuit ſingulas Urinas componere, tum propter ſermonis prolixitatem, tum quia in his verſaturo reliqua ex jam dictis intelligere licet, & oratio juſtam prolixitatem habere videatur iis, qui brevitati ſtudent. Ob hæc finem imponentes ejuſmodi orationi, quæ modum menſuramque decentem nacta eſſe exiſtimetur, ab hiſce ad ea quæ de judiciis Urinarum habentur, diſputationem transferimus. Congruum enim eſt, ut is qui ad artis hujus myſteria capeſcenda contendit, primum Urinarum differentias noſcat, ut recte edoctus ſit quot & qui in Urinis colores appareant, atque cum quibus * ſubſtantiis ſoleant inſpectari. Deinde judicia diſcere ſuper præhabitis Urinarum differentiis. Qui enim eo pacto inſtructi fuerint, iis perquam facile erit dignoſcere, quæ ſint curanda, & de quibus deſperandum ſit. Atque præter hæc alia diſputatio ſuccedit, quæ de cauſis Urinarum habetur. Eſt inſuper liber de præceptione † veluti judicatione aperiente prævidentias. Namque qui diligenter judicaverit Urinas, is infallax præſcius evadet. Quorum unumquodque, Deo concedente, ſuis in locis explicabitur. Nos tamen hoc in loco finem facientes diſputationi de differentiis Urinarum, veluti ab alio principio aggreſſi ſermonem, qui poſt hunc eſt, tractemus.

* συστάσεων.

† προγνώσεως, præcognitione præſagitione.

DE DIFFERENTIIS URINARUM
LIBRI FINIS.

An-

ANNOTATIO CAPITVM

Quæ in libro primo

DE* JUDICIIS URINARUM

habentur.

* διαγνώσεως cognitione & dijudicatione.

CAP. I. *De differentia matularum, & quæ ex matalis ſit aptiſſima.*

CAP. II. *De loco congruo ad ſpectandas Urinas.*

CAP. III. *De tempore proprio ſpectandarum Urinarum.*

CAP. IV. *De judicio Urinæ in omnibus mediocris.*

CAP. V. *De judiciis Urinarum ſecundum ſexum & ætatem.*

CAP. VI. *De judiciis Urinarum, quæ fiunt in ſimplicibus intemperaturis.*

CAP. VII. *De judiciis Urinarum ſecundum exercitia, & ocia.*

CAP. VIII. *De judiciis Urinarum per anni tempora & regiones.*

CAP. IX. *De judiciis Urinarum, quæ fiunt à ſomno, atque vigiliis.*

CAP. X. *De Urinis inediæ, atque famis.*

CAP. XI. *De judiciis à parvitate, & magnitudine humoris Urinæ.*

CAP. XII. *De judiciis albarum Urinarum.*

CAP. XIII. *De judiciis Urinarum † ſuſpicearum, & ſpicearum.*

CAP. XIV. *De judiciis * aureæ, & croceæ Urinæ.*

CAP. XV. *De judiciis ſubrubeæ, & rubeæ Urinæ.*

CAP. XVI. *De judicio † vineæ Urinæ.*

CAP. XVII. *De judicio * paſſei coloris Urinæ.*

CAP. XVIII. *De judiciis viridium Urinarum.*

CAP. XIX. *De judiciis Urinarum oleacearum.*

CAP. XX. *De judiciis † venetarum, lividarum & nigrarum Urinarum.*

† ὑπώχρων καὶ ὠχρῶν, i. ſubpallidarum & pallidarum Urinarum.

* πυῤῥῶν καὶ ξανθῶν rufarum & flavarum.

† οἰνωπῶν.

* κυανῶν cyanearum.

† φαιῶν.

ACTUA-

ACTUARII
IN
LIBRUM PRIMUM
DE JUDICIIS
URINARUM,

PRÆFATIO.

Cum corporis affectus, quicunque hi tandem fuerint, ex Vrinarum ſignificatione nemo noſſe poſſit, niſi qui earum differentias prius ſciverit, nos ſuperiore libro differentias Vrinarum tractivimus, omnemque rationem & methodum hujus rei abſolvimus. Supereſt ut nunc de Vrinarum * cognitione agamus. Quod in arte medica utiliſſimum eſſe comperitur. Siquidem ſi medicus non facile poterit convenientem victus rationem præſcribere vel medicari, vel aliam aliquam curationem adhibere corporibus quovis morbo laborantibus, niſi ſtatim judicaverit quænam ſit ægritudo quæ corpus corripuit, arbitror non parum collaturas huic methodos, quæ de cognitione traduntur arte inventas, aliæ ergo methodi cognitoriæ aliis morbis magis conveniunt: communis autem & ad omnes propemodum pertinet Vrinarum cognitio. Oportune & recte dicere quiſpiam ea poteſt, quæ concoctioni & cruditati quæ fiunt in primis venis, accidunt, adhæc quæ tertiæ concoctioni. Præterea quæ renibus, veſicæ, & Vrinæ meatibus. Is porro

* Διαγνώσεως.

dicet

dicet humorum incrementa, atque minutiones, atque obſtructiones principalium meatuum, & quæcunque in hiſce fieri contingat, de quibus tractandum eſt in ſequentibus. Sed jam primum hic dicendum eſt de matula, loco & tempore, in quibus confert conſiderare Urinas. Deinde de propriis rebus ſubdendum.

Cap. I.

De differentia matularum, & quæ ex matulis ſit aptiſſima.

Matulæ igitur comparentur ex vitro tenui, atque albo, ut colores exacte appareant. Namque aliquæ ſunt, quæ * ſubvirideſcunt. Quamobrem non exacte pellucidæ manere queunt. Candorem enim coloris ſequitur pelluciditas. Vireſcentes igitur non ſolum coloribus aliquid auferunt, ſed etiam † ſubſtantiam Urinarum minuunt, quinetiam in eis, neque contenta exacte videntur. Priores illæ itaque præferendæ ſunt. Figuræ vero matularum differentes habentur, à quibus etiam accidit quodammodo * judicium lædi. Namque in matulis valde patentibus Urina, præſertim ſi fuerit quantitatis mediocris, diſtributa per amplitudinem ſolam, parum ſpacii quod ſecundum longitudinem eſt occupabit, nec licebit cognoſcere, quod ſecundum profunditatem eſt, contenta occupaverint cum pauca admodum Urina ſit. Aberrare ſimiliter licet in matulis extranearum figurarum,

* ὑποχλωρίζουσαι, *ſubvirides.*

† συστάσεως, *conſiſtentiam.*

* διάγνωσιν, *cognitionem.*

igurarum, veluti ſunt arctæ, atque prolixæ, ut quæ nunc ſolent effici: veluti ſunt quoque, quę nfernam partem ſane quam latam, planamque habent, ipſæ vero colliguntur, ut à fundo aſſurgant. Quæ vero fundum habent non planum, ſed deorſum verſus extumentem, ita ut fundus n conum prope videatur colligi, hæ quidem ubi oportuerit ad movendas Urinas, eaſque multas capiendas oppotunæ cenſentur. Namque vaſa capaciora ad id utilia eſſent: ſed ut ſerentur Urinę ut decet, videntur minus quam cæteræ matulæ conferentes, quæ figura ſimiles unt vitreis cyathis quibus ad bibendum utimur. Quamobrem ſi opus ſit diſcere matularum fiuras maxime congruentes, quę ſimiles ſunt vas vitreis ex quibus bibimus, videbuntur utiliſſię. Veruntamen non oportet matulas cingi ſinulis vitreis quæ eas obſcurent, neque habere undum ad multam Urinam continendam, d ſint quoad fieri poteſt ſimplices ac lęnes atue aliquanto majores quam cyathi, quibus ad bendum uti conſuevimus, ut quantitas Uriarum, quæ perfecte ſuſpicienda eſt, contineri oſſit. Et de figura matularum hęc ſatis. Ut vero rina inſpicienda ſit, hoc pacto monſtramus.

CAP. II.

De loco congruo ad ſpectandas Urinas.

QUoniam loca umbroſa non parum de coloribus auferunt eos in obſcurum

tranſmutantia, lucida autem & ſole illuſtrat…
loca colores multo remiſſiores propter multam…
perſpicuitatem reddunt, oportet hoc cavere at…
que obſcurationes quas utraque illa loca inve…
hunt fugere: auſerunt enim colorum eſſentiam…
ita ut Urinæ exacte conſiderari non poſſin…
Quærenduſque locus medius eſt inter hæc, q…
colores nullo pacto lædere poſſit. Si igitur co…
tenta manifeſte tranſpareant ſatis nobis fueri…
Quod ſicubi loca ſint valde obſcura & non l…
cida, tunc transferre Urinas oportet prope i…
ſum ſolem, ut in loco ſublucido latentia tra…
pareant.

CAP. III.

De tempore proprio ſpectandarum Urinarum…

OPeræpretium maxime videri poterit, … * tempus illud definiatur, quo quiſqua… (ut maxime decet) Urinas inſpicere valeat. I… circo ea de re ita dicendum eſt, ut de ea q… nobis maxime utilis viſa ſit. Urinæ igitur… matulis factæ, ſi adhuc ſubcalidæ tactu f… rint, ut ſolum exhibent colores exacte ſpec… ri, ita in eis † minus exacte ſpectantur c… tenta, ſubſtantiæ, atque etiam bullæ. Na… que bullarum aut omnes, aut aliquæ … cum exſpirante Urinæ calore abeunt, … manent cum refrigerata Urina. Contenta … ro ſtatim facta Urina non facile appare…

* τῶν προ-σφορωτάτων ἂν δόξαιεν. i. *aptiſſimum.*

† *negatio hæc non eſt in noſtris exemplaribus, ſententia etiam eam inducendam oſtendit.*

a U…

Ubi vero illa refrigerata fuerit, ea hora con-
ectantur, ſed tempore quodammodo men-
rato. Namque principio ſubapparent nube-
læ, quæ aut manent, aut pedetentim ad me-
um matulæ concedunt, veluti poſtremo ad
ndum deſcendunt. Conſiſtentiæ vero quæ
ediocritatem ſervant, cum coloribus conſpe-
antur: quæ vero ad craſſitudinem vergunt,
æ poſtquam ſtatuta ſunt contenta, demon-
antur, tardius etiam, quæ ex his rurſus ſubſi-
nt, tales enim Urinas exquiſite ſpectare priuſ-
am refrigeratæ fuerint, non oportet. Quin-
am non oportet has urinas commoveri vehe-
enter, priuſquam omnia videris, ne multa in
tranſponantur. Bullæ namque & rumpuntur
tranſportantur. Contenta quoque * concuſſa
, diffugiunt propria loca, [c] quemadmodum

* κλονούμενα.

cus hic ſic legitur in Græco exemplari, ἐπειδὰν δ' ἤδη τὰ οὖρα ψύχηται αὐτά συνεπιφαίνεται, καὶ πῶς τὴν ἀρχὴν ἐπινέφελα πεφυκότα. τῆς ρας ἐπιμετρουμένης ἤτοι αὐτόθι ἔτι μένει ἢ περὶ τὸ μέσον περιιόντα γίνεται ς ἀμίδος, ὥσπερ δή τ' ἄλλοτε πρὸς αὐτὸν γοῦν τὸν πυθμένα χωρεῖ. *Id eſt, m autem Urina jam refrigerata fuerit & ipſa ſimul apparent, prin- io quodammodo nubium locum occupantia, atque adeo nubes exiſten- . adjecto tempore in eodem loco vel manent, vel in medium matulæ ocedunt, quemadmodum & aliquando in fundum ipſum deſcendunt.*

ὰ τὴν κατάστασιν τῶν παρυφισταμένων. *i, poſtquam contenta ſubſede- nt, aqua enim turbida* καθίστασθαι *dicitur, cum ejus craſſamentum ſedit.*

περ καὶ καθισταμένων ἤδη τῶν παχέων, αὖθις τῇ συγκινήσει, συγχεῖται ν ἡ γεγενημένη κατάστασις. *quemadmodum poſtquam quæ craſſa ſubſede- nt, rurſus commotione confunditur & conturbatur, quæ facta rat ſubſidentia.*

omnium craſſorum commotione facta conſum-
ditur, quæ facta erat veluti ſtabilitas. Et hæc
ipſa de tempore, quo exacte Urinas ſpecta
opus eſt, cognoſcere decet diligentem artis me-
dicæ inveſtigatorem, quæ fortaſſe * ſatis dicta
eſſe videri poſſunt. Nunc oportunum eſt, ut
incipiamus docere diſciplinam de judiciis Uri-
narum: hinc auſpicio facto.

* εἰκότως, i. recte.

Cap. IV.

De judicio Urinæ ſecundum omnia mediocris.

CUm † ex quadam veluti amuſſi & regu-
la * mediocri, & temperata, & ſecundum
naturam Urina liceat affectus cognoſcere, de-
cens eſſe videtur, ut prius de Urina ſecundum
naturam, & quæ mediocris eſt, diſputetur.
Deinde de iis, quæ aliquo pacto diſſimiles ſunt
mediocri. Veruntamen quoniam non omni-
bus hominibus eædem ſunt corporis tempera-
turæ & ætates, neque exercitia eadem, neque
cibi iidem, neque eædem regiones, & anni tem-
pora, neque cætera alia eadem ſunt, quę ſua
natura corpus humanum alterare poſſunt: ar-
bitror ſermonem abſoluta methodo traditum
ſi de ſingulis horum diſputem, idque pa-
inferius poſtulante re ipſa. Nunc vero illud po-
tius opportunum eſt, ut hominem † omni
parte temperatum primo ſtatuamus: deinde
ad eum referamus Urinam ſecundum natu-

† ἀπό τινος ςάθμης ἢ κανόνος.
* συμμέτρου ὄρου.
† σύμμετρον.

habentem. Cognoſcenti enim ut Urina ſe-
undum naturam ſe habeat in homine omni ex
arte temperato; veluti hinc initio capto, li-
ebit cognoſcere omnes * caſus, & declinatio- * πτώσεις.
es à temperamento. Quamobrem & † judi- † διαγνώ-
a in his perquam facile patebunt, veluti tra- σεις.
ando aperte demonſtrabitur. Ut enim re-
ıla & amuſſis, cum adhibentur, oſtendunt
ligna curva, & obliqua atque diſtorta ſint,
Urina quæ omni ex parte mediocris eſt,
monſtrat eam, quę vel magis, vel minus à me-
ocritate ipſa declinaverit. Eſto igitur homo
acte ſanus, & vigens ætate, & temperatura
rporis mediocris, qui veſcatur cibis boni nu-
menti, & temperatis, exerceat ſe neque dimi-
te, neque præter modum, ſitque in regione,
anni tempore temperatis. Et (ut ſummatim
quamur) in omnibus ejus rebus ſit mediocri-
, * medio & diviſione carens. Hujus viri Uri- * ἄμεσος καὶ
eſſe vult colore † ſubaurea, vel ſubcrocea, ἄτμητος.
ſtantia mediocris, ac proportione reſpondens † ὑπόπυρ-
quod bibitum eſt, a in qua nulla innatet bul- ρον, ἢ ὑπό-
neque tuberculum aliquod ſubſideat, non ξανθον.
æreat matulæ hypoſtaſis alba, lenis, æquabi- a οὔτε πομ-
Omniaque ſint ſibi ſimilia: neque quicquam φολύγων
n hiſce complicetur ex eis, quæ ſolent inferri ἐπινηχομέ-
νων, οὔθ'
ὅλων δηπίνων
ἑτέρων,

 ſimilia

ανέτω τῇ ἀμίδῃ, ἀλλὰ μὴ προσεχέσθω ὑπόστασις λευκὴ καὶ λεία καὶ
λη πάντη ἑαυτῇ ὁμοία. *Id eſt, in qua neque bullæ innatent neque*
vis aliud. Subſideat vero in matula ſed non inhæreat hypoſtaſis
, lævis & æquabilis atque omnino ſibi ſimilis.

ſimilia capillis & ramentis, & ejuſmodi gen
ris. Hæc Urina optima eſt, & ſecundum om
nia mediocris, atque ſana. Quæ vero aliqu
modo ab hac defecerit, hoc ipſo ab optim
& pura ſanitate decidiſſe intelligatur. Nec ign
ramus ſanitatis ipſius magnam eſſe latitudinen
atque aliqua eorum quæ recte rejecta ſint
regula Urinarum, in Urinis eorum qui ſin
pliciter ſani ſunt, apparere poſſe. Veruntam
ſcire oportet orationem pręſentem non eſſe
ſanitate, quæ latitudinem habere putatur,
de ſanitate ea quæ pura & inculpabilis eſt. H
enim veluti depicta, certiſſime noveris, qu
to quis ab ea receſſerit. Cum itaque dem
ſtratum ſit, quænam ſit Urina eorum qui te
perati, atque omni ex parte mediocres hab
tur: [b] decens erit, ſi nos veluti à quodam
gno certiſſimo (quod in omnibus eſt
diocritas) profecti paſſim diſceſſerimus, ut
dicare per ſigni diſtantias valeamus, quo
cto ægritudines ſeſe habeant, atque dig
cere decenter, in quibus labor ſuſcip
dus ſit.

CAP.

[b] προσήκον ἂν εἴη ὥσπερ ἀπό τινος ἀσφαλοῦς σημείου ἡμᾶς ἠργμένους τοῦ ἐν πᾶσι δηλονότι συμμέτρου ἀφίστασθαι κατὰ βραχὺ, ἵν᾿ ὅπως ταῖς ἀποστάσεσι τὰ μέτρα τῶν νοσημάτων ἔχοιεν κρίνειν
διαγινώσκειν δεόντως, ὅσοις ἂν ἄρα τοῦτ᾿ ἔργον γίνηται. *Id eſt, con
ut incipientes ab aliquo veluti certo ſigno ab eo, quod moderatu
paulatim abſcedere, ut ipſis à medio receſſibus morborum modu
vim poſſint hi cognoſcere & judicare, quibus hæc cura & negotiu
ceptum fuerit.*

CAP. V.

De judiciis Urinarum ſecundum ſexum & ætatem.

Primum de Urinis ſecundum ætatem & ſexum, & naturales quaſdam intemperatu-as, & exercitia, & anni tempora, & regiones, & cibos dicemus. Deinde de Urinis ægritudi-um generalium, quę unicuique accidere ſo-ent, diſputabimus, ſi prius definiverimus, uid velint & ſignificent colores, conſiſtentię, ontenta, & quæ in eis ſpectantur. Temperati gitur viri & florentis ætatis Urina * eſt ſubau-ea & ſubflava, & hypoſtaſin & conſiſtentiam nediocrem habet. Senum vero ſubtilis & alba, que paucam hypoſtaſin habens, quę ad cru-itatem inclinat. Parvorum vero puerorum Jrinæ ut parum recedunt à ſubaureis, & ſub-avis, ita ſubſtantia parum ſuperant juvenum Jrinas, & hypoſtaſin cumulatam congrega-mque continent. Et quo pueri fiunt natu najores, eo colores Urinarum eorum erunt tenſiores, hypoſtaſis vero quantitas videbi-ur minor. Cum vero pueri ad vigorem ju-entę vadunt, † tum colores Urinarum ceſ-nt procedere pluſquam ad ſubaureum, hy-oſtaſis vero in mediocri quantitate apparet. t vero quantum ætas à floreſcente declinat, ntum etiam urinæ ab ejuſmodi colore rece-unt, verſus album euntes, atque hypoſtaſis eo

* ὑποπύῤῥα *ſubruffa.*

† τότε χρώματα προβαίνειν τοῦ ὑποπύῤῥου πλέον παύονται.

minor, & obſcurior apparet. Atque ætatum tales Urinæ, ut uno verbo dicam, apparent. Mulierum vero vigentis juventæ, atque temperatarum Urinæ non multum recedunt à colore ſubaureo, & ſubflavo, cum declinent verſus album quarum ſubſtantiæ ſunt ſubtenues: verum hypoſtaſin * congregatam magis videntur habere, quam virorum Urinæ. Differentias itaque ipſarum, in iis quæ de ætatum differentiis, certo dicere eſt, per ea quæ proxime dicta ſunt.

* ἀθροωτέραν.

Cap. VI.

De judiciis Urinarum, quæ fiunt in ſimplicibus intemperaturis.

AD hæc operæpretium eſt docere, quas accidant ob naturales & ut ſunt morbi intemperaturas. Namque cum ſint duæ paſſivæ qualitates, item aliæ duæ activæ, humiditas & ſiccitas, cum ſint paſſivę, ſi exceſſerint ſolę, parum caliditas & frigiditas, multum alterare poſſunt. At vero ut humiditas excedit † obtundit Urinæ naturalem colorem, quantitatem auget. Exaſperabitur & hujus ſuperficies hypoſtaſis vero actior & crudior apparebit. Siccitas vero minuit * Urinæ humorem, atque contenta. Et colores mediocres pelluciditatem quandam majorem & ſplendorem habent: hypoſtaſis vero quanqu

† ἀμβλύνει.

* τὸ χῦμα.

cæte

cætera mediocris eſt, tamen neſcio quomodo conſiſtentia craſſiore eſt. Caliditas vero paulo excedens modum, Urinam ſubauream, atque ſubflavam reddit. Sed aucta ubi fuerit, eam efficit auream, atque flavam [a] & Urinæ ſubſtantia conſtat, ut mediocris, & ſplendor mediocris in ea eſt. Hypoſtaſis etiam mediocris eſt, habita comparatione ad quantitatem Urinæ, veruntamen recedit ab albedine conſueta. Frigiditas quinetiam facit Urinas vergere ad album colorem, atque recedere à mediocri conſiſtentia, [b] ſed aucta frigiditate aut Urina tenuior, * aut craſſa redditur. Si vel ſubtilis fuerit, vel non pura, hypoſtaſis erit aut obſcura & pauca, aut multa, ſed varia & incocta. Atque hæ ſunt Urinarum ideæ ſecundum ſimplices intemperaturas. Tu vero ea quę tradididimus ſequens, ab hiſce facile intellexeris, quæ Urinę ex complicatis intemperaturis fiunt & apparent.

** ἢ τοὐναντίον πάσχει, i. vel contrarium ei accidit.*

 CAP. VII.

[a] *Hic locus ſic legitur in Græcis exemplaribus:* ταῖς τε συστάσεσιν ὑπερεκπίπτουσι ἴσιον καὶ τὸ σύμμετρον. *Id eſt, & conſiſtentia ab eo quod mediocre eſt excidunt, quem hujus loci ſenſum eſſe ſequentia oſtendunt.*

[b] *Hic locus ſic legitur in Græcis exemplaribus:* προϊούσης δὲ τῆς ψύξεως ἤτοι ἔτι λεπτύνεται ἢ τοὐναντίον πάσχει, παχυνόμεναί τε καὶ ἀναθολούμεναι τούτοις ἢ πάνυ ἀμυδρὰ ἔχουσι καὶ βραχεῖαι αἱ ὑποστάσεις, ἢ πλείους μὲν, ἀνώμαλοι μὲν τοι ἔνδοι, καὶ ἐνωμοι. *Id eſt, procedente frigiditate vel tenues magis fiunt, vel eis contrarium accidit craſſis, & conturbatis, eſtque his aut admodum obſcura & pauca hypoſtaſis, aut copioſior, ſed inæquabilis & cruda.*

CAP VII.

De judiciis Urinarum ſecundum exercitia, & otia.

Qualisnam Urina profluat ab iis qui multa exercitia, atque ſupra quam vires ferant, ſe exercent: item qualis ab iis qui in otio degunt * & ſedentariam vitam ducunt, nunc tempus eſt referre. Siquidem qui plus quam par eſt, laborant ac exercent, iis Urina ſubflava, atque etiam ad flavum colorem accedens apparet. Hypoſtaſis quoque his parva, atque tenuis ſubſidet, cujus quoque colorem contingit alterari. Quinetiam in Urina ejuſmodi hominum interdum innatare apparet liquamen quoddam, præſertim cum homo vehementer ſe fatigaverit, etſi aliquando aliqua alia cauſa conſentiat. Sed tamen ubi id viſum fuerit, ſuſpicandum eſt, cauſam aliquam ægritudinis adeſſe. Sed nobis non eſt propoſitum de hiſce Urinis nunc diſſerere. Eorum vero, qui in otio & quiete vitam agunt, Urinæ ad albedinem vergere ſpectantur, in quibus hypoſtaſis & major & craſſior & aſperior ſubſidet. Atque de his ſufficienter ſic dictum fuerit.

* ἥσυχον μελῶντι βίον.

CAP. VIII.

De judiciis Urinarum per anni tempora, & regiones.

DE Urinis quæ per mutationes ſecundum anni tempora & regiones apparent in hominibus,

nibus ſic convenit dicere. Vere igitur quantum tempus proceſſerit verſus calidum, tantum colores Urinarum * à ſubſpiceo, ac ſpiceo recedentes procedunt verſus colorem † ſubaureum & ſubcroceum. [a] Quinetiam abeunte inæqualitate ſubſtantiarum, accedit ad id, quod eſt ſecundum naturam, ipſa & ęqualitas commenſuratio. Hypoſtaſis quoque temporis hujus ex craſſiore incipit mutari in tenuem, atque procedit verſus tenuitatis mediocritatem. Ad hæc, quantitas * humoris major tunc apparet, quam quæ ex proportione ſunt. Veruntamen cum æſtas incipit, atque frigus exactum eſt, tum Urinę apparent ſubaureæ, atque ſubflavę, conſiſtentia vero, mediocris. Hypoſtaſis vero tenuior mediocri apparere incipit, ſed alba, & lævis, & æquabilis. Procedente autem æſtate, ac † ad ſummum accedente, quantitas humoris minor ex proportione ſpectatur: at hypoſtaſis à naturali albedine recedens, verſus * ſubſpiceum colorem concedit, eſtque multo minor ac tenuior. Sed tenuitas in Urina fulget cum ſplendore quodam, & ipſa quoque inclinat erga † croceum, atque aureum. At vero ubi Autumnus acceſſit, tum colores revertuntur ad mediocritatem, ſed ſplendor & tenuitas adhuc rema-

* *τῶν ὑπώχρων καὶ ὠχρῶν. i. à ſubpallido & pallido.*

† *ὑπόπυῤῥον, καὶ ὑπόξανθον, i. ſubruffum & ſubflavum.*

* *τῶν χυμάτων.*

† *ἀκμαῖον, vigorem.*

* *ὕπωχρον, ſubpallidum.*

† *ξανθὸν καὶ πυῤῥὸν, flavum & ruffum.*

a *Verba hæc ita in Græcis codicibus leguntur,* καὶ τῆς ἀμετρίας φογγώσεως τῶν συστάσεων ἀποκαθίστασθαι πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἢ σύμμετρον. *quorum verborum hic ſenſus videtur eſſe: conſiſtentiam Urinæ quæ immoderata erat hyeme ad id quod commoderatum & ſecundum naturam eſt, vere reduci.*

remanent. Hypoſtaſis obſcura eſt adhuc & parva, ſed alba, lævis, & æquabilis. Procedente vero Autumno, ad mediocritatem, ſecundum omnia redit Urina. Cum vero ſol fuerit circa ſolſtitium hyemale, tunc quantitas Urinæ ex proportione redditur. Color vero vergit verſus album, & hypoſtaſis major eſt, cætera autem mediocris. Procedente vero hyeme, conſiſtentia Urinæ varia ſpectatur, color etiam albus: quantitas vero humoris major ex proportione rei ebibitæ. At vero contenta hujus & majora ſunt, & * incocta. Ubi vero æquinoctium vernale adeſt, tum hæc † diſſeparantur, atque coguntur redire ad mediocritatem. Atque hinc diſcere licet quales Urinæ per anni tempora appareant. Urinę autem ſecundum regiones, proportione reſpondent iis, quę fiunt ſecundum anni tempora. Atque oportet virum prudentem, dum ſimilia comparat, ex iis quę dicta ſunt circa anni tempora conjectare: & quę fiunt in locis diverſis, illa proportione reddere ipſis anni temporibus. Cibi quinetiam & ratio vivendi calidior, vel frigidior, vel ſiccior, vel humidior producit tales Urinas, quales gignunt memoratę intemperaturę. Et cibi concoctu faciles, bonique ſucci, tales Urinas pariunt, quales generantur in temperatis, ut concoctu difficiles, & mali ſucci alimenta gignunt Urinas colore *varias, & tenues, & quarum contenta ſunt prorſus † extranea. Sed minora, & diverſæ ſubſtantiæ contenta apparent

* ἄνωμα, *cruda.*
† ἀνίεται, *remittuntur.*

* ἀνώμαλα, *inæquales.*
† ἀνώμαλα, *inæqualia.*

apparent in Urinis concoctu difficilium ciborum : majora vero ac in totum ſibi diſſimilia, in Urinis alimentorum mali ſucci. Et hoc pacto poteris ex hiſce judicare de Urinis quæ apparent per ætates, & ſexus, & intemperaturas, & regiones, & tempora anni, atque vivendi rationem.

CAP. IX.

De judiciis Urinarum, quæ fiunt à ſomno, atque vigiliis.

EOrum * qui dormiverunt per paſſiones, non per naturam, Urina ad album colorem vergit, cujus conſiſtentia eſt ſubtenuis & craſſa. Contenta vero plura apparent, ſed cruda. Qui vero ſecundum naturam ſomnolenti ſunt & dormierunt. Urina minus alba eſt, quippe quæ † ſpicea ſpectatur, cujus conſiſtentia vergit ad mediocritatem : quinetiam contenta ſunt majora, atque bene concocta. Eorum vero qui vigilarunt non ſecundum naturam, Urina * minimo mutatur. Sed qui vigilarunt ob aliquem affectum à quacunque cauſa ſit, circa principium etiam minimo mutatur in ſubſtantia, & colore, & contentis: procedente vero tempore diſſipantur, atque deficiunt contenta. † Urinæ quoque humor tenuis fit, atque paulatim concedens ad tenuiorem : color vero aut ad album, & aqueum vergit, aut ad aureum, & * croceum, & oleaceum, & nigrum, ſecundum cauſæ (mutantis) proprietatem. Ad hæc eorum

* ὑπνηλῶν γε μὴν οὖρα κατὰ πάθος καὶ μὴ κατὰ φύσιν, *i. eorum qui propter morbum non ſecundum naturam ſomnolenti ſunt & dormierunt.*

† ὠχρά.

* βραχύτατον καὶ ἀσαφές, *i. parum & obſcure.*

† χῦμα.

* ξανθὸν, *ut eſt in uno exemplari, id eſt flavum, vel* ξανθίζον, *ut eſt in reliquis duob. id eſt flaveſcens.*

eorum qui multum comederunt, neque concoxerunt comeſa, Urina eſt ſubtilis, & alba, & interdum abſque hypoſtaſi. * Diurnantium vero cum cruditate comeſorum Urina eſt varia in conſiſtentia, & in contentis.

** χρονισάντων δὲ. perſeverantium autem in cruditatibus.*

CAP. X.

De Urinis ediæ atque famis.

JEjunantium Urina † flammea, atque crocea, tenuis apparet atque minorem hypoſtaſin continet. Qui fame vero præmuntur, horum Urina eſt tenuis, & alba, & hypoſtaſi privata, & cum quodam ſplendore occurrit. Ac de hiſce hoc pacto ſe habeat oratio. Poſt hæc fas eſſe videtur ut de quantitate humoris Urinæ, atque colore ſigillatim dicamus, & de ſubſtantia, & contentis, & iis quæ in ſuperficie Urinę innatant: ut unoquoque explicato, & quos affectus præſertim unumquodque eorum conſequatur, judicia certa ab iis fiant, qui hiſce rebus operam navant.

† πυῤῥὰ ἤδη καὶ ξανθὰ. ruffa & flava.

CAP. XI.

De judiciis à parvitate, & magnitudine humoris Urinæ.

PRimum diſputandum de parvitate, & magnitudine * humoris Urinæ: deinde de affectibus qui hiſce accidunt. Siquidem eorum, qui perfecte ſani ſunt, Urinę quantitas proportionem quandam ſervat eorum, quę bibita ſunt. Namque alterationem aliquam factam eſſe in iis,

** χύματος.*

s,quę intrinſecus ſunt:ſignificat Urina major, ut minor, ſive longe ſuperarit proportionem bibiti,ſive longe receſſerit ab ea. Decens eſt de modo quantitatis humoris diſputare. Namque Urina ſi major viſa ſit exiiſſe in ſanis corporibus,ſignificat multum bibitum eſſe, præſertim ſi vinum fuerit *exile,cujus Urinæ color ad album tranſmutatur,atque conſiſtentia ad tenue: contenta vero tenuia & varia non etiam lævia. Nam inſiſtentibus quoque crudis humoribus, ubi cocti fuerint, pervalida manente natura,copioſa & ſubtenuis externitur Urina,atque prędictis minus alba, ſed in hac meliora apparent contenta. Multa quinetiam Urina ſpectatur in iis qui pauca excernunt ob naturalem quendam ventris affectum, quę colore mediocri eſt, atque majorem, & craſſiorem hypoſtaſin continet. Item multa Urina ſolet mingi † ob medicinas Urinatorias, quę colorem naturalem melius quam prædicta ſervabit. Hypoſtaſis vero eſt ſubtilior (ita ut obſcuretur) ſed ſplendor quidam in humore ejus fulgebit. Atque hęc dicta ſint de his, qui mędiocriter ſani ſunt. In ægrotantibus vero hoc pacto Urina habet. Multa Urina provenit [a] in paſſione, quę ab acci-

* ἐξίτηλος ὁ οἶνος, i. ἀσθενής, i. *vinum evanidum & fugiens.*

† διὰ φάρμακα διουρητικά.

[a] *Hic locus ſic legitur in Græco exemplari,* ἐπὶ διψακοῦ μὲν ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους ὀνομαζομένου. *Id eſt, in affectu, qui ab eo quod accidit, dipſanis dicitur. Hunc autem affectum quidam (ut Gal. ſcribit lib. 6 de locis affect. cap. 2.)* ὕδερον εἰς ἀμίδα, τινὲς δὲ διάῤῥοιαν εἰς οὖρα τινὲς δὲ διαβήτην, ἔνιοι δὲ διψακὸν *vocant, poſtremum hoc nomen affectus hic ex eo invenit, quod (ut idem auctor ſcribit) qui eo laborant præter modum ſitiant.*

accidente, ſitibunda, à celeritate evacuation[e] diabetes, & * fluxus Urinę appellata eſt. Eade[m] alba eſt, & tenuis, ac hypoſtaſi privata. Illu[d] aut ſcire oportet, interdum in ægritudinu[m] † terminationibus multitudinem profluere U- rinæ albioris, & tenuioris, atque mediocre[m] habentis hypoſtaſin, præſertim cum præceſſer[it] Urina craſſior, & * globulentior. Et qui hy[-] drope morbo capti ſunt, iis Urina major quam mediocris fieri ſolet, atque aquea, quæ crudam & inæqualem hypoſtaſin habet. Quod ſi Urin[a] multa exierit, ac † flammea, & ſubcrocea, v[el] ſimili aliquo colore tincta, hanc damnare opo[r-] tet, præſertim ſi cum non bonis contentis pro[-] fluxerit. * Sin vero fuerit vineo, vel paſſeo co[-] lore: atque ſic multa proceſſerit, præſerti[m] nulla concoctione præeunte: peior adhuc e[ſt] & mortificationem quandam, & colliquatio[-] nem oſtendit univerſæ corporis ſtructuræ. A[t-] que hæc dicta ſint de Urinis quantitati medio[-] critatem ſuperantibus. Urina vero proportion[e] minor quam mediocris effluens, per horu[m] contraria provenit. Namque dieta ſiccior pau[-] cam Urinam facit, ſed ſubcroceam, atqu[e] minorem hypoſtaſin, & craſſiorem quodam modo mediocri continentem. Item glutino[ſa] & obſtruentia, tam alimenta quam pharmaca gignunt paucam Urinam: ſed hypoſtaſin etiam paucam, & tenuem. Quinetiam quum mult[a] fit ventris evacuatio, tum minor proportion[e]

ex[-]

* καὶ διαῤῥοία εἰς ἀμίδα.

† ἐπὶ ταῖς κρίσεσι, *i. in ſolutionibus criticis.*

* θρομβώδης, *i. grumoſa.*

† πυῤῥὰ, καὶ ὑπέρυθρα, *i. ruffa & ſubrubra.*

* ἀνδέγε οἰνωπὰ καὶ κυανὰ, *ſi vero vineæ vel cæruleæ fuerint.*

it Urina , atque ad tenuitatem inclinat, & ypoſtaſin per obſcuram , & tenuem , & non vem continet. Aliquando etiam ob craſſiem vel multitudinem crudorum humorum uca, tenuis, alba, ſine hypoſtaſi, & aliquando aſſa, quæ crudiores habeat hypoſtaſes & non ves. Ad hæc pauca Urina producitur ob feis vehementiam, & color ſignificat tibi febris antitatem. Parua quoque Urina deſcendere detur ob aliquem vaſorum Urinalium affecm veluti ſunt locorum horum dolores,atque a in ipſis Urinis contenta, de quibus infes latius diſputabitur, nunc vero de unoquoe colorum * decentia referemus. † judicia que de coloribus,cum multiplicia ſint,quip- quod non omnes colores propriis nominis definiti ſint , ſed ſolum generaliores : me- vero & ſubmedii colores, & ſimpliciter ſpeles, ſint propriarum appellationum expertes, ficile eſſe videtur ſingulos enuntiare, & vix ione comprehendi poteſt. Veruntamen qui genio pollens, ac natura diligens fuerit, nec rvam harum rerum habuerit peritiam, is peram facile ex iis quæ dicta ſunt, poterit cætera n dicta complere.

* ἐνδεχόμενα.

† διαγνώσεις.

CAP. XII.

De judiciis albarum Urinarum

Albi Urinarum colores (incipiendum enim eſt ab albis: album enim eſt corporum. ſimpli-

Lege cap. 12. lib. 1. de criſib. in quo multa nt quæ ad hujus capitis & ſequentium explicationem pertinent

ſimplicium, quod eo demonſtratur, quod nu[l]lo colore alio infecti ſint) dividuntur in plur[e]s ſpecies per differentiam magis & minus. Se[d] quæ & quot ſint, in iis quæ de differentiis Ur[i]narum aperte dictum eſt. Quamobrem ne[c] opus eſt producere orationem ſuper eis, quæ i[l]lic ſufficienter habita ſunt. Sed addamus nu[nc] oportet, quid ſignificent colores albi cum app[a]rent. Demonſtratum jam eſt quæ ſit Uri[na] omni ex parte mediocris, ſecundum colore[m] & conſiſtentiam, & contenta, & quemadm[o]dum ſolertem medicum à ſigno aliquo cer[to] incipientem, receſſu ab his morbos æſtima[re] oportet. Igitur concoctione humorum corp[o]ris recte facta, color decens ſplendet in * h[u]more Urinę. Imperfecta coctione vero † ſ[...]ceus, & albus color, & qui inter hoſce ſubm[e]dii ſunt, apparent. a Veruntamen definien[tes] modos, quibus Urinam albam apparere co[n]tingat, clarius reddemus unicuique id qu[od] decet. Igitur alba Urina in iis qui ſani ſunt, [ſe]mel apparens, ſignificat multam vini pot[io]nem, præſertim vini * exilis. Et judicii hu[jus] fidem faciet ipſa Urinæ magnitudo. Quo[d ſi] quantitate ſit mediocris, & hypoſtaſin prop[or]tionalem contineat, indicat frigidam quand[am] inte[...]

* χύματι.

† ὠχρὸς, pallidus.

* ἐξιτήλου.

a Hæc verba ſic leguntur in Græco codice,

πλὴν ἀλλὰ διοριζόμενοι τῷ λόγῳ τὰς λευκότητας προσθήσομεν ἑκάς[...] δέοντα. *Id eſt, veruntamen albedines oratione diſtinguentes, unicu[ique] convenientia addemus, quorum verborum hic ſenſus eſſe videtur [...] traditurum cauſas, quibus Urina ſit alba.*

ntemperaturam hepatis. Et ſi hypoſtaſis ſit ultum obſcura & occulta, ipſa vero Urina ultum alba, demonſtrat ſenectutem vel ſeundum naturam, vel ex morbo. Quinetiam lba Urina in hydropicis provenit, quę videtur ontinere hypoſtaſin diverſam, atque crudam. ihilo quoque minus in iis, qui patiuntur, bſtructionem aliquam in viſceribus internis que renibus, exit Urina alba atque tenuis. Quæ in febribus acutis Urina alba exit, ejuſodi apparet, ut humor qui ipſam tingebat io tranſmiſſus ſit. Eadem vero mediocris, vel piosior quam par eſt, interdum habet conten* diſperſa, & tenuia, interdum veluti ſemen umanum, atque refugiens fundum matulæ, terdum prorſus deficiunt contenta. Nihilo inus etiam cum humor tingens vehementer clinat in ventrem, Urinæ albæ ab abſentia umoris tingentis fiunt. Quod diſcere licet ab quæ egeruntur. Quemadmodum etiam ntra interdum accidit, nimirum tinctas Uris apparere ex egeſtionibus albis. [b] Sæpenuero enim humores ubi impetum ejuſmodi quem fecerint, inclinationem capere conſuerunt. Et ſi licet omnia uno verbo complei, hoc pacto dicendum eſt. Urinæ albæ fiunt t à craſſitudine, & multitudine crudorum

E 2 humo-

* διεσκεδασμένα.

[b] *Hæc verba ſic leguntur in omnibus exemplaribus, πολλάκις γὰρ εἰώθεσαν οἱ χυμοὶ τοιαύτης ἀφορμῆς τινὸς δραξάμενοι. Interpres autem iſſe videtur τοιαύτης ὁρμῆς, hoc impetu capto, quæ ſcriptura huic loco venientior eſt.*

humorum, aut ab obſtructione meatuum, aut à potus magnitudine, aut * ab incocti[one], aut etiam ab averſione humoris tinge[n]tis, atque à frigiditate naturali, & quæ à mo[r]bo eſt, & hæ quidem valde albæ ſunt, [at]que cum tenui conſiſtentia exeunt. Quæ ve[ro] c cum ægritudine fiunt, minus albæ prædic[tis] ſunt, ſed indicant multum humorem crudu[m] vigere in corporibus. Atque albus Urinæ co[lor] hæc ſignificat: Quo vero intenſior e[ſt], eo pejor exiſtimandus eſt ratione habita ad [...]nitatem.

** ἀπεψίαν.*

c Interpres hoc loco legiſſe videtur μετὰ πάθους, ſed tria illa exemplaria quæ nobis videre licuit μετὰ πάχους habent, i. cum craſſitudine, [...] lectio huic loco accommodatior eſt.

CAP. XIII.

De judiciis Urinarum ſubſpicearum, & ſpicearum.

URina quæ * ſubſpicea, & ſpicea ap[pa]ret, indicat minorem †incoctionem, qu[am] quæ ſuperius memoratæ ſunt, veluti na[tu]ram aggredi concoctionem ſignificans. [...] tamen ipſa videtur cruda, comparatione [ha]bita ad mediocrem Urinam: tantumque d[i]hęc à ſanis, quo plus albedinis habet. Alba e[...] præterquam quod à mediocri conſiſtenti[a re]cedit, colorem convenientem etiam non ha[bet]

** ὕπωχρα καὶ ὠχρὰ, ſubpallida & pallida.*

† ἀπεψίαν, cruditatem, defectum concoctionis.

Illa vero parum diſtat, parumque deficit in
olore & conſiſtentia : ut cum hac [1] poſt al-
am apparet, ſignificat concoctionem excitari.
ed oſtendit innatam caliditatem à mediocri-
te magis recedere verſus minus. Quibus ita ſe
abentibus non facile [2] ſubſtiterit aliquod con-
ctum ex contentis. Cum enim Urinæ [3] ſub-
antia incocta fuerit, incocta eſſe contenta
portet. [b] Et [4] ſpicea Urina, hoc pacto manca
t in colore mediocri, & ſecundum naturam.
um vero Urina magis tingitur, capitque ſub-
antiam mediocrem, tunc apparet [5] ſubaurea
ſubcrocea : qui colores ſunt perfectæ con-
ctionis, ſignificantes toti corpori ſanitatem
rtam ineſſe. [c] Veruntamen nihil fortaſſe
erit, ſi decente ratione dixerimus, & ſe-
ndum naturam habentibus. Siquidem iis,
ui [6] placida ſint natura, potius apparet Urina
* ſub-

1 ἐκ λευκῶν, i. ex alba, vel poſt albam Urinam.
2 ὑποστάιη, ſubſederit.
3 χῦμα,
4 ὠχρὰ, pallida.
5 ὑπόπυῤῥα καὶ ὑπόξανθα, ſubruffa & ſubflava.
6 αἱματηροῖς, qui ſanguine abundant.

Pronomen, illa, demonſtrat ſubpallidam & pallidam, ut ſenſus ſit: alba Urina præterquam quod non habet mediocrem conſiſtentiam à convenienti colore etiam recedit. Subpallida vero & pallida parum abſunt à olore & conſiſtentia, ita ut cum hæ poſt aliam apparent, ſignificent oncoctionem ἀναζωπυρεῖσθαι. i. excitari.

Locus hic ſic quidem legitur in Græcis exemplaribus, καὶ τὰ μὲν ὠχρὰ τῶν οὔρων οὕτω πῶς ἐνδεῖ τοῦ κατὰ φύσιν χρώματος, καὶ συμμέτρου, ſed ta eſſe legendum, καὶ συστάσεως συμμέτρου. i. à mediocri conſiſtentia, acile eſt ex ſuperiorib. conjicere.

Hæc ſic Græce leguntur οὐδὲν δ᾽ ἂν διενέγκῃ ἴσως εἰ δὲ εἰκότα λόγον ἀμφότερα συνιέναι, πέφυκε συμμέτροις καὶ κατὰ φύσιν οὔροις, quorum verorum hunc ſenſum eſſe : Nihil vetare quominus dicamus utrumque, i. ubruffum & ſubflavum coire in Urinis mediocribus & quæ ſecundum aturam ſunt, ſequentia indicant.

αἱματηροῖς, qui ſanguine abundant.
† ὑπόπυῤῥα, ſubruffa.
† ὑπόξανθα, ſubflava.

* ſubaurea: qui vero multam bilem gignunt, i
apparet † ſubcrocea. Quemadmodum in m
lancholicis, & phlegmaticis videtur medioc
Urina inclinare verſus album. Sed de colorib
mediocribus nunc mihi non eſt tranſigendu
quippe quod prius diſputatum eſt in capite
canone Urinarum, non ſolum de mediocri,
ſecundum naturam colore, ſed etiam de ſu
ſtantia, & contentis mediocribus. Quare re
quum eſt dicere de coloribus, qui poſt ho
ſtatuti ſunt, receduntque à mediocritate, q
aliquam affectionem corporis ſignificant.

CAP. XIV.

De judiciis aureæ, & croceæ Urinæ.

** πυῤῥὰ καὶ ξανθὰ, ruffa & flava.*

AUrea & crocea ultra prædictas appar
Urina, intenſionem quandam præter
turam caliditatis oſtendit. Quæ vero ſi ſul
nuis, aut mediocri craſſior eſt, hypoſtaſi
ret, aut perpauca, & obſcura contenta hal
videtur. Quinetiam aurea ſignificat inten
nem caliditatis potius per materiæ quant
tem, quam per defectum materiæ. Crocea
ro, contrario modo ſe habet. Namque † au
apparet ob multorum ciborum, & * medic
rum acutarum ſumptionem, obque ebull
nem ſanguinis ab ira, item ob intemperatu
quandam vergentem ad calidum in viſceri
accidit quoque ob affectum quendam ſimil

† πυῤῥὰ ruffa.
** φαρμάκων δριμέων, medicamentorum acrium.*

* Cro

Crocca vero apparet ob mœrorem,ob curam, ◌ vigilias, ob Solis æſtum , ob laborem , atque ◌ alia : quæ ut rubeam & tenuem bilem aggent in corpore , ita naturalis humiditatis deſtum quendam efficiunt.

* ἐκεῖνα δ' ἂν, illa vero, ſcilicet flava.

CAP. XV.

De judiciis ſubrubeæ , ac rubeæ Urinæ.

POſt haſce inſpicitur Urina ſubrubea , ſed craſſa frequentius , interdum etiam tenuis parens. Sed † rubea potius oſtendit tincturam is rubeæ. Nam comperta eſt ratione , & exrientia ejuſmodi bilis ſpecies : de qua dicetur oprio in loco. * Quinetiam ſerea ſanguinis perfluitas, quæ magis apparet in febribus vementibus , quæque ob humoris affinitatem debilibus hominibus (niſi aliqua impediens uſa reddita ſit) etiam apparet , in qua vehementior quoque febris ſolet accendi. Ejuſmo- rubrum ratione cognitum eſt , & ab eiſdem emoratis bili rubea , & ſero ſanguinis nos docuit, ut ipſum ſit in ſubrubeo humore , accepitie utraque illa tantum intenſa eſſe , quanto bor extitit manifeſtior. Illius quoque meiniſſe opus eſt. Namque vena ſciſſa aliqua ex , quæ circa vaſa Urinæ, vel ulterius ſunt, ſanineque miſto cum Urinis, ejuſmodi ſpectar Urina. Sed conjudicandum id eſt tum à cali dolore , tum ab antecedente cauſa : & ocedente ſic tempore vulnus ſaniem facit,

† τὸ μὲν, i. illa ſcil. craſſa.

* τὸ δ' ἂν, i. hæc ſcil. tenuis, ut totus locus ſit ſic vertendus, hæc vero ſeroſi ſanguinis copiam ſignificat.

unde ſanis jam cum Urina currente certius iſ[…] judicium, atque fides ſuper Urina cum ſani[…] Similiter accidit, ut vaſa colantia ſeream ſan[…]guinis ſuperfluitatem, cum paſſa fuerint maj[…]rem raritatem ob aliquam cauſam, nec hact[…]nus ſciſſa ſint: tunc ſecernitur ſanguis, qui cu[…] Urina miſcetur. Quinetiam hoc pacto cogn[…] venit laxitas quædam renum. Namque hanc ſ[…]quitur major Urinę excretio, atque in homi[…] apparet major debilitas: quæ eo certius laxit[…]tem eam indicant, quo minus habeantur ſig[…] venæ diſciſſæ. Ad hæc ſubrubeus & rubeus c[…]lor mediocre malum ſignificant, etſi ab ejuſm[…]di rubeo humore geniti ſint (ſiquidem is h[…]mor peculiaris magis extitit ipſi homini) ide[…] quoque non valde pravus extitiſſe probatur n[…]bis, arguentibus id à proprietate colorum.

CAP XVI

De judicio vinei coloris Urinæ.

* οἰνωπὸν χρῶμα.

TAntum in pejus inclinat * vineus colo[…] quantum diſceſſit à ſubrubeo rubeus. Sign[…]ficat enim bonum humorem aſſari atque m[…]tari, vel in flavam vel in nigram bilem, quaru[…] utraque peiores paſſiones cæteris gignit. Qu[…] ſi cum eo colore Urinæ aliquid bonæ hyp[…]ſtaſis appareat, tunc malum hoc mediocre er[…] & ſpes eſt naturam brevi victuram. Sin vero m[…]la fuerint contenta, aut nihil omnino content[…]rum apparuerit, † Urinaque videatur ut nul[…]

† σκιαυγὴ δ' οἷον εἴη τὸ χρῶμα, *i. obſcurus & veluti umbroſus color ſit.*

cra[…]

raſſa pauco lumine ſolis ſuffuſa, hoc eſt miſta x tenebricoſo, & lumine pauco, omnino pra- us eſt color, ac multo virtutis robore indiget ad recuperationem faciendam. Ad hæc, in- erdum in ſanis hominibus, qui † multa elabora- unt, ejuſmodi Urina vinea ſpectatur. Sed tum tiam aliqua bona ſigna cum ea concurrunt.

*περὶ ἀνάκτησιν, i. ἀνάληψιν.

† πολλὰ δραμόντων, i. qui multum cucurrerunt, ſed interpres legiſſe videtur καμόντων.

CAP. XVII

De judicio paſſei coloris Urinæ.

PAſſeus color qualis * aſpectu ſit, antea docuimus in iis, de differentiis Urinarum. Quidnam autem ſibi velit, nunc opportunum eſt docere. Ejuſmodi igitur Urinam dicimus * oſtendere, multum recedere à mediocritate, multoque virtutis robore ad optimam mutationem indigere. Quinetiam quemadmodum † vineus color ſignificabat humorem ſanguineum aſſari, ita nunc * paſſeus indicat bileum aduri. Quamobrem ejuſmodi Urina permanens veriſimiliter inſuper oſtendit morbum arquatum adeſſe. a Quod ſi in alio appareat,

*κυανοῦν, i. *cæruleum*,

*εἶδος, *ſpecie.*

† οἰνωπόν.

* κυανοῦν.

a *Locus hic varie legitur in Græcis exemplaribus. Duo enim ex his quæ mihi licuit videre hanc ſcripturam habent* ὅτι δ' ἂν ἐπιγένηται τῷ ἰκτερῷ, εἴτε τοῦ τὴν αὐτῷ διαμάρτοι τοῦ πάθους ἐπικρατήσαντος εἴτε καὶ νίκη τῆς φύσεως προσανακρουσθεῖσα δηλονότι, *&c. aliud vero pro* τῷ ἰκτέρῳ, τῷ ἀνθρώπῳ *habet. interpres legiſſe videtur* ὅτι δ' ἂν γένηται ἄλλῳ, εἴτε τοῦ τὴν αὐτὸς διαμάρτοι, τοῦ πάθους, *&c. quæ lectio bonum ſenſum videtur habere. Id enim auctor ſignificare videtur. ſi ea Urina in alio appareat, ſive de ejus vita, morbo vincente, deſperetur, ſive natura morbum vincere, apparentibus ſignis coctionis, incipiat. totam hanc rem accuratius diſci poſſe ex prognoſtico, quod ſcripturus eſt, poſt tractationem de cauſis Urinarum.*

appareat, ſive ſignificet hunc incompotem vivendi eſſe morbo dominante, ſive victoriam naturæ redeuntis, videlicet cum ſignis concoctionis: diſcere eſt diligentius in eis, quæ de prævidentia, quæ poſt libros de cauſis Urinarum, favente deo, ſcribemus.

CAP. XVIII.

De judicio viridium Urinarum.

χλωρὸν.

VIridis Urinæ color tam malus eſt quam tempore longo, fortunaque ſecunda, atque virtutis robore indiget, ut ad bonum reducatur. Quinetiam promptus eſt ad inferendum malum ęgrotanti. Eſt enim † deceptor, præſertim ſi [a] excitatus fuerit, ac multum deſtiterit à colore ſano. Namque oſtendit humorem bileum tantum præſtitiſſe humoribus cæteris, quantum is color à cæterorum coloribus in malignitate diſſenſit. Quod ſi ejuſmodi humor magis aſſatus fuerit, niger color generabitur. Sed quidnam ſibi velit is niger color, paulo inferius aperietur, ubi de nigro colore diſſeremus. Nunc vero reliquos colores attingamus. Veruntamen quia ſimilitudo quædam eſt inter colorem oleaceum, atque viridem: par eſt, ut hoc in loco de Urina oleacea diſputetur.

† παρακρουστικὸν.

a Hæc verba ſic leguntur: καὶ μᾶλλον, εἰ ἀνατεταραγμένον εἴη. quid ſit Urinam ἀναταράττεσθαι, lege Hip. ſententiam cujus initium eſt. Dromeadæ uxor. & Gal. comment. in eam. comment. 3. in lib. 1. Epid.

CAP. XIX.

CAP. XIX.

De judicio Urinarum oleacearum.

URinæ [1] oleaceæ in tres ſpecies dividuntur, quarum unaquæque proprium invenit nomen. Namque, alia appellata eſt [2] oleapparens, alia [3] oleicolora, tertia vero generis appellatione facta differentia, dicta eſt [4] oleacea. Sed harum ſpecierum quælibet, quaſnam etiam differentias evidentes habeat, dictum eſt in tractatione de Urinarum differentiis. [5] Judicia vero apponere nunc opportunum eſt. Quam autem Urinæ ejuſmodi præter naturam caliditatis ſigna ſint, ipſi colores fidem faciunt. Intenſionis vero malorum hujuſmodi colorum, oſtendunt tibi differentias caliditatis, præter naturam, atque inde ſpecies ratione diſcernere, & judicia volentibus reddere oportet. Ergo pingui liquefacto, cum ipſum incenderit adulterina caliditas, non modo in principio & augmento, verumetiam in vigore morbi, Urinę ejuſmodi aſpiciuntur. Siquidem in principio † oleicolora prę́ſentantur. Nondum enim exacte eo colore tinctæ ſunt urinæ, ubi etiam paucum pinguis liquefactum ſit. At in augmento ſpectatur * oleapparens, cum liquefactio jam majus ſpacium habuerit. Sed ubi exacte pingue colliquatum ſit: tum Urinæ colorem oleaceum prę ſe ferunt. Hoc enim indicatur paſſio eſſe in ſummo, ob in totum colliqueſactionem factam eſſe pinguis.

Sed

1 ἐλαιώδη, *de quibus lege comment.*
3 *Gal. in* 3. *epid.* & 12. *cap. lib.* 1. περὶ κρίσεων.
2 ἐλαιοφανής.
3 ἐλαιόχροα.
4 ἐλαιώδης
5 διαγνώσεις
† ἐλαιόχροα.
* ἐλαιοφανής.

Sed illud meminiſſe oportet. Nempe quod memoratæ Urinę interdum ſignum ſunt liquefacti pinguis univerſi corporis, interdum renum ipſorum ſolorum. Atqui idipſum ratione diſtinguendum eſt, atque judicium in ipſis exquiſitum reddendum, ne quiſquam aberret deceptus à paſſionibus ſimiliter ſignificatis. Ergo ſi paulatim ejuſmodi color proceſſerit, ita ut multo tempore confirmentur ejuſmodi oleacei colores, ſignum eſt febris per totum corpus diffuſæ. Sin vero brevi, atque * cumulatim iidem appareant, paſſio renum ſolorum demonſtratur adeſſe. Quibus inſuper fidem faciet vehementia caliditatis præſentis. Nam hoc modo caliditas in renibus ſolis excitatur: illo vero, in toto corpore ardere ſentitur. Atque hoc pacto unuſquiſque ſecutus memorata præcepta Urinas oleaceas † judicare poterit. Sed jam par eſt diſputare de reliquis coloribus.

* ἀθρόως.

† διαγνωσκεῖν.

Cap. XX.

De judiciis venetarum, & lividarum, atque nigrarum Urinarum.

Urinarum * veneta, & livida, atque nigra eodem colore tinguntur, quæ intenſione, remiſſioneque tingentis humoris nactę ſunt diverſos colores, atque nomina diverſa: ita ut ob idipſum ſignificare reperiantur diverſas quaſdam ægritudines. Veruntamen † veneta eo citerior eſt livida in malignitate, quo nigra livida

* φαιὰ, i. *fuſca.*

† φαιά.

vida eadem extitit ulterior. Niger color au-
em non ſinit colorem eſſe pejorem ipſo, adeo
t janua Ditis hoc colore etiam ſignificetur.
Pręterea ſunt colores, quibus † noviſſime hi
qui dicti ſunt, poſſunt accidere, de quibus pau-
o inferius dicetur. Venetus color, vel tinctu-
am mediocrem melancholici humoris ſuſci-
piens, vel frigus vehementius, vel mortificatio-
nem quandam nactus ſit apparet. Lividus vero
color eodem modo generatus in Urina ſpecta-
tur, interdum vero indicat plagas, atque verbe-
ra incuſſa homini. a At vero veneta Urina, quę
ſubtenuis apparet, generatur per ſuperficiem
fuſi melancholici humoris. Quæ vero verſus
craſſitudinem vergit, hæc fit ob multam fri-
giditatem. At quæ per mortificationem virtu-
tis * veneta eſt, hæc non habuit prius aliquam
concoctionis ſignificationem, ſed à pravis colo-
ribus ad pejores tranſmutata eſt. Eiſdem ratio-
nibus judicaveris lividam Urinam ſignifican-
tem ſimilia dictis. Quę vero livida apparet ob
plagas, & verbera, eam vibices ac notæ corporis
tibi ſignificabunt, aliaque ſigna quæ comperire
poteris. Quinetiam Urina ſumme nigra, inter-
dum ſignum eſt caliditatis ad extremum profe-
ctæ, præſertim ubi viridis Urina præceſſerit, aut
aliqua ei proxima. Interdum ſignificat extremã
frigiditatem. Et cognoveris hęc ita ſe habere hac
ratione

† τὸ καινό-τατον, i. κατὰ τὴν ἀρχήν.

* φαιά.

a Hæc verba ſic leguntur καὶ ὑπόλεπτα μὲν ἂν εἴη μᾶλλον τῶν φαιῶν, τὰ δὲ ἐπιπλοκὴν γινόμενα τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ πρὸς τὸ παχὺ δὲ ῥέποντα, τὰ διὰ ψυχρότητα πολλὴν φαινόμενα φαιά. *Id eſt. & ſubtenues ſunt magis quam fuſcæ per complexionem humoris melancholici exiſtentes, quæ vero ad craſſitudinem vergunt fuſcæ, propter multam frigiditatem apparent.*

* φαιὰ.]

† ἀμετρίαν.

* ἐκ συμμέτρου.

ratione. Nimirum quum livida & * veneta haſs præceſſerunt. Quoniam vero qualitas quæcunque ea ſit, quæ ad extremum pervenit, ſolet diſſolvere ſubjectum, non potens tolerare † immodeſtiam qualitatis, ſiquidem ſubjectum * à mediocritate conſiſtit, quod diſcere eſt tum ex aliis, tum præſertim ex actione corruptionum, quę ſingulis diebus fieri ſpectantur. Veruntamen ne omni ex parte videamur demonſtrare Urinarum colores nigros pravos eſſe, idipſum ratione definiendum eſt. Quandoquidem compertum eſt nigras Urinas homini ſalutares eſſe in morbis præcedentibus, quæ originem ab humore nigro traxerunt: tam enim ſpecies melancholiarum, quam quartana febris intermittens, Urina nigra apparente celerrime ſolvuntur. Neque quoque novum fuerit, ſi melancholico & ſplenetico viro poſt datum pharmacum abſterſivum & diureticum, ejuſmodi nigra Urina exierit, præſertim ſi alia etiam cauſa adjuvans adeſſe viſa fuerit. Veruntamen quod aliquando caſum ejuſmodi ipſe vidi in ſervo meo, non pigebit ipſum enarrare: qui fortaſſe quoque aliquo pacto conferet diſputationi pręhabitæ, atque res auditu non ingrata eſt. Acceſſi ad quendam curatione indigentem, ſecutuſque me eſt ſervus meus ea pharmaca deferens, quę collatura exiſtimaveram ægroto, atque inibi manu capiens pharmacum (erat enim tochiſcus amarus) miſcui cum

ↄ tantum oximellis, quantum ſatis eſſe putavi, tque infudi de fervente aqua, ut liquidius & acilius ad bibendum eſſet pharmacum, idque ægroto prębui. Ille vero calicem labris admovens, poſtquam ſenſit medicamenti inſuavitatem atque adeo amarus ipſo factus, & cætera ſuperbus & moroſus, quique ad medicamenta capienda non facile medico obſequeretur: volui etiam ipſe ludere, atque redarguere * abominationem medicinæ, quę ingenita ei erat ab animæ mollitie. Itaque ubi dixiſſem moleſti nihil tolerare debere virum quenquam, niſi ad utilitatem comparandam, dedi ſervo pharmacum ad bibendum, dixique id non mediocriter collaturum eſſe corpori. Servus acceptum calicem, manuque labris appoſitum, evacuatum oſtendit, ubi ſane quam libenter ebibiſſet medicamentum. Quo facto illinc diſceſſimus. Ipſe profectus quo decreverant: ſervum vero miſi ad amicum quendam ob rem aliquam neceſſariam, juſſique ut celerrime reverteretur. Erat iter eo (ut arbitror) triginta ſtadiorum. Obedientem reperi, atque celeriter reverſum. Sed ubi ad mejendum coactus eſſet, ei viſum eſt nigrum meiere: mihique retulit idipſum malum, atqua cauſam neſciens, magnopere contriſtatus eſt. Juſſi itaque ut poſtera die in matula oſtenderet Urinam. Sic itaque egit, etiam eventum diſcere expectans, verebaturque ne forte ignorata cauſa, repente moriretur. Ego quoque

** τὸ δυσμεθ ἐκζυ̃ς στβαρου̃, i. ad vomendum per clivitatem, quum vir ille ſuperbus me- medicamentum videret.*

inſpecta

inſpecta Urina nigra, primo miratus ſum, oblitus pharmaci quod nuper dederam, neque quartanam in eo affuiſſe conſiderans, neque melancholicam: ſolummodo tamen videbam temperaturam ejus vergentem ad quendam *purum humorem nigrum. Sed hanc ſolam non credidi fuiſſe cauſam facti,nulla altera reddita cauſa.Poſtquam vero recordatus fui medicinam quam exhibueram, intellexi rem, atque riſi : juſſique puerum confidere, ita ut ei nihil mali expectandum eſſet. Urina autem plurimum tincta erat nigrore:quoniam,ut puto,non ſæpius uſus fuerat ea medicina. Poſtera vero die Urina apparuit † veneta: & die quæ hanc ſecuta eſt, mutata eſt ita Urina, ut ad eam quæ ſecundum naturam eſt, conceſſiſſe ſpectaretur. Fortaſſe à principio non fuiſſet tincta Urina tam facile ab ebibito pharmaco, niſi etiam labor maximopere adjuviſſet,quod ita facile medicamentum diſtributum fuiſſet, & vigentem materiam atque abundantem attraxiſſet. Horum ergo uniuſcujuſque meminiſſe oportet, atque accidentia conſiderare, ſive à pharmacis oriantur,pręſertim quę humores ejuſmodi commovent, ſive à cibis, & potibus ſimili colore affectis. Veruntamen hæc ipſa in corporibus ſanis contingentia, aut parum, aut nihil mali ſignificant.In ægrotantibus vero longo tempore maxime ab humoribus melancholicis ſalutaria, & ægritudines ſolventia exiſtunt. Sed in iis qui

* ἄκρατον.

† φαιά.

febri

febribus acutis laborant, ſemper prava ſunt, atque fere mortis nuntia. Cum itaque demonſtratum ſit quænam ſit Urina omni ex parte optima, & quæ hanc ipſam maxime ſequatur: atque poſt hæc quidnam ſibi velit unuſquiſque e coloribus Urinarum: reliquum eſſe videtur ut de conſiſtentia Urinarum, deque contentis diſputetur, definiendo ratione uniuſcujuſque judicia, & quid eorum unumquodque velit explicare. Sed tamen ubi decentem modum diſputandi fecimus, neque par eſt diſputationem ipſam differre, ne vertiginem legentibus afferamus, ſic eam hic ſiſtemus, ut quę ſufficienter omnium ſupradictarum Urinarum cognitiones & judicia tradiderit. Sed ad aliam, quæ ſequitur, diſputationem tranſeamus, re ipſa nos eo pacto vocante. Donum quinetiam Dei putari poterit, ſi id cui magno ſtudio incumbimus, perfecerimus. Namque & nobis, qui nihil ab eo quod rectum eſt aberravimus, nihil erit quod vitio verti poſſit: hi vero qui hanc diſciplinam amplexati fuerint ſine errore de his univerſalibus judicabunt tanquam pugno concluſas cauſas tenentes. Neque arbitror quicquam melius contingere poſſe, quam ſuper male affecto corpore verum judicium, quod decet omni ope experiri, ut diligenter exerceamus.

Libri primi

DE JUDICIIS URINARUM,

FINIS.

ANNOTATIO CAPITUM

Quæ libro ſecundo

DE JUDICIIS

URINARUM

continentur.

CAP. I. De judicio ſubſtantiarum Urinæ.
CAP. II. De judiciis ſuper quantitat contentorum.
CAP. III. De judicio ſuper ſubſtantia conten torum.
CAP. IV. De judiciis ſuper albis contentis.
CAP. V. De judiciis ſubſpiceorum & ſpiceo rum contentorum.
CAP. VI. De judicio contentorum bilioſorum
CAP. VII. De judiciis contentorum venet rum, lividorum & nigrorum.
CAP. VIII. De judicio contentorum ſubrube rum.
CAP. IX. De judicio contentorum cruentorum
CAP. X. De judiciis orobeæ, furfureæ, lam neæ, ſimilaceæ hypoſtaſis.
CAP. XI. De judiciis contentorum mediocri miſtorum.
CAP. XII. De judiciis ſuper contentorum le nitate, & contrariis ejus.
CAP. XIII. De judiciis ſecundum loca conten rum in Urinis.
CAP. XIV. De judiciis bullarum Urinæ.

CAP. XV. *De judiciis coronarum diverſorum colorum.*
CAP. XVI. *De judiciis eorum, quæ innatant in Urinæ humore.*
CAP. XVII. *De judicio Urinarum ab odore malo.*
CAP. XVIII. *De judiciis Urinarum hypoſtaſi privatarum.*
CAP. XIX. *Quod fieri non poſſit, ut particularia concipiantur tanquam in infinitum exeuntia.*
CAP. XX. *Quod non facile febres ephemeræ ab hiſce judicentur.*
CAP. XXI. *De judiciis tertianæ puræ, & non puræ febris.*
CAP. XXII. *De judiciis quartanæ puræ, & non puræ febris.*
CAP. XXIII. *De judiciis febrium amphemerinarum.*
CAP. XXIV. *De judiciis Urinarum in febribus continuis à putredine.*
CAP. XXV. *De judiciis Urinarum, quæ fiunt ob aliquot membrorum principalium affectum.*
CAP. XXVI. *Quod volentem exacte de Urinis conſiderare, oporteat præter alia etiam probe callere diſciplinam de pulſibus.*

ACTUARII
DE JUDICIIS
URINARUM,

LIB. II.

PRÆFATIO

*DIſciplina atque ratio morbos cognoſ-
cendi, & arti medicæ maxime utiliſ
ab his olim magno ſtudio culta eſt
qui in eas res diverſis in locis inven-
tas incubuerunt : verum quum a
id abſolvendum tractatione Urinarum indigerent
neque quiſquam tamen eam aggrederetur, jam
ipſi eam attigimus, ita tamen ut ſuperiore illo no
abſolverimus, ob id altero hoc ipſo libro indigemu
* ut omnis recta ratio quæ de judiciis eſt, reddatur
Si igitur videamur ſuper hiſce diſputationem pro
trahere, id non incongruum videri poterit iis, qu
promptiores ſunt ad accuſandum, præſertim ſi re
neceſſarias, & ſufficientes demonſtraverit oratio
Quandoquidem & qui diſcunt, ii facilius hin
noverint, ſermone ad hanc methodum ſufficiente
explicato, eos qui curare morbos aggrediuntur
confidenter eos curare aggredi debere, quos cogno
verint victum iri, eos vero non attingendo
quos natura ſuperiores fore viderint. Si quis igi
tur velit in ſingulis diſputationibus docere, † quem
admodum polleat in arte medica judicatio, h
videbitur feciſſe quidem commodum indoctis*

* ἵν' εὐκρινὲς τὸ πᾶν τῆς διαγνώσεως μεθόδου ἀποδοθείη τῷ λόγῳ.

† ὁποῖον δή τι καὶ διάγνωσις τῇ τέχνῃ.

qu

*qui ſemel indocti eſſe convicti ſunt, doctis vero recordationis non inutilis munus, etiam paraſſe. At vero laboris plenum hæc iterum dicere ratus, non inutile vero in memoriam revocaſſe, quanti ſit momenti ipſa exquiſita cognitio, & quantum polleat in arte judicatio, non minus virtutis † auxilium verbis, quam magnæ promptitudini ſtudentium affert. Sed hæc ipſa relinquamus, cum de eis orationem protrahere non multum opportunum habeatur. Nos vero ubi in ſuperiore libro diximus de Urina, quæ omni ex parte ſecundum naturam eſt, & de quantitate humoris ejus, atque de coloribus, reliquum eſſe videtur docere in hoc libro de conſiſtentia ipſius * humoris, atque de contentis, deque iis quæ in contentis videntur. Quinetiam de bullis, & aliis quæ in ſuperficie Urinæ innatant. Demumque ſi quid aliud circa Urinam exquiratur.*

† ῥοπὴν.

* χύματος.

CAP. I.

De judicio ſubſtantiarum Urinæ.

CUm præceſſerit, quæ in venis fit decens concoctio, tum mediocris apparet Urinæ conſiſtentia, quantumque illa receſſerit ab eo quod decet, tantum quoque ſubſtantia decidere à mediocritate ſpectatur. Nam cum cruditas præfuerit in venis tum conſiſtentię diverſę

producuntur. At vero quia quæ adeſt cruditas, fit aut ob debilitatem naturalis caloris male affecti ab aliqua intemperatura, aut ob aliquem humoris exceſſum obtundentem caliditatem naturalem. Quæ conſiſtentiæ ob primam cruditatem præſentantur, hæ ſane quam tenues apparent. In quo ſi diligenter animadverteris, multas inſpexeris differentias ſecundum gradum [1] non acquiſitæ concoctionis. Quæ vero fiunt ob aliquorum humorum [2] exceſſum conſiſtentiæ, craſſiores apparent, ita ut proportione reſpondeant erroribus factis in coctione. Quinetiam eaſdem conſiſtentias efficere comperiuntur meatuum obſtructiones, atque eorundem [3] deoppilationes. Nam in illis veluti arctata materia continentur craſſæ partes. Quamobrem apparent tenues Urinæ. In reſeratis obſtructionibus vero craſſæ ſpectantur Urinæ veluti natura expellente per meatuum amplitudinem, [4] non ſolum concoctas ſuperfluitates, verumetiam eas quæ non bene concoctæ ſunt. Neque ſupervacaneum videri poterit, ſi hæc diſtinctius referantur. Siquidem quæ Urina ab inedia profluit tenuis, hæc ipſa [5] ſubcrocea ſpectatur, atque aut minima aut nulla contenta habet. Quemadmodum ob diuturnam, magnamque evacuationem, ve ventris, vel ſanguinis, vel etiam Urinæ, veluti in diabete, Urinam tenuem eſt videre atque albam, ac probe abſque hypoſtaſi. Simili etian

1 ἀποτυχίας τῆς πέψεως, *fruſtratæ concoctionis.*
2 ἐπικρατεῖαν.
3 ἀποφράξεις, *i. obſtructionum reſerationes.*
4 *Hæc non ſunt in Græcis omnibus exemplaribus quæ nobis licuit videre: ſed integrius hoc loco videtur fuiſſe interpretis exemplar.*
5 ὑπόξανθα, *ſubflava.* ἐπὶ τῷ ἐκνόσου γήρᾳ, *de quo vide lib. de Maraſ.*

tiam Urina ſpectatur † in appellata ſenectute
b ægritudine, & in ſenectute per naturam ac-
edente. Urina vero craſſa, aut abundan-
iam humoris ſignificat, aut corporis ſuperficiei
denſationem ob frigus factam, aut concoctio-
nis principium: veluti in quibuſdam ægritudi-
nibus fieri ſolet, videlicet cum in eis Urina te-
nuis præceſſiſſet: verum aliæ colore † definiun- †διορίζεται.
tur, aliæ facili mutatione, aliæ contentorum
craſſitudine. Contingit autem concurrentibus
vel duabus, vel tribus, vel pluribus cauſis na-
turam oſtendere Urinas complicatas: de qua-
rum compoſitione nunc nobis præpoſitum non
eſt diſputare, ſed de ſimplicibus. Illud enim
plurimum orationem protraheret, atque ad
inquirendum perdifficile eſſe videtur. Hoc
vero nihilominus eſt promptum quam facile,
atque ſtudentibus non paucas occaſiones præ-
bens, ut poſſint judicare recte de Urinis quæ
complicatæ appareant, atque ita ſatis tradidiſſe
ea quæ ad Urinarum conſiſtentiæ cognitio-
nem pertinent, videmur, quum quæ præcipua
ſint dixerimus, ut qui perſpicaci ingenio &
intelligentes fuerint, ex his reliqua eſtimare
poſſint, ſi modo à nobis aliqua prætermiſſa
ſint. Namque protrahere orationem, tanquam
magna reprehenſione dignum ſentiens, fugien-
dum eſſe decrevi.

Cap. II.

De judiciis ſuper quantitate contentorum.

NUnc decens eſt conſiderare contentorum tractionem aggredi. Atque primo dicendum de eorum varietate in quantitate eorum, deinde de colore, & ſubſtantia, atque de læ-vitate, & æqualitate, atque ſiquid aliud in eis appareat. Contenta igitur in Urinis aut majora eſſe contingit, aut minora, aut uſquequaque e mediocri quantitate. Cum itaque mediocria exſtiterint, * decenter quædam afferri poteſt judicatio. Sin vero fuerint quantitate majore quam par eſt, mediocria vero ſecundum alia, tum ſigna erunt hominem multo cibo uti. Cum multi cibi capti facile concoquantur à robuſta caliditate naturali, & vita in otio ſine exercitatione tranſigitur: hæc ſimpliciter ſignificant hominem uti cibis qui pinguefacere ſolent. Eſt interdum † non parva quædam cohibitio diffiationis, quę in univerſo corpore fit, * atque reverſio reliquorum naturalium excrementorum, non tranſitio facilis, atque tam magna projiciuntur contenta ut à contrario minora provenire contingit, quemadmodum à mediocritate mediocria contenta fieri ſolent. † Tenuia vero contenta, ſive majora quam deceat, ſive minora, ſive etiam mediocri quantitate fuerint: ſic intelligere oportet, quod aliquando humo-

* εἰκότως.

† μετρία.

* καὶ οὐκ εὔοδος τῶν λοιπῶν ἐκκρίσεων τρόπος, i. non facilis tranſitus excrementorum per meatus corporis.

† Hic in Græcis exemplaribus initium eſt capitis ſequentis quæ diſtinctio multo aptior eſt

ımoris crudi ſane quam ſubtilitatis ſignum
ıt, quod hunc cognoſces. Namque ſi modi-
: commoveris matulam, ipſa contenta facile
tolluntur, atque lævitas * diſſimilis redditur. * ἀπέοικεν.

CAP. III.

De judicio ſuper ſubſtantia contentorum.

INterdum debilitata ob frigiditatem tertia
concoctio uſque adeo eſt, ut contenta non va-
ant perduci ad mediocrem ſubſtantiam, * ad
ıam multo difficilius, quam res priores, qua-
ım ipſa contenta ſunt ſuperfluitates, produ-
ıntur. Differunt autem hæc à rebus priori-
ıs, quod contenta non cito promoveantur ad
ediocritatem, tempore & virtutis robore in-
gentia. Diverſa quinetiam quantitas, quę
ipſis contentis eſt, † præſentat menſu-
s humorum, * qui intrinſecus tractantur.
raſſa itaque apparentia contenta, ſi non male
ent, & perlævia fuerint, non etiam ſanies
unt: ſed erunt humorum crudorum quo-
ndam in venis manentium † amputatio, ita
ratione habita quantitatis & craſſitudinis, hu-
orem vigentem teſtentur. Eſt quoque videre
quando contenta multum excedere medio-
itatem, cum in morborum criſibus natura ex-
rnit ſuperfluitates quę ſunt in venis, ita ut con-
rtim & abunde evacuetur materia: ita ut ti-
orem non parvum incutiat ignorantibus facti
ijus cauſam. Sed tamen hac ratione diſtingui

* πολλῷ δὲ πρότερον, ὧν ταῦτα πέφυκε περιττώματα, i. multo prius autem iis, quorũ hæc ſunt excrementa.

† παρίστησι.

* κατεργαζομένων, qui conficiuntur.

† ἀποκεκομμένων.

poſſunt. Nempe ſi mala non ſint, malumque colorem non habeant, & poſt vigorem morbi appareant. Namque ejuſmodi contenta in principio, aut augmento febris apparentia, ut ſuſpecta habere oportet, præſertim ſi cum malis coloribus producantur. Sed hoc reponendum eſt in libros de prævidentiis. In Illis enim de hoc ipſo plenius, annuente Deo, diſputabimus. At vero addendum eſt orationi illi, quod de genere humorum crudorum habetur, differre tamen à prædictis, quod viſcidum ſit, & mucoſum id de quo agitur. Quin etiam interdum accidit, ut ejuſmodi mucoſa detenta in vaſis Urinariis, homini dolorem non parvum afferant, ea autem puri ſimilia dixeris. Sed differunt ab ea, quod nec male oleant, & quod multum ſint viſcida. Pus vero quandam quoque viſcoſitatem habens, diſtat à viſcoſitate, quæ in humore crudo memorato ineſt. Cognoſcitur etiam pus, eo quod præceſſit in loco dolor, quodque contigit ſanguinem mingi: atque pus poſitum ſuper carbonibus, graviter olet. Sic itaque quæ judicia ſint ferenda ſuper contentis majoribus, aut minoribus temperatoris, ſive craſſitudinem, ſive tenuitatem habeant, ſive mediocritatem aliquam ſervent, ab hiſce quæ dicta ſunt, diſcere oportet virum prudentem, ac ratione diſquirentem. Sed poſthac diſputandum eſt de coloribus qui in contentis apparere ſolent. Colores vero qui contentis

decem

cent, nemo dixerit eſſe vehementer albos, t *ſubſpiceos. Siquidem ab utriuſque ho- m recedentes, mediocritatem, quæ inter ſce eſt, nanſciſcuntur. * ὕπωχρα.

CAP. IV.

De judiciis ſuper albis contentis.

CUm contenta fuerint vehementer alba, tum aut humoris alicujus phlegmatici amenta ſunt, aut pus ſumme concoctum, †πεμμάχια. ιod ab aliquo interno membro affecto ſecre- m eſt. Et diſtinxeris hæc ſignis iis, quibus ædiximus ſaniem atque humores diſtingui. amque * dicta dicere, ut ſupervacaneum pu- ntes, refugimus, neque minus ut abſurdum prehendimus, cum quiſpiam vult dicere de- ntia, illa prætermittit. * ταυτολο- γεῖν.

CAP. V.

De judiciis ſubſpiceorum & ſpiceorum contentorum.

AD hæc contenta † ſubſpicea, atque ſpicea minus bona quoque ſunt, ut quæ excide- nt à colore, qui ſecundum naturam eſt. Ve- ıntamen quiſpiam tolerare poterit hæc tan- uam mediocria, videlicet à mediocri bile co- ɔrata, quæ in profundo corporis merſa eſt. † ὕπωχρα καὶ ὠχρά.

CAP. VI.

Cap. VI.

De judicio contentorum bilioſorum.

BIlioſa contenta etiam mala habentur: quippe quæ exauctam eſſe bilem [1] rubeam in concoctione tertia ſignificant. Quemadmodum etiam pejora ſunt contenta [2] nigricantia [3] ſuperata jam virtute à turma pravorum humorum. Niſi enim virtus [4] optime, ut arbitror, ſe haberet, non etiam colores ejuſmodi extraneos ſuſciperet obſeſſa à corrupta materia.

1 ξανθὴν, *flavam.*
2 ὀρφνώδη, *umbroſa ad nigrum vergentia.*
3 ἐπικρατουμένης ἤδη τῆς ἀποκριτικῆς τῶν πονηρῶν δυνάμεως, *i. ſuperata virtute, quæ mala expellit.*
4 ἀκρατῶς, *impotenter.*

Cap. VII.

De judiciis contentorum venetorum, lividorum & nigrorum.

HIſce prædictis peiora videntur eſſe contenta, quæ vel [1] veneta, vel livida, vel nigra apparuerint. Tanto enim cenſetur ſuperaſſe naturæ vim, quanto deteriora fuerint. Veruntamen quiſquam poterit contenta ſimilia facere [2] rebus civilibus hoc pacto. Ponat urbem eſſe naturalem [3] habitationem diffuſam per totum corpus. Item ponat [a] urbanum exercitum omnes actiones virtutis. Item leges, & [4] ordinem ponat eſſe concoctiones, quę ſecundum rationem fiunt. Quoniam vero urbis quoque pars eſt defi-

1 φαιά, *fuſca.*
2 πράγματι.
3 οἰκονομίαν, *gubernationem.*
4 κατάστασιν.
a *Græca exemplaria quæ licuit videre omnia* πολεμικὸν στρατὸν *habent, auctor tamen hoc loco nihil aliud ſignificare videtur, quam præſidia quædam ad urbis cuſtodiam comparata.*

ſinita 5 in mœnia externa, atque 6 antepor-
ia: pars 7 in mœnia interna atque propugna-
a: tertia vero ac ultima veluti in ipſam arcem.
portet volentem diſcere ea quæ ſecundum
turam fiunt, comparare ipſam cum hac ima-
ie. Igitur mediocres 8 incoctiones dicere
terit quiſquam eſſe legum tranſgreſſiones.
m ſi modicæ fuerint, parum læditur 9 ipſa
mmunitas: ſi vero proceſſerint, tum infer-
r ſeditio. Quod ſi etiam magis auctæ fuerint,
n civitas omnino evertetur. Hic in extre-
s, & diuturnis cruditatibus interdum ob lon-
m tempus ſubeunt periculum laborantes.
uęcunque vero ob imbecillitatem cuſtodum
hoſtibus in urbem inferuntur, hæc oſten-
nt pravi humores collecti in corpore, atque
profunditatem jam recepti. Nam cum ſupe-
verint, atque ſuper arce fortiores erunt, quid
ud potius quam everſionem evenire urbi pu-
verit quiſquam, omni jam corruente virtute?
Secundum hæc igitur quiſquam poſuerit,
ntenta nigra, ſigna eſſe hoſtium incum-
ntium muris, atque in loca urbis eo fortiora
ofectorum, quo magis verſus fundum matu-
contenta conceſſerint. Hoc itaque pacto ex
c imagine conſideraveris ea quæ in natura
ſtra contingunt. Sed inſtitutus ſermo repe-
dus eſt, atque de reliquis contentorum co-
ribus, ita dicendum eſt.

5 εἰς τὸν ἐκτὸς περίβολον.

6 πρόθυρα, ἀντὶ τοῦ προπύλαια.

7 εἰς αὐτὸν ἐτάχθη περίβολον καὶ τὰς ἐπάλξεις, in ipſa mœnia & murorum faſtigia atq; adeò propugnacula.

8 ἀπεψίας.

9 τὸ κοινὸν, reſpublica.

10 ταῦτ' ἄρα, i. διὰ ταῦτα, quo circa.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

De judicio contentorum ſubrubeorum.

COntenta ſubrubea, atque rubea cruditaa tem quandam in tertia concoctione, o * rubeæ bilis exceſſum demonſtrant. Putantu tamen mediocria, & fortaſſe ſine periculo eſſe Nam alia memorata contenta, non minu quantitate quam qualitate nocentia ſunt: hæ vero ſola quantitate ſolent virtutem ipſam offendere. Quibus ſublatis virtus perquam fa cile ad ſeipſam revertitur.

* ἀγαθῆς ὕλης, *utilis materiæ.*

CAP. IX.

De judicio contentorum cruentorum.

PRæter hęc apparent contenta veluti cruor ſuffuſa, quę peiora uſquequaque ſunt ru beis contentis: ſed meliora quam livida atqu nigra. Namque ſignificant non elaboratum omnino eſſe ſanguineum humorem. Quod ob multitudinem virtute infirma id fiat, tole rabile fortaſſe hoc videbitur, & homo id ferr poterit. Indiget tamen tempore non parvo a recuperandam ſanitatem. Quod ſi per virtut ipſius debilitatem per ſe accidentem id appa ruerit: tum hoc eſt malum extremum † accu ſans virtutem defatigari in ſua actione, atqu * diſſolvere eos humores, qui conſuevere ma xime utiles eſſe animali. Quæ † diſtinct noſſe poteris, ſi conſideraveris præcedente

† κατηγόρουν, *indicans.*
* ἀπολύειν, *i. dimittere & non attingere.*
† διαγνοίης ἄν.

conco

ncoctiones, atque habitum, & ætatem ægro-
ntis, & anni tempus & regionem, & victum
a præſentem rerum abundantiam. Hęc enim
nſueverint nihilominus aliis conferre ad fa-
enda judicia, ita ut par ſit, volentem certa
rre judicia, initi † meditari hæc ipſa. † ἐκμελετᾶν.

ræca exemplaria hic variant, duo enim hic δυσφορίαν habent. Aliud vero ἐμφορίαν, quod interpres ſecutus eſt, prior lectio, meo judicio retinenda eſt, cujus hic ſenſus eſt, ſpectandum eſſe, an æger morbum bene ferat.

CAP. X.

De judiciis orobeæ, furfureæ, lamineæ, ſimilaceæ hypoſtaſis.

NUnc vero decens eſt diſputare de orobea, & furfurea, & * laminea, atque ſimila-
ea hypoſtaſi, quidnam unaquæque earum
gnificet. Nam quales ſpecie ſint, in iis quæ de
ifferentiis Urinarum, dictum eſt. Nunc judi-
a de eis apponemus, ubi hoc pacto nos ante
iſputationem direxerimus. [a] Orobea igitur
ypoſtaſis in Urinis, tum apparet, ubi pingui
m conſumto, caro inceperit conſumi. Neque
gnorare oportet, quod interdum hanc paſſio-
em ſolorum renum indicat orobea hypoſtaſis.
Quod diſtinguendum eſt, ne parum expertis
mponatur. Ergo in iis qui toto corpore fe-
riunt, ſignificat orobea hypoſtaſis totius cor-
oris liquefactionem. Qui vero non febre affli-
untur, renes ſoli hanc affectionem patiuntur.
Definitur inſuper id a concoctione. Namque
cruditas

* πεταλωδῶν καὶ κεγχρωδῶν, *quæ omnia explicata ſunt lib. 1.*

[a] *De hac Urina legendus eſt Galenus comment. 5. in lib. 6. epid. in hanc ſententiam Hippocratis, Urina cibo & potioni concolor.*

cruditas totius corporis conſumptionem eſſ[illegible]
concoctio vero ſimul conſpectata, renum ſol[illegible]
rum ſignificat. Altera prava hypoſtaſis eſt fu[illegible]
furea ſic vocata quæ peior eſt prædicta, non ta-
men tam mala quam laminea. Apparet hæ[illegible]
cum febris in profundis vaſis infixa eſt. Illi[illegible]
meminiſſe oportet. Namque interdum eſt i[illegible]
gnum ſolius veſicæ patientis. Sed diſtinguitu[illegible]
hoc etiam concoctione & cruditate ac febre, [illegible]
* febris abſentia: veluti de orobea jamdudum
dictum eſt. Lamineam vero hypoſtaſin tum
gigni intelligendum eſt, cum febris procede[illegible]
partes corporis ſolidas attigerit. Sed quę dict[illegible]
ſunt de furfurea hypoſtaſi, ea intelligenda ſu[illegible]
hoc in loco. Aut enim totius corporis paſſio ex[illegible]
ſtimatur, ſi & febris & cruditas aderit, aut ſoliu[illegible]
veſicæ, tum cum in homine non eſt febris, & i[illegible]
urina demonſtratur decoctio. Peſſima eſt †ſim[illegible]
lacea tantum has pravitate ſuperans, quantum
ipſa mortificationi propinqua eſt. Namq; febr[illegible]
præveniens etiam uſque ad conciſionem * par-
tium amplarum, ſimilaceam ejuſmodi hypoſta-
ſin reddidit. Veruntamen hic eſt diſtinguend[illegible]
ſimilacea hypoſtaſis ab aſſato ſanguine. Nam-
que ſi contenta fuerint alba, tum ſignum eſt
ſimilaceam eſſe. Sin vero ſint rubea, ſignum
eſt ſanguinis aſſati. Oportet autem prudenter
circa hęc ipſa timendo diligenter conſiderar[illegible]
quę dicta ſunt: atque eo pacto & dicere, &
facere id quod convenit. Item bis, & ter, a[illegible]
ſæpius

* ἀπυρεξίας.

† κριμνώδης.

* τῶν τυχῆ διαστάτων σωμάτων, i. *corporum quæ (ut vulgo dicitur) triplicem dimenſionem habent.*

pius (ſi dederit occaſio) idem diſcutere, ſi o pacto primus ingreſſus id minus conceſſe-, præcogitare quod * infallibile eſt. Nam ſi is primo impetu atque ingreſſu judicare & ere ſtudens,. à veritate aberrarit, riſus eum nſequetur, ægrotareque fortaſſe judicabitur gnorantiæ condemnabitur. Qui vero bene ditatus, atque diligentius res expenderit, nc ſequitur gloria dicendi veritatem, ita ut egroti pareant. Quæ etſi curſim, ſufficienter nen dicta eſſe arbitramur.

* ἀδιάπτω-τον.

Cap. XI.

e judiciis contentorum mediocriter miſtorum.

NOn latere nos oportet, interdum humores quoſdam ad ipſum matulæ fundum de-nbentes jam ſubtiliatos & disjunctos à craſ-ſpiritu, aſſatos vero atque † con ſiſtentes endere ſimilitudinem quandam dictarum poſtaſium. Sed haſce dignoſcere facile pote- partim eo quod præceſſit multa craſſitudo poſtaſium, partim eo quod hę ſtatim tempo-ommotæ attolluntur atque [a] volant & diſſi-tur. Prædictæ vero pravæ hypoſtaſes ſem-acquirunt multitudinem, & craſſitudinem, ie plurimum ſervant matulę fundum, nulio to diſſidentes. Sed de prædictis ſatis eſt hoc to dictum. Conſequens autem eſt dicere

† συφάξεις concretos.

de

[a] cus hic varie legitur in Græcis exemplarib. alia enim πέτηται, alia tem πέτεται habent, quæ lectio huic loco aptiſſime convenire videtur.

de hypoſtaſi bona commiſta cum pravis qui-buſdam, ac incoctis fruſtis humorum quorum-cunque. Siquidem interdum accidit, ut ra-menta quædam conſpiciantur cum contenti[s] quæ aut verſus colorem * aureum vergunt, au[t] verſus album, aut propinquum. Quæ ſi mul[ta] fuerint, ſemicoctam materiam eſſe indican[t], illum vero humorem in profunditate corpo[ris] abundare, atque concremari, cujus ramem[ta] ſimul cum contentis natantia, ſi parva ſint, m[o]deſtiorem ejuſmodi humoris malitiam demo[n]ſtrant, atque hæc à malis cibis produci. [b] S[ic] tamen e regione ſibi reſpondent res, ratio[ne] magnitudinis hoc modo. Namque quo majo[ra] fuerint ramenta, eo minorem eſſe crematione[m] humorum in venis oſtendunt: quo minora, [ca]liditatem maiorem. Ob quam cauſam autem fieri neceſſe ſit, nos inferius aperiemus. Nam [in] præſenti propoſuimus ſolummodo de judi[cii]s dicere. Interdum quinetiam in contentis vel capilli ſubalbi palmo longi, & minores & ma[jo]res inſpiciuntur, † qui cum videntur indicant [re]num quandam paſſionem. Cum conſpectan[tur] in contentis plura, ac diverſi generis corpo[ra], fuerintque à qualibet cauſa diſperſa * in ſin[um] ipſum Urinę, tum certum eſt, dolores in corp[ore] diſperſos corripere hominem, quemadmod[um]

* πυῤῥὸν.

† vide Galenum de hac re lib. 6. de loc. affectis.

* εἰς τὸ κύτος

[b] *Locus hic ſic legitur in Græco exemplari* ἀντέστραπται δ' ἂν ἄ... πρᾶγμα. ἐπὶ τῷ τοῦ μεγέθους λόγῳ. *i. res tamen ſic vice verſa vertitur ratione magnitudinis.*

ɔs aliquando vidimus illa in muliere quadam, ıæ [c] ſpontanea laſſitudine ulceroſa ægrotat: [d] atque in altera, quæ diutius ægrotaverat, rtium compoſitiones. Sed prioris Urina plu, & aſperiora ejuſmodi corpuſcula injecta in ntentis continebat, atque probe ſimilia furri pererrantia in toto humore Urinæ, qui humor quoque * aureus erat. Alterius vero Urina at ſubtenuis, atque alba, ita ut parum recedet tam ſubſtantia quam colore ab ea quæ ſendum naturam. Corpuſcula vero injecta ntentis videbantur minora, & tenuiora prętis. Quarum etiam illa, quæ patiebatur ɔntaneam laſſitudinem, regimine vivendi nobis inſtituto curata eſt. Altera perſuaſa eſt me, juſſum pharmacum bibere profutum ejus paſſioni. Veruntamen metu retardata ipere diſtulit. Nondum nomen pharmaci dierat, neque biberat. Erat enim mulier tera moribus agreſtibus educata. Ipſe vero m relinquens diſceſſi, & quidnam ei evenrit, ignoro. Veruntamen hæc ipſa relata nt nobis, non ut ſermo hiſtoriis decentior , ſed ut vos animadvertatis quantum conre conſuevit diligens Urinarum conſidera. Illud interim conſulere vellem vobis,

* πυῤῥὸς.

c Duo Græca exemplaria vitioſe, meo quidem judicio, ἑλκώδης τόπος αὐτόματος habent, aliud ἑλκώδης κόπος αὐτόματος, quod recte interpres ſecutus eſt. Quid ſit autem κόπος ἑλκώδης docet Galenus ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς.

d ἐφ' ἑτέρας χρονίως τὰς ἁρμονίας ἀλγούσης, in altera cui diu harmoniæ doluerant. videtur hic auctor διαφόρως uſurpaſſe ἁρμονίαν ἀντὶ διαρθρώσεως de quibus vocibus legendus eſt Galeni commentarius de oſſibus.

* ὅσοι τῇ περὶ οὔρων ἐντρυφᾶτε πραγματείᾳ qui ludibrio habetis tractationem de Urinis.

* qui tam delicate, operam datis diſciplinæ d… Urinis, & ante ipſam incumbitis cognoſcendi i… rebus, quas quotidie fieri in ægrotantibus con… tingit, ut hæc quæ diximus, conſideretis, non… parum medicæ arti conferre potentia. Sed qua… nam ob cauſas illa fiant, docebimus, Deo fa… vente, in iis libris, qui de cauſis Urinarum im… ſcribuntur. Et hæc ſatis ſint de contentis qua… apparent eſſe complicata.

Cap. XII.

De judiciis ſuper contentorum lævitate, & contrariis ejus.

De contentorum lævitate jam par eſt d… cere. Contenta igitur ſi omnia continu… & lævia manſerint, ſignificant novi nihil i… homine productum eſſe. Sin vero fuerint a… pera, atque veluti diſperſa, non parva quędam… perturbatio ſignificatur generata eſſe in pr… funditate corporis ab aliquo adulterino (h… eſt, ex calido & humido compoſito) & vi… lento ſpiritu: qui dimovendo, ita materia… † diſſeparavit ſua ipſius vehementia, ut hi… acciderit quod jam dictum eſt. Quod ſi co… tingat aliquod valde crudum eſſe complicatu… cum contentis, indicat id pulſum eſſe viole… tia ſpiritus ad * terminos corporis, atque … anguſtiam locorum, in quibus eſt inculcata… cra…

† διελίκμησε. Διαλικμᾶν, proprie eſt ventilare, & paleas a frumento ſeparare

* πέρατα fines.

raſſa materia, eſſe non parvum doloris ſenſum. Atque ut diſſimilaria complicantur cum contentis ſubſiſtentibus, ita quoque doloris ſenſus extiterit. Et quo magis rurſus materia diſtributa eſt in ſinum humoris Urinæ, eo in pluribus corporis partibus noveris doloris ſenſum adeſſe. Diſces autem horum affectuum cauſas diligentius in libris de cauſis Urinarum. Quin etiam ut contenta eo pacto aſperata, atque inter ſe diſtantia ſunt, ita quoque in eis diverſa judicia habueris. Quemadmodum ſi hæſerint ſibi, atque * conſtricta ſint, indicant craſſitudinem materiæ † impenetrabilem, teſtante qualitate viſcoſitatis. Ita ut in quo loco humoris Urinæ hæc diutius manſerint, oſtendant in illo corporis loco paſſionem diuturnam eſſe, eo magis ſi hæc multum viſcida fuerint, ac ab ipſa materia habuerint id quod difficulter mutari poſſint. Sed de lævitate, & contrariis ejus, ratio ab intelligente poterit judicari.

* συμπεπλέγμενα.

† δυσμετάβλητον, i. *quæ vix mutari poſſit.*

 CAP. XIII.

Καὶ καθόσον μὲν τὰ ἀνομοιομερῆ ταῖς περιεχομέναις ὑποστάσεσι πεπλεονέκτηκε, καὶ ἡ τοῦ ἄλγους αἴσθησις γίνεται. Et quatenus diſſimilaria plus habent contentarum hypoſtaſeωn, & ſenſus doloris fit. quorum verborum ſenſus eſſe videtur, eo majorem eſſe doloris ſenſum, quo plus hypoſtaſeos contenta, ea quæ diſſimilaria ſunt habuerint.

CAP. XIII.

De judiciis ſecundum loca contentorum in Urinis.

NUnc dicemus de locis contentorum, definiendo quæcunque ab eis cognoſcere licet homini ſcientiæ Urinarum initiato. Cum igitur contentorum ea quæ ad fundum matulæ concedunt, appellatæ ſint hypoſtaſes: ea vero quæ uſque ad matulę medium elevantur, vocata ſint * ſublimea, † nubes vero dicantur, quę ad ipſam Urinæ ſuperficiem perveniunt: in iis quæ de Urinarum differentiis ſcripta ſunt, exactius de hiſce dictum eſt. Quamobrem non opus eſt, ut orationem illam etiam in hiſce protendamus: ſed nunc decet aperire quæcunque in unoquoque Urinarum loco referuntur. Igitur hypoſtaſis quæ ad fundum ſedere videtur, ſi fuerit bona & moderata, nihil novi ſignificat. Sin vero fuerit cruda atque diverſa ſpecie, ſignificat pravitatem naturæ. Diverſa vero partium poſitione, oſtendit ſegnitiem ipſius minus aſſurgentis adverſus rebellionem humorum nocentium, ita ut opus ſit hic & tempore & robore. Animadvertendum quoque eſt * ne hypoſtaſis hæreat, inhærens fundo matulæ. Item eſt hypoſtaſis tenuis. Hæc enim eſt quæ in libro de differentiis Urinarum dicta eſt obtinuiſſe tertium locum † hypoſtaſium, quæ non mediocrem læſionem adeſſe capiti ſignificat, habens rationem nubium inter hypoſtaſes. Quæ

Marginal notes:

* ἐναιωρήματα.
† νεφέλαι.

* εἰ μὴ, *ſi non.*
† *Græca omnia exemplaria hoc loco* τῶν νεφελῶν *habent ſed interpres recte legiſſe videtur* τῶν ὑποστάσεων.

vero ſublimes ſunt, loci quidem differentia malæ ſunt, cætera vero bonæ ſunt, & ſubſidentibus moderatiores atque his ſola loci differentia, ut bonæ ſint, deeſſe videtur, ut quæ à ſpiritu quodam adulterino leviores redditæ ſint. Ex his vero quæ nubium rationem obtinent quæ bonæ ſunt, omnino quatenus nubes ſunt, non parum receſſerunt † verſus diſtantiam à loco, qui ſecundum naturam: quamobrem multo quoque indigent tempore: quæ vero pravæ ſunt, eo moderatiores videntur reliquis, quo abſceſſerunt à loco, qui ſecundum naturam eſt, quique debetur hypoſtaſibus ſecundum naturam. Communi namque ratione hac ipſa hæc intelligere oportet. Itaque bona contenta oportet à ſuperioribus locis verſus inferiores deſcendendo accedere. ab * inferioribus verſo reverti, contrarium eſt. Prava vero melius eſt ut a fundo abſiſtant, quam ad ipſum concedant. Et hoc pacto contenta quæ invehuntur in Urina, ſecundum diverſa loca † humoris Urinæ, judicari poterunt. Quinetiam plurimum confert, diligenter conſiderare contentorum differentias. Namque ubi contenta quæ ſecundum naturam ſe habent, fuerint ad ſuperficiem Urinæ à multo ſpiritu evecta, cognoſcere poteris in capite pravam ac non parvam affectionem adeſſe. Quemadmodum quoque * in ſublimibus affectionem noveris adeſſe pro partes corporis eandem proportionem

† ἐς ἀπόςασιν, *quod pertinet ad abſceſſinem & diſtentiam à loco, qui, &c.*

* τοὐναντίον δ᾽ ἂν ἀποτρέπεσθο.

† χύματος.

* ἐπὶ τῶν ἐναιωρουμένων.

 habentes

habentes, ita ut quod eſt in Urinis univerſum intervallum, corporis intervallo proportione reſpondeat. [a] Adulterina vero & præter naturalia contenta ſi conceſſerint verſus fundum, pejora demonſtrant accidentia. Quamobrem diligenter cognoſcere differentias confert. Interdum enim humores concocti, & ad Urinæ ſuperficiem concedentes, inexpertis medicis apparentiam bonorum contentorum attulerunt: qui ſuper concoctis illiuſmodi contentis † fundantes vaticinia ſua, plurimum à propoſito aberrare comperti ſunt. Veruntamen hoc potius ad munus prævidendi attinet. Id circo par eſt, ut id illuc differamus, atque veluti ab alio capite incipientes dicamus.

† ἐπιθέντες.

a *Hic locus ſic ſcriptus eſt in Græcis exemplarib.* ὠμαὶ δ' ἂν ὦσι καὶ διάφοροι, τῷ μὲν εἴδει φράζουσι τὴν πονηρίαν, τῷ δὲ τόπῳ φαίνουσι πολλὴν τὴν ῥαθυμίαν τῆς φύσεως μὴ διανισταμένης πρὸς τὴν λυπούντων ἀπὸ[illegible]. *Id eſt, Quod ſi crudæ & diverſæ ſint, ſpecie vero malignitatem quandam oſtendunt, loco vero ſegnitiem naturæ non exitatæ ad ea expellenda, quæ moleſta ſunt.*

a *Hæc verba ſic leguntur in tribus illus exemplaribus Græcis* οὐ μείων δ' ἂν εἴη πρόφασις τὰ ῥηθησόμενα τῶν οὔρων τοῖς συμπεπλεγμένως ἐξεταζομένοις οὔροις. *Quorum ſenſus videtur, Urinas complicatas facile dignoſci ex ſimplicibus.*

CAP. XIV.

De judiciis bullarum Urinæ.

CUm in Urinis conſpiciantur ſæpenumero innatare bullæ quædam quę differunt colore, magnitudine, ac numero, veluti quoque in eis quæ dicta ſunt de differentiis Urinarum de

: hiſce diligentius explicatum eſt : nunc nobis
emonſtranda ſunt judicia, quæ ſuper hiſce ha-
ere opinamur : [1] ut veluti per concordiam
ocedentis orationis, ſubjunctio quædam con-
nans redderetur. Siquidem bullæ ipſę cum
fferentiis quibuſdam colorum conſueverunt
mparere. Namque & cum ſubalbis, & [2] ſpi-
is, & aureis, & ſubrubeis, maxime conſpectæ
nt coloribus. Non enim cum nimium albis
quam, neque cum rubeis coloribus alterius
mplicari poſſunt, cum ſpiritus hi gigni non
ſſint, ubi eſt vincentium qualitatum exu-
rantia. Bullæ enim ſigna ſunt ſpiritus adul-
rini, quemadmodum in iis quæ de cauſis
rinarum, diligentius declarabimus. Opor-
hæc ipſa cognoſcere quæ non parum con-
entia ſunt habendis judiciis ſuper bullis.
llæ igitur [3] quæ in corona ſola, integra
ie circumſiſtunt, ſi contingerit, ut colo-
humoris Urinæ tinctæ ſint, ſignificant
majorem capiti affectionem adeſſe, atque
lorem non mediocrem. Quæ vero ſparſim
corona manent, hę à debiliore cauſſa gene-
tur, atque ſimiliter ſignificant debiliorem
lorem. Veruntamen hæ eo majores dolores
iti adeſſe oſtendunt. [4] quo intenſius cum
ireo colore inſpiciuntur. Namque nunciant
gnam nocentis ſpiritus ſævitiam. Bullę
o albæ vel vicinæ albis, conſiſtentes in co-
æ ambitu, parvum, aut nullum dolorem

1 ἵν' ὥσπερ κατ' ἀριθμὸν τοῦ λόγου προβαίνοντος συνθήκη τις ἀποτελεσθῇ εὔηχος. *Id eſt, ut numeroſe procedente oratione, compoſitio quædam ſonora reddatur.*

2 ὠχρῶν, πυῤῥῶν καὶ ὑπερυθρῶν.

3 περὶ στεφάνην μόνην ὁλοκλήρως περιδεδραμηκέναι, *quæ continua ſerie ſolam coronam circumcurrunt.*

4 μεῖζω πυῤῥοδεστερῶν χρωμάτων.

5 ὀδαμινύτης.

adeſſe capiti demonſtrant, atque eo magis cum
colore albo fuerint. Quod ſi tum fuerit Urina
tenuis, habueritque contenta, non omnino
concocta, indicant caloris naturalis imbecilli-
tatem. Sin vero craſſa fuerit Urina, * tum ſpiri-
tus germanus prorſus eſt humoris ejus Urinæ.
In Urina vero tenui & abſque hypoſtaſi, po-
tius indicant renum obſtructionem. Itaque ſu-
per bullis quæ in corona ſola manent, ejuſmo-
di judicia quiſquam habere poterit. At vero
quia interdum bullæ circa mediam ſuperficiem
Urinæ colliguntur, præter coronam, operæ
pretium eſt etiam de illis ſic judicium facere.
Siquidem quæ in corona circumeunt, ſignifi-
cant dolorificam quandam affectionem in ca-
pite adeſſe. Nunc concedentes ad ipſum me-
dium, oſtendunt remiſſionem quandam affe-
ctionis dolorificæ, tanquam cauſa doloris retro-
cedat. Quinetiam aliæ bullæ inæqualiter diffu-
ſæ per Urinæ ſuperficiem nihil tale ſignifican
ſed ſolum arguunt multam naturæ debilitatem
maxime, quo minor fuerit obſtructio, & cru-
dorum humorum plenitudo. Quæ vero al
recte dici poſſunt, illa tibi abſolvet oratio, qu
de † cauſis. Quas ob cauſſas autem ipſę bull
conſiſtant, atque cur non cum omnibus colo
ribus appareant, in iis quæ de cauſis Urinarum
explicabimus. Veruntamen illud hoc in loc
ſubjungendum eſt. Nimirum quod ſępenum
ro apparentes, antea tamen non viſæ bul
ſa

* τοῦ κατ' ἐκεῖνα χυμοῦ τὰ πνεύματα ἔγγονα, *ſpiritus ſunt ſoboles humoris, qui in illis eſt.*

† περὶ προγνώσεως, *de præſagiis.*

is fuerunt ad oſtendendum ſignum bonum ncoctionis, natura itaque concoctionem ag-ediente: quinetiam in iis qui ſeminis fluxu borant, bullæ frequentiores in Urinis appa-nt per coronam. interdum etiam quædam rpora quam parviſſima cum bullis inferun-r, quæ ut capilli craſſa ſunt, non etiam in ngum protracta, ſed uſque adeo, ut quiſ-iam arbitretur in dictis bullis eſſe diametrum, paulo minora & majora, ſive ipſius ſeminis is dicat eſſe veluti ſegmenta, aut etiam re-m colliquamenta. Sed oratio ſuper hiſce ſatis bita, hoc in loco gradum ſiſtat.

CAP. XV.

De judiciis coronarum diverſarum colorum.

QUoniam meminimus orationis de corona, etiam hæc veluti adinuenta illi adjungen-eſſe putamus. Siquidem perſæpe colores ap-rent in corona matulæ, declinantes à toto co-e, qui in humore Urinæ eſt. Nam aliquan-tranſmutantur ad * benignos, etiam, ſi cæ-i boni non ſint, hæc amplecti ut bona ſigna ortet. aliquando vero mutantur in pejores, am ſint humoris colores, quos averſari opor-, præſertim ſi conceſſerint in multo pejores. m in † aureis Urinis, & rubeis, & vineis, & s id genus, ſi alba fuerit corona, aut albæ ſi-llis, ſignificat bonum in Urinis eſſe, tanquam natura

* προσυνέστερα τῶν χρωμάτων.

* πυῤῥῶν ἐρυθρῶν, καὶ οἰνωμῶν.

natura inceperit dominari. Sed ſi viridis & cæ-rulea & deterior corona fuerit, contrarium, & malum adeſſe conjectare oportet, nempe quod pravi humores dominari nitantur. Hoc itaque pacto licebit à coloribus coronæ manifeſte indicantibus cognoſcere, quæ ſint tam medicis quam ægrotantibus convenientia, ut hi recte curentur, illorum vero certa judicia fiant.

CAP. XVI.

De judiciis eorum, quæ innatant in Urinæ humore.

QUoniam aliqua diverſæ ſubſtantiæ innatant Urinis quæ ſimilia ſunt araneis, atque punctis velut ex oleo injectis, etiam hæc par eſt ſigna eſſe putare alicujus colliquationis aut renum ſolorum, aut totius corporis. Verum tamen ſi parum per apparuerint, & ſe item reſolverint, nihil grave adeſſe ſignificant. Quod ſi perſeveraverint, tanquam principium colliquationis oſtenderint, exhorrere oportet.

CAP. XVII.

De judicio Urinarum ab odore malo.

AT quia etiam ab odore malo Urinarum eſt conjectare putredinem aliquam interioris membri tam majorem, quam minorem

opera

eræprecium eſt de his judicium facere. Igi-
r ſi puris quicquam in Urinis affuerit, evi-
ns eſt cauſa. Quod ſi id non aderit, ac me-
ocria videantur concoctionis ſigna, alicujus
rticulę mortificatio ſignificatur. Quemad-
odum ſi prava in Urinis fuerint ſigna, mor-
icatio perveniſſe in toto corpore exiſtima-
r, atque hoc pacto ex odore ratiocinari
cet. Quoniam igitur de omnibus quæ com-
uniter in Urinis continentur dictum eſt, at-
ie in his declarata pro viribus ſunt judicia, de-
ns eſſe videtur: etiam judicia declarare Uri-
rum hypoſtaſi privatarum, quæ maxime uti-
ſunt diſciplinæ de Urinis.

CAP. XVIII.

*De judiciis Urinarum * hypoſtaſi privatarum.*

* ἀνυποστάτων.

URinarum hypoſtaſi privatarum aliæ per-
quam tenues apparent, aliæ non vehe-
enter tenues: quædam autem mediocritatem
perantes, mediocribus ſpiſſiores videntur:
on tamen craſſæ appellandæ ſunt hæ, quæ
edię ſunt inter mediocres, & mediocriter
aſſas. Quoniam autem omnes non iiſdem
loribus colorantur: aliæ enim ſunt vehe-
enter, aliæ mediocriter albæ, aliæ * ſpi-
æ, & aliæ † croceæ, atque aliæ aliter. Non
im opus eſt omnia explanare, quę aliis in locis
ſæpe

* ὠχραί.
† ξανθαί.

ſæpe dicta ſunt) ob id oportet volentem dec
hiſce dicere, hinc incipere. Igitur cum tenuiſſi-
ma Urina, atque vehementer alba, & hypoſtaſi
privata provenerit, aut non contemnendam
obſtructionem vaſorum aut immoderatam
frigiditatem, atque cruditatem demonſtrat.
Quod ſi Urina fuerit mediocris, etiam hæc
erunt mediocria. Sed tamen licet * ſpicea & ſub- (* ὠχρὰ καὶ ὕπωχρα.)
ſpicea, minorem obſtructionem ſignificent;
non tamen etiam minorem cruditatem. Nam-
que non præeunte concoctione, non etiam
contenta poterunt eſſe cocta, quæ ſunt excre-
menta factæ concoctionis. Urina vero † aurea († πυῤῥὰ καὶ ξανθὰ.)
& crocea oſtendunt minorem obſtructionem
ſed cruditatem continent, tanquam naturalem
caliditatem expugnaſſet adulterina caliditas.
Quinetiam ejuſmodi Urinę hypoſtaſi privata
provenire poſſunt * ob ingentes dolores, ac im- (* δὶ ἀμετρίαν κόπυ, propter multos labores.)
menſa exercitia, atque nihilominus ob mate-
rię defectum. Quę vero Urinæ ulterioribus
coloribus quam qui dicti ſunt, tinguntur, u
rubea, & † paſſea, & alio quovis modo, hæ pe († κυανὰ.)
ipſos colores oſtendunt dominantium humo-
rum qualitatem, atque proprietatem. Atqu
dictum eſt de colorum proprietate libro ſupe-
riore. Quatenus vero hę Urinæ ſunt hypoſta
privatæ, non evidenter poſſunt oſtendere ob-
ſtructionem, ut evidentiſſime indicant aliquam
putredinem atque cruditatem in genere ve-
narum. Interdum etiam inflammatio aliqu

magn

agna in membris principalibus conſiſtens, uſmodi Urinas projecit, idque non immeri-, eo quod illuc contracta eſt materia ab adul-rina caliditate attrahente illam tanquam cu-rbitula. Sed hoc ſpectat ad libros de cauſis rinarum. Qua pro re par eſt potius, ut eoſ-ue ſervetur ad dicendum. Nunc vero quæ inceps ſunt ſequendo dicamus. Siquidem rinæ abſque hypoſtaſi ſemper, ut novimus, ravæ fuere, eo quod longe ab eo recedunt, uod ſecundum naturam eſt. Sed tantum inter differunt in pravitate, quantum etiam colo-s inter ſe differentes fuerint. Quod ſi colores ſubſtantiæ parum abfuerint à mediocritate, ntenta vero non appareant in eis, reproban-ę ſunt, tanquam † ſegnitiem naturę quandam guentes, etſi veluti oſtenſuræ ſint hypoſta-n paulo poſt advenire. Namque cum virtus arum ex aliquo ſuorum operum exciderit, tiam facilis reparatio ſequetur. Quinetiam ap-arere poſſunt abſque hypoſtaſi, & ob dolo-em ingentem, & ob longas vigilias. Utravis nim harum affectionum facit eo, ut eoſque irtutem diſſolvat, ut Urinis auferantur con-enta. Non etiam earundem utravis ubi magna erit, ut dictum eſt & a qualis cauſſa genita, diu manſerit, per ſe poterit virtutem extin-uere, quare & ſigna concoctionis auferre. am etſi horum ipſorum alterum alterius eſſe mptoma contingit: non tamen cauſa defectus

conten-

contentorum eſt horum accidentium cauſa, ſed defectus contentorum adeſt propter ipſa accidentia, igitur etiam illud oportet inveniendo ſubjungere. At quas nam ob cauſas hæc fiant, abſolvet diſputatio de cauſis Urinarum, ita ut tum redditis cauſis non poſſint latere judicia Urinarum hypoſtaſi privatarum. Quinetiam homini volenti judicare, opus eſt quadam propria inclinatione ad ſolertiam, ſagacitatem, & conjecturam * infallibilem. Siquidem neque Urinarum ſubſtantiæ, neque colores, neque contenta neque ea quæ circa hæc ſunt, terminari poſſunt definita aliqua quantitate. Materiæ enim ſemper motæ, & diffluentis nemo unquam poſuerit menſuram ſtabilem, atque certam. Hoc enim fieri contingit ſolummodo in iis ſubſtantiis, quæ † ante oculos eodem modo manent. Sed naturæ opera in motis corporibus definitionibus & notis veluti exprimuntur. Opus itaque eſt re quadam ſtabili * ac ſimul cum tranſmutationibus vadente, cui quiſpiam innixus ſenſibus, certo diſcernere menſuras alterationum, atque motionum poſſit. Mentis itaque puræ munus eſt invenire, ut decet, tam menſuram tranſmutationum in iis rebus, quæ non ſemper eodem modo ſe habent, quam differentias ipſis adjicere, & rationes illarum inſuper dijudicare. Quamobrem ſiquis fortaſſis nactus fuerit ejuſmodi † quandam urbanitatem naturæ, is ſane quam facile, &

* ἀδιάπτωτον.

† ὑπ' αἴσθησιν.

* *καὶ βεβηκότος, ſed legendum videtur καὶ βεβαίας, i firma.*

† ἀστειότητος.

per hæc poterit & prompte ea quæ relicta ıt, inveniendo adjungere, quæ univerſalibus terminationibus comprehenſa ſunt: relicta rò particularibus ſcripturis. Veruntamen etſi c ipſa nihil pertinent ad propoſitum ſcopum judiciis, non id circo omnino ſunt à ſermo- diſſona. Nos vero poſtquam addiderimus m diſputationi de Urinis, quæ contingere ſunt quibuſdam ægritudinibus, finem facie- s diſputationis de Urinarum judiciis (nam ſolum deeſt ad perficiendum tractatum de ciis). Præſertim cum ſermonis prolixita- ut rem calumniæ maxime opportunam, mus.[a] Urinæ autem ſupra dictæ non parva a fuerint his quæ complicate expenduntur. runtamen ante hæc ſcire oportet, nos de licibus coloribus diſputationem facere (nam iſce ſolummodo nominibus abundamus riis atque notis) demonſtrantes qui humo- m quibus coloribus ſimul appareant, non autem fuit enumerare compoſitos humo- coloribus apparentes, propterea quod riis nominibus carebamus, quin & id non dum ad comprehendendum facile fue- bis qui harum rerum ſtudioſi eſtis, præſer- um hæc coloribus quarundam ſpecie- aſſimilentur, & explanatione non ſatis exprimantur. Adde infinitam & cognitu

† Hic eſt initium capitis in veteri exemplari Græco.

a Hæc verba ſic leguntur in tribus illis exemplaribus Græcis οὐμείων δ' ἂν εἴη πρόφασις τὰ ὁρθησόμενα τῶν οὔρων τοῖς συμπε- γμένως ἐξεταζομένοις οὔροις. Quorum ſenſus videtur Urinas licatas facile dignoſci ex ſimplicibus.

difficilem miſtionem eſſe è diverſis humorum quantitatibus.* Quamobrem cum demonſtrata ſint genera colorum, & ut unuſquiſque habeat hæc definitionibus quibuſdam, atque ſimili tudinibus rerum notarum comparata, decens eſt ut prudens etiam conjectet colores ipſos diverſis humoribus coëuntibus, atque diſqui rat, quoad fieri poterit, quę eſſe poſſint mi ſtiones in ipſis coloribus.

** Hic eſt initium capitis in altero Græco exemplari.*

Cap. XIX.

Quod fieri non poſſit, ut particularia concipiantur tanquam in infinitum exeuntia.

PUtamus tempus nullum ſatis eſſe ad exac capiendas, deſcribendaſque complicati nes rerum variarum, quæ ſingulis diebus Urinis inſpiciuntur. Si quis n. colores pr dictos, ac eorum intenſiones, & remiſſion atque ea quæ ex eorum inter ſe mixtione ęq liter, vel inæqualiter fiunt, ſi inquam, vel tione, vel proportione & ſimilitudine, quocunque alio modo contingat. Quineti congregationes conſiſtentiarum, quas c tingit Urinarum eſſe cum unaquaque dictarum miſtionum, quæ fere infinitæ ſi inſuper & concurſus utrarumque prædi rum, quæ ſigillatim fiunt cum contentis apparere contingit in illis, ſi quiſquam c poſuerit, is ut arbitror, cumulos re

q

am plurimarum , atque prope infinitos
ecerit. In quo prætermitto dicere , ſi quiſ-
am etiam eniteretur proferre complicamen-
, quę fieri contingit in differentiis ætatum,
temperaturarum , & generum , cum fiunt
unum, & duo, tria ex eis,& aliquo alio mo-
, quinetiam annorum, & ciborum , & exer-
orum , & anni temporum , & regionum, &
nnorum , & vigiliarum & qualiumcunque
ecillitatum. Namque fortaſſe uniuſcujuſ-
intellectus * in vertiginem incidet, qui ho-
particularia in unum miſcuerit. Neque, ut
tror , is ſatis temporis habebit ad complen-
deliberationem , atque plura effugient ip-
indigentem tempore, [a] ita ut etiam ipſum
itum manere oporteat infinitum. Verun-
n quo modo erga hæc ipſa extitit † præ-
tio virtutis rationalis , quæ * ſcite prius fe-
ontemplationem, atque univerſalibus con-
onibus colligens quæcunque ad illam atti-
t, exactam methodum in omnibus ipſi
eperit , unde tam differentias quam præ-
tias quæ in ipſa ſunt,diligenter explicavit.
nobrem etiam ab hiſce conjectare licet ea
hondum dicendo in lucem deducta ſunt.
aque ſe habente , conſideranda etiam hoc
co ſunt illa quæ diſputationi propoſitę
nt, ut finem propoſiti ubi indepta ſint,
actatum de cauſis Urinarum (Deo con-
te) aggrediamur.

* ἰλιγγιάσειεν ἄν.

† ἡ πρόληψις τῆς διανοίας.

* ἐμμεθόδως.

[a] Locus hic ſic legitur in omnibus exemplarib. ὥστε μένειν ἔτι ἄπορον, *id eſt, ut adhuc perplexus maneat.*

Cap. XX.

Quod non facile febres ephemeræ ab hiſce judicentur.

FEbrium ephemerarum, quæ ab ira, & triſti
tia, & labore, & vigiliis, & curis, & ęſtu,
frigore, & inedia, & cruditate generantur, atqu
reliquarum † quę ſecundum ſpeciem reperiun
tur, parvam quandam differentiam in Urin
videre poterit quiſquam, ſi modo alius morbo
non inciderit, aut alicujus humoris putredo
mul fuerit. Siquidem alterato ſolo ſpiritu eju
modi febrium ephemerarum ſpecies prod
cuntur. Urinas vero demonſtratum eſt, pot
indicia facere accidentium circa humores in
nis manentes. Veriſimile eſt non inſigniter
his febribus Urinas alterari, niſi in colore
enim facile afficitur, neque in hoc magna fit
teratio priuſquam ſentiantur, atque alteren
humores in venis à qualicunque velis febri
ephemerarum. At hæ priuſquam alterent,
vuntur, maxime ſi nactæ fuerint convenient
diætam. Quod vero in colore Urinæ alt
tæ remanſerunt, id minimum eſt, atque
ſtantiam fere mediocrem ſervavere: cont
quoque habenti decentem proportionem.
que de febribus ephemeris hęc opinamur.
bres vero in putredine humorum acc
diſcere eſt mox in ſequente oratione. Ve

† καθ' εἶδος.

ta

men quod earum aliæ ſunt* deficientes, aliȩ ntinuæ: prius de intermittentibus, deinde de ntinuis dicemus.

* διάλειπον-τες καὶ συνε-χεῖς, i. inter-mittentes & continuæ.

CAP. XXI.

De judiciis tertianæ puræ, & non puræ febris.

TErtianæ puræ febris cum ſit, Urinæ ſpe-ctantur † aureæ & croceæ, ac conſiſten-n mediocri craſſiorem habentes. Atque pri-s diebus ejus nullum ſignum concoctionis bſiſtendo continetur. Tempore vero pro-ente ſigna concoctionis apparent, atque alia nediocritatem ipſam concedere ſecundum onem. Tertianæ vero impuræ Urinarum or multo differens ſpectatur, vergens ad id d * bilioſius eſt. Conſiſtentia etiam craſſior, m exacta eſt, videtur: atque in ejus Urinis a ſigna cruditatis circa contenta cernuntur. itaque pacto & puræ & impuræ tertianæ arum ſpecies oſtendere ſe ſolent.

† πυῤῥάτε καὶ ξανθά.

† παρυφί-σταται, i. pri-mis diebus in contentis nullum vi-detur ſignũ coctionis.

* χολωδέστε-ρον.

CAP. XXII.

De judiciis quartanæ puræ, & non puræ febris.

Jartanȩ (quȩ à liene trahit originem) Uri-a tenuis eſt atque alba, & hypoſtaſi privata ſpectatur

τεταρταίου δὲ ἀπὸ σπληνὸς μὲν εἰληφό-τος τὴν σύ-

...σπερχγήσαν, i. *Quartanæ quam a liene male affecto conſtitu-habet,*

ſpectatur in principio. Tempore vero proce-
dente, præſertim diebus remiſſionis, appare[t]
in ea hypoſtaſis cumulata, etſi Urinam ipſam
interdum turbidam apparere contingit. Ea
vero die quæ afflictionem habet, etiam te-
nuis & alba Urina inſpicitur, hypoſtaſis vero
quodam modo obſcura, ſi quidem concoctio-
nem morbus accipiat. Cum vero pure ad con-
coctionem pervenerint materiæ morbi, etiam
Urinę puriores ſpectantur, concedentes ad id
quod ſecundum naturam eſt * atque pleraque
accidentia ſuapte natura diſſolvuntur. Quin
etiam interdum in Urinis apparente nigro hu-
more † illa quæ laborem afferebant, deſinendo
minuuntur. Quartanæ vero profectæ ab hepa-
te inflammato, aut caliditate alia quodammodo
affecto, Urina * perrubea eſt, ita ut ſanda-
racham referat, atque craſſior mediocri appa-
ret: hypoſtaſin ut quantitate moderatam, ita
diſſimilem continens. Interdum tamen Urina
in totum craſſa ſpectatur, atque rubea, ita ut
humorum implicatio, atque dominium exti-
terit. Urinæ itaque quartanarum ejuſmodi ap-
parere conſueverunt.

Margin: * καὶ τὰ πολλὰ τῶν συμπτωμάτων παραλύεται τῆς καθ' αὐτὰ δυνάμεως, *i. multa ſymptomata ſua vi & robore evertuntur.*
† τὰ δεινά.
* ἐξερυθρά.

Cap. XXIII.

De judiciis febrium quotidianarum.

QUotidiana febris cum adeſt, Urina te-
nuis eſt, & alba, ac veluti aquea, & hy-
poſtaſi privata in principio: quemadmodum
quarta[nae]

uartana dictum eſt. Sed cum proceſſerit, fit raſſa, atque hypoſtaſim cumulatam, & craſm oſtendit, quæ eſt ſoboles quædam cruditis humorum. Quinetiam tempore progreiente, concoctionis quoque ſigna obſcure aparent, * cum etiam paſſio fuerit profecta ad febricitationem. Namque febrium ejuſmodi termittentium tunc conjectamus ſolutionem revi futuram eſſe, cum ſigna concoctionis icujus apparuerint. [a] Veruntamen quotidianis leritate præſtitit tertiana febris deficiens. To- enim hujus † potentia non excedere poteſt nam atque alteram hebdomada, niſi tertiana on pura eſſet. Et quantum concoctio protentur, tantum ſignificat ſolutionem non adc adeſſe.

* ὁπότε δὴ καὶ τὸ πάθος εἴη κεχωρηκὸς πρὸς τὸ μηδέν.

† ἐπικρατεῖ δύο, i. *hæc febris corpus non occupat niſi unam atque alteram hebdomada.*

ic locus ſic legitur in omnibus exemplaribus, πεπλεονέκτηκε δὲ τούτων ἡ ταχύτητι ὁ τεταρταῖος διαλείπων πυρετὸς, *ſed legendum omnino* ε τοιχύτητι, *ſequentia oſtendunt.*

CAP. XXIV.

De judiciis Urinarum in febribus continuis putredine.

Ontinuarum febrium à putredine primum Urinæ colores alterantur vergenverſus * aureum, & rubeum, & vineum, paſſeum, atque ſimiles, ut humorum quali- & quantitas fuerit. Urinæ quoque hujus conentia inæqualis eſt, & potius inclinat verſus ſſiorem, interdum etiam erga tenuiſſimam.

* πυῤῥὸν καὶ ἐρυθρὸν καὶ οἰνωπὸν καὶ κυανοῦν.

Cumque colores apparent vel albi, vel diverſi: contenta in principio non apparent concocta, ſed vel inæqualia vel* diverſa. Procedente vero ægritudine, ſiquidem facilia omnia ſunt, & concoctionis apparent ſigna. Non ignorare id etiam oportet, namque interdum poſt febris vigorem, contenta cumulata & craſſa ſubſidere ſpectantur, cum putredo quę in venis erat, illuc impetum cœperit, atque ea quidem recipere oportet, ut quæ ſalutem in propinquo eſſe ſignificent, ſed ea averſari convenit, ſi in principiis appareant: opus eſt enim tunc tempore, & virtutis robore ad concoquendum. Mala cenſetur Urina eorum, niſi procedente ægritudine contenta appareant, & reliqua apparentia meliora fuerint. Fortaſſis enim eo modo creſcente ęgritudine, ac in Urinis malis ſignis apparentibus, mors præripuerit ægrum in ipſo augmento. Veruntamen hoc ſpectans ad partem prævidendi, oportet ut eo uſque differatur. Reliquum eſt, ut de Urinis modis diverſis alteratis diſputetur.

* ἑτεροῖα.

Cap. XXV.

De judiciis Urinarum quæ fiunt ob aliquot membrorum principalium affectum.

Cum igitur inflammatio & eriſypelas & alius quiſpiam ſimilis affectus calidus fuerit

In aliqua principum partium, Urinæ inſigni-
ter alterantur,& tantum inter ſe diſtant, quan-
tum membra inter ſe differunt & dignitate &
vicinitate primi calidi. Hepate igitur & pul-
mone patientibus aliquem ejuſmodi æſtum
ab aliquo humore, Urina ſpectatur perquam
rubea, atque † ſanguinea, & vinea ſecundum † αἱματώ-
quantitatem, & qualitatem caliditatis. Ægri δης.
vero cum ejuſmodi affectus patiuntur in ce-
rebro, aut membrana ſuccingente, aut in
ventre, tum eorum Urinę minus alterantur.
Patientium vero memoratas affectiones in lie-
ne, Urinæ color pravus apparet à nigredine
humoris qui in eo abundat, ſi modo humor
hic capiat impetum exeundi per Urinas: ſed
eorum febris minor eſt, quam quævis patien-
tium in prædictis membris. Uterus vero & re-
nes, & veſica & colon, & podex patientia Uri-
nam alterant, ſed minus quam cum cerebrum
& membrana ſuccingens eiſdem capiantur paſ-
ſionibus. Veruntamen in omnibus hiſce con-
ſignta tam ſignificant naturæ * potentiam, at- * ἐπικρά-
que imbecillitatem, quam manifeſtiora loca τειαν victo-
affecta: quorum aliqua dicta ſunt, aliqua quo- riam.
que dicentur. Membrorum vero quæ extrinſe-
cus ſunt, & longe diſtantia à caloris fonte, ejuſ-
modi affectus patientium Urina mediocriter, ac
non etiam manifeſte alteratur, & concoctionis
ſigna potius oſtendit, cum nulla febris putrida
in illis membris accendatur, cujus febris ſigna

paulo ſuperius reddidimus. Contra vero quæcunque membra acceperunt principium morbi ab aliquo influente frigido humore, ſive cerebrum ſit, ſive hepar, ſive pulmo, ſive membrana ſuccingens, ſive venter, ſive particula alia, horum membrorum illa quæ longius à fonte caloris ſepoſita ſunt, magis alterantur, atque frigiditatis & cruditatis humoris Urinas oſtendunt. Minus rurſus quæ abundarunt caliditate ob venarum amplitudinem, atque caloris propinquitatem, vel enim omnino non recipiunt: aut ſi ſuſceperint, modeſtam tranſmutationem factam oſtendunt in Urinis.[a] Praviorem nempe Urinam illa membra patientia oſtendunt, quæ vel loco, vel naturali quadam temperatura longe à caloris fonte ſepoſita eſſe contingit. Veruntamen de hiſce convenientius in libris de Urinarum prævidentia, definietur. Quoniam vero temperaturam ſimplicium in auctarum ſpecies Urinæ didiciſti, ſciviſti quoque adinvenire humorum exuperantium ſpecies in Urinis, facile adinvenire poteris Urinas in ægritudinibus hominem corripientibus, ut de his rectum judicium facias. Non enim nobis licet enunciare ſingula quæ in particularibus ægritudinibus videntur, tum quod orationis longitudinem fugimus, tum ſufficientem methodum præcepta ad judicandum tradiderimus. Quamobrem facile quoque videbitur viro ſtudioſ

qu

a Hæc verba ſic leguntur in exemplaribus Græcis, φαυλότερα μέν τοι οὖρα κινηθέντα δείκνυσι τῶν πόῤῥω τοῦ τῆς θερμοῦ πεφυκότων εἴτε τόπῳ εἴτε φυσικῇ τινὶ κράσει, id eſt, pejorem tamen Urinam oſtendunt, quam quæ longe à calore abſunt ſive loco, ſive temperamento.

ui multum illum ſermonem collegerit, & ui ante legerit libros de differentiis & cauſis norborum, de ſingulis Urinis apparentibus, adicare. Siquidem ſi quiſquam diligenter hæc ideit, noveritque à quibus humoribus unuſuiſque morbus non contemnendus generear, atque in promptu habuerit ea quæ hic traita ſunt præcepta, is perquam facile ratiociansadinvenire poteſt, quæ in quibus ægrituinibus Urinæ apparere debeant. Namque alia iſcet facillime, veluti quæcunque in genere enarum conſiſtunt. Quæ vero ultra venas fuent, ea etſi fortaſſe difficilius compræhenderit, on tamen * quæ habiliora fuerint, fugient vium exacte conſiderantem. Quæcunque enim piritu ſolo alterato, aut nervoſo genere patiene fiunt, hæc non facile eſt compræhendere er conſiderationem Urinarum † niſi venarum enus ſuſcipiat ſenſum membri, quod prædicaar ſubiiſſe paſſiones: hinc enim paſſiones fiunt manifeſte in Urinis.

** σπουδαιότερα, quæ magis inſignia.*

† εἰ μὴ πως ἐπιδοθέντος τοῦ τυχόντος πάθους τὸ φλεβῶδες αἴσθησιν λάβῃ γένος, niſi genus venenoſum diſtributum & communicatum affectum ſentiat.

Cap. XXVI.

Quod volentem exacte de Urinis conſiderare, oporteat præter alia etiam probe callere diſciplinam de pulſibus.

TUtius fortaſſe de Urinis cognoſcere videtur is qui peritus eſt diſcernendi pulſuum notiones. Arteriæ namque (ut novimus) nervo-

nervoſam tunicam habent, atque ſpiritum implentem eas continent. Quamobrem ipſæ primum cognitionem præbent ſcientibus tangendo pulſum, alterationem aliquam factam eſſe in ſpiritu, atque nervoſo genere. Urinæ vero illa melius oſtendunt, quę in humoribus & concoctionibus ſunt, & contingunt. Quod ſi vera fateri decet, ſtudenti recte judicare, opus eſt utraque prędicta cognitione. Quemadmodum enim † ruentem domum renovare feſtinanti opus eſt utraque manu: namque duarum altera deficiente non tutum erit diſponere ea quæ oportet: ita quoque medicam artem indipiſci volenti, utraque diſciplina præter alias opus eſt. Veruntamen de Urinarum judiciis diſputatio ita explicata, bona quidem eſt exercentibus, utilis vero ægrotis corporibus, qua veritatem attigerit, & diligenti ſtudio comparanda ab his qui mentem habent, judicatur. Nobis autem, ubi reddidimus orationi decentem modum, par eſt hoc in loco ſiſtere curſum ejus, ne garrulitatis accuſemur, & ut morſus quos quiſquam accuſando cogitaverit orationi noſtræ infigere, illud nunc audiens compeſcat. At vero cum alia quæ putantur manifeſta ex dictis eſſe, relinquantur: alia etiam dicentur in libris prævidentiarum, eo quod illic magis congruere exiſtimantur. Partes enim hujus diſciplinæ inter ſe communicant. Quamobrem non mirandum eſt, ſi aliquid videatur relictum eſſe quod

† *διεῤῥωγότα οἶκον ἀνακαινίσαι, i. domum diſruptam, & quæ vitium fecit, reficere.*

quod potius convenire cum illis nobis viſum
ſt. Ad hæc & ſi aliquid in diſputatione præter-
miſſum eſſe videatur, veniam det quiſquis affe-
ctum humanum criminando objectat: qui ac-
cidere ſolet pleriſque, qui ſingulis diebus lite-
ris incumbunt. Ad hæc hoc pacto ſe habeant.
Par eſſe quoque videtur, ut cauſas eorum quæ
dicta ſunt, in libros qui hoſce ſequuntur, refe-
ramus. Quę fortaſſe etſi parum conferre ipſi
arti videantur, tamen tutam cognitionem eſſe
de judiciis in prędictis inſtitutionibus conſtrue-
re poterunt. Redditis enim cauſis credere quiſ-
quam magis ducetur iis, quæ debentur. Atque
oratio de judiciis Urinarum ubi jam ſufficienter
habita ſit, relinquatur: atque ſequatur ea quæ
de cauſis, ita poſtulante nexu totius compo-
ſitionis. Deus vero largiatur, ut illa tractan-
do definiamus, quæ veritatis fidem facere
valeant.

Secundi Libri

DE JUDICIIS

URINARUM

FINIS

ANNO-

ANNOTATIO CAPITUM
Eorum quæ libro primo
DE CAUSIS URINARUM,
continentur.

* διαμονῆς CAP. I. De cauſa * permanſionis animalium.

CAP. II. De cauſa generationis contentorum in Urinis.

CAP. III. De cauſis cruditatis, quæ ſolent accidere.

CAP. IV. De cauſis quantitatis Urinæ.

CAP. V. De cauſis Urinarum albarum.

CAP. VI. Adverſus eos, qui Urinas uſquequaque à ſanguine colorari defendunt.

† ὑπόχρων καὶ ὠχρῶν. CAP. VII. De cauſis † ſubſpiceorum & ſpiceorum contentorum.

* πυῤῥῶν καὶ ξανθῶν. CAP. VIII. De cauſa * aurearum & crocearum Urinarum.

CAP. IX. De cauſa ſubrubearum, ac rubearum Urinarum.

† οἰνωποῦ. CAP. X. De cauſa Urinæ † vineæ.

* κυανῶν. CAP. XI. De cauſa Urinarum * paſſearum.

CAP. XII. De cauſis Urinarum viridium.

† φαιῶν. CAP. XIII. De cauſis Urinarum † venetarum, & lividarum.

CAP. XIV. De cauſa ſubſtantiarum Urinarum.

CAP. XV. De cauſa contententorum alborum.

* ὑπόχρων καὶ ὠχρῶν. CAP. XVI. De cauſa * ſubſpiceorum, ſpiceorum, ac bileorum contentorum in Urinis.

CAP. XVII. De cauſa contentorum ſubrubeorum, & rubeorum, atque cruentorum.

CAP. XVIII. De cauſa contentorum fuſcorum & lividorum, atque nigrorum.

CAP. XIX. De cauſa quantitatis, ac ſubſtantiæ contentorum.

CAP. XX. De cauſis hypoſtaſeων orobearum furfurearum, laminearum, & ſimilacearum.

CAP. XXI. De cauſa contentorum miſtorum, vel diſſimilarium.

ACTUA-

ACTUARII DE CAUSIS URINARUM,

LIB. I.

PRÆFATIO.

*QVi inſtituit ſcribere de aliqua quæſtione, huic non ſolum par eſt res neceſſarias * literis tradere, verum etiam omnia quæ inſtitutioni utilia eſſe creduntur. Hoc enim pacto om-a complectens, oratio perfecta exiſtimatur. Eam rem & diſputatio de cauſis Vrinarum ſubne-enda nunc eſt. Quandoquidem qui in medica ar- multa experiendo ſunt exercitati, ac nulla ra-one utuntur, iis ſatis eſſe poterit ſola tractatio de diciis: qui vero amant elegantiorem artem philo-phia reddere, nihilque ſine cauſa ſcire volunt, iis eceſſarium eſt, ut apparetur tractatio de cauſis Vrinarum. Namque qui exacte ſciverit ſcrutari auſas affectuum, is facilius judicata compræhen-erit, atque quæ relicta ſunt, ſubjungere valuerit. Contra vero qui ignoraverit diſputationem de cau-s, non etiam certo cognoverit judicia quæ fiunt de Vrinis. Quamobrem fas eſſe videtur, ut tractatio le cauſis Vrinarum ſubjungatur, ut omni ex par-e & exacte, & perfecte ſe habens oratio videa-ur ſufficiens omnibus iis, qui rebus hiſce operam navant.*

* κατατρωμένων, explanare.

*navant. Quamobrem cum propoſitum ſit dicere de cauſis Urinarum quomodocunque apparentium, operæ precium erit collocare in ipſo ingreſſu diſputationis orationem de cauſis concoctionis * veluti ſuapte natura id poſtulent.*

* ὥσπερ ἐπαναλαβοῦσι τὸν λόγον, *veluti ſermone repetito.*

CAP. I.

De cauſis permanſionis animalium.

HUmana natura dum enititur ſervare hominis * manentiam, per eas quæ in ſpeciebus rerum fiunt ſucceſſiones, quæ aguntur per mutuas generationes, eſſetque opus manentia quoque particularium, ne ſimul interiret quod generaretur, adinvenit nutrimentorum inſtitutionem, atque hiſce ſtabilivit vitam particularium, prius ædificatis nutritionis vaſis pluribus atque variis, quibus indidit potentiam vitalem. Humida igitur & ſicca atque ſpiritus cum dividant ſubſtantiam ipſam corporis, atque in ipſis fundata ſit vita: tractatio de nutritione quæ per ſpiritum fit, ad alias diſputationes pertinebit. Ea vero quæ ſuper ſicco & humido nutrimento eſt, par eſt, ut jam aperiatur, quæ magnopere collatura eſt diſciplinæ de Urinis.

* διαμένον.

CAP. II.

De cauſa generationis contentorum in Urinis.

CIbum primum pręmanſum, atque pręparatum, ita ut promptus ſit ad concoctionem reci-

ipiendam, ipſum atque potum venter exci-, qui † corrugatus alterat hæc genuino calo- modo nihil impedimenti interceſſerit. Ubi ro nutrimentum hoc * ſuccificávit, id quod uius ac purius in eo fuerit, per venas ab he-e ortas exugitur, & velut exuccatur ad me-rem hac ipſa quandam tranſmutationem. mque primam re vera tranſmutationem trimentum ubi in ventre ſuſceperit, ultra c alteram capit in venis mediis, & hepate, melior eſt priore, ſed minor tertia, quæ t ipſam eſt. Veruntamen ubi in ventre ſuffi-nter, ut dictum eſt nutrimentum conco-m eſt, & quod inutile eſt per inteſtina ſecre-h fuerit, quod autem utile eſt diſtributum it, id virtus quæ in hepate & venis eſt piens, ipſa per ſe ſi ſana fuerit, alterat at-tranſmutat in rubedinem ſanguinis, atque in cavis locis fit ſanguinis † diſcretio, ne-permittitur longius temere procedere, ne us purum nutrimentum traditum corpo-arnem malam produceret, illic in gibbo tis appoſuit veſiculam * bilicipem: atque it, ut quod eſſet ſubtilius atque acrius uine, id ad eam veſiculam per pertinen-meatum concederet: quantum vero eſſet ſtre & craſſum, id lien ad ſe attrahe- Atque eo pacto diſcreto humore terre-c flava bile, relictum ſeroſum humorem etiam hactenus permiſſum eſt ſeparari,

† περιπτυξαμένη veluti inplicas corrugatus, & ita cibum amplexus.

** χυλοποιήσῃ, i. in chylum redegit.*

† διάκρισις, i. ſanguinis ab excrementis ſeparatio.

** χοληδόχον, i. quæ bilem excipit.*

I cum

cum eo modo manere viſum ſit etiam renibu
adiacentibus. Veruntamen * per venæ trun
cum, perque cavitatem hepatis trajectus ſeroc
ſus ille humor etiam uſque ad gibbum, atqu
præſentatus venæ, quæ Cava nuncupatur, ic
que ut ſanguis trajiceretur, anguſtia enir
meatuum magna in eſt in medio hepate † pe
ſciſſuram venæ Cavæ, cujus ſciſſuræ figura vo
cata eſt labdea à Græca littera (hoc eſt, bicru
ris) ſeparatus ad renes illinc latus. Veruntame
quantum ſanguinis remanſit, id profectum a
cor, nactumque alterationem meliorem quan
habebat, inde procedens, per venas diſtribu
tur corporis ſingulis partibus, veluti irrora
corporis ariditatem. Ergo primæ concoction
quæ in ventre fit, excrementa ſunt, tam qu
expuuntur quam quæ per inteſtina ejiciunt
Concoctionis vero quæ in cavis hepatis fit, ſ
perfluitates demonſtrantur tam utraque bil
quam Urina. Remanet igitur dicendum d
tertia concoctione, quæ in venarum gene
perficitur. Namque hac facta demonſtrati
ne, habebitur ſufficiens apparatus ad ea q
dicenda ſunt de cauſis eorum, quę in Uri
inſpiciuntur. Tertiæ igitur concoctionis pr
pria ratione excrementa ſunt tam conten
quæ in Urinis apparent, quibus ſunt ten
ores ſudores, & quæ per cutim inſenſib
ter tranſpirant. Ergo quod peccatum fue
in hujuſmodi tertia concoctione, id om
demo

* διὰ τῆς στελεχιαίας.

† διὰ τοῦ ἀποσχιζομένου κατὰ τὸ λαμβδοειδὲς σχῆμα καλούμενον τῆς κοίλης φλεβός.

nonſtrabunt ipſa contenta. Atque qui ſcive-
ob quam cauſam hæc ipſa tranſmutentur * is
nonſtraverit judicia veluti certiſſima eſſe.
runtamen de judiciis dictum eſt, decens
at nunc de cauſis dicamus, ita univerſo ſer-
ne procedente. Cum igitur de cauſis con-
i ante diſputatum ſit, reliqua attingamus
quadam decenti procedentes. Igitur ut
dere ſolet in abſceſſibus, atque quibuſvis
ribus, ita res habet in Urinis. Nam ſi virtus
ralis concoctrix vicerit: per parum, aut ni-
nale olet pus, atque album, & læve, & ſi-
re omni ex parte eſſe contingit. Si vero
vicerit naturali virtute, contraria hiſce
tantur: aſperum, diſſimilare, & coloribus
rens, graviter etiam olens, atque prorſus à
diverſum. Simile quiddam ſpectare licet in
entis. Namque quod in venis alteratum
eſt in ſanguinem, id in ſpeciem ſimilem pu-
anſmutatur, vincente concoctrice virtute.
ntum vero hæc ipſa non unicens aberrave-
ntum etiam contenta ſpectantur mutari in
es malas. Atque hæc ut dictum eſt, ſe ha-
: in ſequentibus vero oratio repetenda eſt.

** καὶ τὰς διαγνώσιας ἀσφαλέστατα τῷ λόγῳ ἂν ἀποδοίη, i. maxime certa judicia facturus eſt.*

** ὁμοιομερὲς πυὸν.*

CAP. III.

De cauſis cruditatis, quæ ſolent accidere.

Ruditates in ventre contingere ſolent ob
quandam intemperaturam accidentem ei.

Fieri etiam interdum poſſunt ob aliquam paſſ-
ſionem inſtrumenti, veluti ob craſſitudinem
vel multitudinem, vel tenacitatem, vel ali-
quam qualitatem alienam ipſorum humorum
aut ob aliquam cibi proprietatem. Sed crudita-
tes in hepate fiunt tam ob has ipſas cauſas, quam
ob debilitatem virtutis concoctricis. Per eaſ-
dem ac ſimiles cauſas quoque actio tertiæ con-
coctionis aberrare reperitur. Atque hæ cauſæ
ſunt (ut omnia uno verbo complectar) per quas
unaquæque concoctio à ſuo opere aberrare.
Illud vero par eſt non ignorare. Namque ſi v-
colores exceſſerint mediocritatem ſive receſſe-
rint ab ea, crudos habendos eſſe generali nomi-
ne cruditatis, dicere oportet. Quonam mod-
utrique dicti ſint crudi, non hujus diſputatio-
nis eſt docere, ſive obſcura fuerit propter al-
quam frigiditatem genuina caliditas, ſive abun-
darit ob aliquam adulterinam caliditatem. Fl-
tuum enim & aquę inter cutem arthriditiſq-
& ſimilium à cruditate factorum affectuum
propter frigiditatem aliquam vel adulterinam
quandam caliditatem, vincentem naturale-
atque ſuavem, ut Urinæ recte crudæ dici po-
ſunt, ut quæ mediocritatem non retinear-
Cum citra & ultra mediocrem, & ſecundu-
naturam, Urinam non eſt reperire meliore-
Urina mediocri, & quę ſecundum naturar-
quæ vero vel exceſſerint, vel receſſerint à m-
diocritate, appellandæ ſunt crudæ. Tu ve-

l aliud nomen indideris, ut rem definias: on enim ego differentiam fecerim inter nomina, modo non aberraris à ſcopo. Hoc itaque pacto ſatis haberi poteſt ex iis quæ dicta ſunt, cognitio de cruditate & cauſis, unde proficiſcatur, præſertim ſi ſecundum naturam concoctio fiat à mediocritate caliditatis & frigiditatis, atque ſecundum naturam ſe habentium. At vero poſt hac primo dicendum eſt de quantitate Urinæ, quam ob cauſam plus minuſve quam mediocris procurrat. Deinde de aliis deinceps, veluti expoſita ſunt in iis quę de differentiis, & judiciis.

CAP. IV.

De cauſis quantitatis Urinæ.

URina tum profluit multa, cum homo uſus fuerit cibis multis pręſertim humidis, atque potu largiore, maxime ſi vinum aquoſum eſſe contigiſſet. Demonſtratum autem eſt aliis in locis, ut cibi boni, ſed humidiores, maxime omnium & nutriunt, & diffluunt. Vinum vero potius quam cæteri nutrit, atque citius diſpergitur. Quamobrem par eſt, ut vinum abunde bibitum, etiam abunde mingatur, quemadmodum ad id album aqueum vinum maxime habile reperitur. Similiter ſe habent ea quæ cum tenuia ſunt,

 facile

facile minguntur. Cauſas vero horum redden-
di nunc tempus non eſt: partim quia ab aliis
de hiſce ſatis diſputatum eſſe noverim ſuis in
locis, partim quia præſens tractatio id ipſum
minus poſtulat. Ergo decens eſt, ut Urinæ ap-
pareant majores, & tenuiores, atque decolora-
tiores. Namque quantum hoc ipſum, prove-
nit potius ob rationem quantitatis: albedo vero
& tenuitas à cruditatis imbecillitate proficiſ-
citur, quæ non eo pervenire potuit, ut vin-
ceret quantitatem, quod mediocre eſt, exupe-
rantem. Namque ſi præſtitiſſet, genuiſſet il-
& colorem, & ſubſtantiam mediocrem, atque
aliqua contenta decentia indidiſſet. Quod
Urina major, quam quod bibitum eſt, pro-
fluxerit, tum, cum crudi humores concocti
fuerint, ob hanc ipſam cauſam eveniſſe pro-
batur. Namque concoctionem ſequitur nutri-
tio, & ante hanc diſtributio, decet autem ut
concoctæ materiæ ſuperfluitates humidæ ex-
cernantur, optimo jure itaque in humoribus
crudis jam concoctis Urina multa appare.
Quinetiam ubi humores crudi concoctique nu-
trire & humectare corpus poſſunt, non op-
eſt bibitione, aut pauca, quæ conſuetudine p-
tius fieri ſolet, quæ quoque per vim quanda-
fit. Cum vero hujuſmodi excrementa indigea-
excerni, his ſerviunt renes & vaſa diuretic-
quod videre eſt iis quæ quotidie in hominib-
ægrotis, atque parum ſanis corporibus fiur

S-

d tamen ab hiſce multis Urinis differunt Uri- multæ, quæ apparent ratione criſis in febri- tibus: qua non ſolum excrementa per renes ernuntur, quæ fiunt crudis humoribus con- ctis, verumetiam per eoſdem excernitur om- differentia humorum morbos efficientium. hæc diuretica pharmaca efficiunt, ut multa rina profluat, partim naturali partium ſubti- te, partim caliditate, omnia enim fere diure- a ſunt hujuſmodi naturæ. Verum caliditate ilius movent Urinæ multitudinem, partium o ſubtilitate procedentia humorum crudi- em ſcindunt, ac dividunt, atque proprieta- pharmacorum efficiunt, ut per Urinam po- s excernantur. In paſſione quoque quæ Dia- es appellatur, intemperatura quædam in ctæ caliditatis circa renes cauſa eſt. Hæc enim affecta, renes * attractabundos ſeroſę ſub- ntiæ effecit: hi vero ab hepate, venarumque ni genere † æqua tractione cito attrahunt gem naturæ membris nullam ſervantes. At o quoniam ob hanc rationem accidit ege- , atque naturalis humiditas defertur à tanto miditatum raptu, ſitis non mediocris homini oritur. Nec minores ſunt potus quam ſitis, & inarum excretiones, renibus ſecundum pro- tionem attrahentibus ab ſe humiditates. amobrem multę fuerunt Urinę, neque hiſce nores potus. Ubi vero nulla fuerit † mora emperatura, bona neque inibi adeſſe poterit

* ἐπισπαστικοὺς, *attrahentes.*
† ἀνθολκῇ.
* τυραννούμενοι, *i. regnantes.*
† μέλλησις.

concoctio. Præter hæc quibus natura venter ſiccus eſt, ab iis ventris ſiccitas effecit Urinas multas profluere. Excrementa enim quæ excerni volunt, ubi venter multitudinem evacuare non poterit præ morbo, qui natura ei acciderat, ad vias Urinæ facto momento feruntur. Illud quoque addendum eſt, quod maxime fieri ſolet tam in colliquatione totius corporis habitudinis, quam in mortificatione contentricis virtutis. Quandoquidem ubi defatigata natura eſt ob peſſimum aliquem morbum, virtus humorum contentrix tanquam abjiceret illos diſſolvit. Ipſi quidem excernuntur feſtinantes ad exitum. Sed quomodo † momentum exeundi capiant, non licet ſimiliter cognoſcere. Namque interdum per ſudorem abundantem viſi ſunt profluere, interdum per ventrem, interdum per Urinam multam, de qua nunc habetur oratio. Sed rationes quibus multæ Urinæ, quomodocunque exeant, hi ſunt, reddita cauſa ſufficiente unicuique earum. Poſthac dicendum eſt de pauca Urina, quamnam ob cauſam parva profluat. Dictum eſt in iis quæ de judiciis Urinarum, quot modis pauca veniat Urina: dicetur etiam hic memoriæ reficiendæ cauſa, ut ſingulis proprias cauſas reddamus. Urina igitur pauca mingitur à ſiccitate ciborum, paucitate potus, item ab exercitio vehementi, atque à cæteris quæ corpus deſiccare conſueverunt.

† ῥοπὴ.

Scimu

mus autem, ut cibis ſiccioribus excretio quæ
r ventrem fit, potius apta ſit: tum vero cali-
as roborata conſumens humitatem corporis,
ſiccat. Par eſt in iis ut pauca Urina ſpectetur,
m non ſatis humiditatis ad irrigandum uni-
ſum corpus, & * attenuantia illa veluti mi- * ἰσχναίνοντα.
ant ipſius quantitatem. Pauca quinetiam
ctatur Urina ob pharmaca & cibos glutino-
obſtruentes meatus. Hoc enim caſu neque
tributio fit nutrimentorũ, neque quę diſtri-
ta ſunt, facile ſecerni poſſunt. Quare accidit,
non ratione defectus, ſed ob quandã obſtru-
onem, Urinæ paucæ appareant. Simile acci-
ob humorum craſſitudinem, atque tenaci-
em: qui nihilominus quam glutinoſi cibi, &
dicamenta cohibent exitus opportunos, ita
ntrinſecus accidit humiditatem abundare,
as vero profluere minorem quam deceat.
od ſi pauca Urina appareat ob multam eva-
tionem ventris, manifeſtas cauſas oſtendet.
on etiam mancas, cum jam ſubductio ventris
lta fieri videatur, & multitudo ſuperfluitatis [a]

I 5 cœpiſſe

[a] Interpres videtur hũc locum ita legiſſe: ἃ δὲ γαστρὸς πλείω κένωσιν ἐλάττω φαίνεται, πρόδηλους ἐπιδείκνυσι τὰς ας, μηδὲ δεούσας. *Id eſt, Quæ vero ob multam ventris vacuationem ores apparent, manifeſtas cauſas habent, neque deſinentes, ſed le-um ſic videtur* μηδὲ δεούσης ὡδ᾽ ἀναδόσεως γινομένης, καὶ τοῦ πλείονος τοῦ περιττοῦ τὴν ὁρμὴν ἐκεῖσε εἰληφότος, *ut ſenſus hujus loci ſit: ma-ſtas eſſe cauſas paucioris Urinæ, ob multam ventris vacuationem, um cum non deficiat ſic facta diſtributio, & magna excremento-vis illuc impetu feratur.*

cœpiſſe momentum fluendi per illas partes. Et enim naturæ opus eſt evacuare totam ſuperfluitatem per conſuetos meatus. Sin forte alter altero meatus * evacuando exceſſerit, per alterum minor quantitas evacuatur. Adde, paucam etiam Urinam profluere ob vehementiam febris, & ſi æger biberit pluſquam conſuetum eſt, & nihil abſurdum eſt, febrem vehementem humiditatem omnem ſuperfluam conſumere, quamdiu ſi diuturnior fuerit, adipem & ſolida ipſa interdum attingit. Urina item pauca, apparet vel ob renum ſolorum, aut reliquorum vaſorum Urinatoriorum affectum, vel ob facultatis expultricis totius imbecillitatem, cujus cauſa evidens eſt, nempe vel aliqua intemperies, vel affectus aliquis inſtrumentalis. Sed qui librum de cauſis morborum legerit, is illic edoctus cognoverit hæc exactius. Hoc itaque pacto de Urinarum quantitatis cauſis, diſputatio ſatis cum ſit, hic ſiſtatur. Reliquum eſſe videtur referre cauſas colorum atque poſt haſce conſiſtentiarum, deinde contentorum: ut omnium reddita ratione, & horum explicatis cauſis, facile unuſquisque credere poſſit memoratis judiciis, atque promptiſſime & dicere & efficere ea quę decet in ejuſmodi rebus. Qui enim rationem eorum quæ fiunt ignoraverit, hunc puto non facile poſſe credere judiciis: neque ſi crediderit, poſſe reſiſtere ubi commotus à rationibus diverſis fuerit. Hoc

itaque

* *τύχῃ πλεονεκτήσας, alter major altero meatus fuerit.*

aque pacto cauſæ quæ viſæ ſunt, genuinę pu-
antur, & prędicantur eſſe ſcientię de Urinis.
imiliter aggredi diſputationem de cauſis colo-
um operæprecium eſt.

CAP. V.

De cauſis Urinarum albarum.

UBi de albarum Urinarum cauſis primo dixerimus, quemadmodum in iis quæ de ifferentiis & judiciis Urinarum diſputavimus, a quoque de cauſis aliorum colorum tracta- imus, ordine illorum hic quoque ſervato. Igi- ur (ſicuti ratione demonſtratum eſt) cum ex- cta & mediocris in hepatis ſima parte facta erit concoctio atque* diſcretio, ita ut terre- ris humor perfecte diſtributus ſit lieni,† quod umor is non facile habeat reſtaurationem, ſe- ſus vero humor ſequatur una cum ſanguine b utilitatem quam illic diximus, * bilis vero ubeæ pars maxima, atque propemodum tota ollecta appareat in veſicula fellis: namque ejus ars quædam cum ſanguine remanet, tum ut ſum ſubtilem efficiat, ac facilem ad diſtribu- onem faciendam, tum etiam ut adjuvet ſe- um ad facilem diductionem ſanguinis. Nam- ue mordaci qualitate qua pollet, irritando m excretricem ſimul cum Urina exit, cum parucrit inutilis tertiæ concoctioni. Mixta item colorem mediocrem dat chymati, ut ſenſus

** διάκρισις, ſecretio, ſeparatio.*

† ὡς μὴ ῥᾳδίαν τοῦ τὴν ἀνάδοσιν ἔχοντος, ut qui non facilem habeat diſtributionem non facile diſtribuatur, & tranſeat per anguſtias, præſertim venas, cum terreſtris & craſſus ſit.

** πικροχόλου τὸ πλέον amaræ bilis, pars maxima.*

ſenſus & ratio novit. [a] Nempe colores Urinarum eo uſque participant ſanguinis apparentiam, quo uſque ſplendor humorem radians pulchre facit. Id autem eſſe ſanguinis munus creditur iis, qui recte judicare noverunt. Atque hæc ſint dicta de temperata Urina. Quoniam autem veriſimile eſt hujuſmodi flavam bilem abundare & deficere, atque aquoſiorem & coloratam eſſe, tales erunt Urinarum colores, ſecundum eorum differentias, quales cauſæ fuerint. In albis igitur coloribus maxime criſtallo & aquę ſimilibus, aliquis ſummam cruditatem ex frigiditate naturæ ortam, aut maximam obſtructionem vaſorum præſertim Urinas ſecernentium, aut bilis tingentes ad alias partes, traductionem agnoſcere aliquis poſſit. Urinam vero quæ albedinem remiſſam oſtendit, præſertim quę vergit ad glaucum & charopum colorem, non facile dixerit propter flavæ bilis ad alias partes traductionem, ſed potius ob debilitatem virtutis alterantis, & concoquentis humores fieri, nemo prudentium inficias ire poterit.

Cap. VI.

[a] *Hic locus ſic legitur in Græcis libris* τοσῦτῳ μέντοι κεκοινώνηκεν αἵματος ἐμφάσεως τῶν οὔρων τὰ χρώματα ὥσαπερ καὶ τὸ λαμπρὸν ὑπογελᾷ τοῖς χύμασιν ἀκτινοβολοῦν. *Id eſt ad verbum, colores Urinarum ſunt tantum participes apparentiæ ſanguinis, quantum ſplendidum ſubridet in chymate radios ejaculans. quibus verbis auctor ſignificat, ſplendorem illum, & veluti radiorum ejaculationem in ipſo chymate ſignificare ſanguinis participationem.*

CAP. VI.

Adverſus eos, qui Urinas uſquequaque à ſanguine colorari defendunt.

QUoniam quidam ſunt qui arbitrantur Urinas à ſanguine colorari: adverſus eos auca quædam ſcribere decrevimus, ut eorum rrorem tollamus. Scimus igitur ſano manente orpore, præſertim ſi humores in mediocritate onſiſtant, naturam nunquam excernere aliuem ex humoribus, qui alere corpus conſueerunt, cum ejuſmodi nutrimenti ſemper india ſit. Quinetiam ſi natura tot machinetur pro utritione animalis * atque ſemper deſit à ompleta, non parum abſurdum eſſe videtur, nguinem una cum Urinis excerni. Adde, ſanuine rubeo cum † Urina ſubalbida confluen, oportere Urinam apparere ſubrubeam ſendum naturam. At hoc à ſanitate tantum cedit quantum rubeum apparet. Quinetiam uidnam prohiberet ſanguine ſemper abunante, ut non etiam ſemper Urinæ ejuſmodi ectarentur, quales ſecundum naturam eſſe, tione demonſtratum eſt? Præter hæc non iam id conſentit cum ejuſmodi viris. Namue rebus augentibus bilem in corpore, Urinæ multæ biliosæ generantur: oportebat enim agis colorari à ſanguine aucto. At hoc lone aliter ſucceſſit, quam viri illi opinati ſunt. Quin-

* *καὶ ἀεὶ τοῦ πλήρους λειπομένην, & nunquam plena ſit.*

† *Unus ex codicibus noſtris hoc loco habet ὀῤῥοῦ ὑπολεύκου. i. cum ſero ſubalbo.*

Quinetiam qui ejuſmodi multum bileas Urinas mingunt, etiam multam bilem & evomere, & egerere ſolent. Atque qui animadvertere voluerit, is perſuadebitur eſſe alias Urinas mediocres, ac hiſce vicinas, quæ à rubea bili non à ſanguine colorantur. An autem aliqua Urina vel à ſanguine, vel à bili nigra coloretur, paulo inferius demonſtrabitur. Ubi ergo jam noviſti, quis humor maxime Urinas coloret, didiciſtique propter quam cauſam colorem eis non imponat, eas utique albas relinquens: perquam facile hinc cognoveris in cęteris Urinis † colorationes, comprehenſa methodo de coloribus. In quo cum contingat te dubitare (id autem quod manifeſtum atque explicatum eſt omnibus in locis, tutius eſt ad capeſſendam diſciplinam) non etiam nos ſiverimus te vexari * ab aliqua occaſione, unumquemque è coloribus, qui jampridem aliis in locis demonſtrati ſunt, oſtendendo, quam ob cauſam eo pacto Urinas colorent. Accidere enim poteſt, ut ſi non didiceris, multa ignores. Igitur ultra Urinas albas apparent † ſubſpiceæ, atque ſpiceæ: quæ jam vim ſenſerunt virtutis alteratricis, & concoctricis. Quandoquidem (ut ſæpe dictum eſt) ubiillioſus humor non adeptus ſit concoctionem decentem, tum Urinas albas apparere, atque principium colorationes eſſe ſubpallidum & pallidum: decenter quiſquam in hiſce poterit exiſtimare concoctionis principium ſumpſiſſe:

† χρωματουργίαν.

* ὑφ' ὅιων δήλων προφάσεων.

† ὕπωχρα καὶ ὠχρά.

ſiſſe cibum qui ad nutriendum aſſumptus eſt, tque colorem inſitum jam excitari apparere, nediocriterque materiæ dominari, ita ut ſi ion in totum, mediocriter ſaltem natura attigerit concoctionem. Namque ubi * bilis flava ſufficienter concocta eſt, ipſa à ſui nominis proprietate judicium facit cujuſnam coloris ſit. Veruntamen ſi intenſionem ſuſceperit, tum pparebit rubea, & violacea, & cærulea, & braſſicea, & ſubnigra, ita ut jamjam ad nigram bilem tranſitura videatur. Quemadmodum ontra quum abeſt à colore, qui ſecundum naturam apparet, color † ſubcroceus ſuccedit, atque ſubaureus, & ſpiceus, ſubſpiceus, atque qui hoc deterior eſt. Cum igitur hęc ita habeant, par eſt ut hoc pacto introducatur oratio. Ubi nediocris, atque ut decet, concoctio ſit, tum flava, atque ruffa bilis generatur, & Urinæ apparent ſub flavæ, atque ſubruffæ, colore bilis remiſſo ob miſtionem ſeroſę humiditatis, cujus color albus eſt. Quamobrem ſi dictum fuerit colores ejuſmodi eſſe Urinarum mediocrium, qui miſtiones ſunt e flavo croceo atque albo, non erit oratio ab eo quod decet, ab errans.

* ὀξανθόχυλος χυμός.

† ὑπόξανθος καὶ ὑπόπυῤῥος ὠχρός τε καὶ ὕπωχρος

CAP. VII.

Verba hæc ſic leguntur in Græco exemplari ἐπίτασιν δὲ τινα εἰληφὼς ἐρυθρός τε καὶ ἰώδης καὶ ἰσατώδης κραμβίζων καὶ ὑπόμελας ἤδη πρὸς τὴν μέλαιναν χολὴν μεθιστάμενος φαίνεται, *i. intenſa autem rubea, & eruginoſa,* ἰσατώδης, *i. glaſti colorem referens,* κραμβίζων, *i. virorem eum qui in braſſica eſt exprimens, & ſubnigra, jam in atram bilem mutata apparet.*

CAP. VII.

De cauſis ſubpallidorum & pallidorum contentorum.

CONtenta ſubpallida (nam hoc pacto de eis quoque dicendum eſt) deteriorem indicabunt tincturam, quæ fieri ſolet à bili, [a] quæ concoctione diminuta eſt. In quo, ſi quiſquam conſiderans ejuſmodi ſubpallidos colores, per parum à veritate aberraturum illum putamus, ſi eiſdem rationibus in cæteris coloribus utatur. Namque pallidos colores in Urinis apparentes, dicere poterit eſſe immiſtiones ſubflavi atque albi coloris, qui ſeroſæ ſubſtantiæ eſt: veluti ſubpallidus color generatur è miſtione pallidi, atque ſero ipſarum Urinarum, idque cum in coctione quodammodo fuerit peccatum. Et de pallido colore Urinarum ejuſmodi ratio reddi poteſt. Nunc vero de reliquis coloribus dicamus, ut uniuſcujuſque cauſę reddantur. Veruntamen, ut noſti, dictum eſt quæ ſint Urinæ mediocres, & quam ob cauſam ſint ſubruffæ, & ſubflavæ: poſthac de Urinis ruffis, atque flavis apparentibus referamus.

CAP. VIII.

a *Interpres locum hunc ita legiſſe videtur:* διαμαρτούσης δηλόνοτι τῆς πέψεως, *quæ lectio communiorem habet ſenſum, quam quæ eſt in noſtris codicibus,* διαμαρτυρηθείσης δηλόνοτι τῆς πέψ.

CAP. VIII.

De cauſa ruffarum & flavarum Urinarum

TAles colores Urinarum faciunt unumquemque exiſtimare humorem ipſum biſum, aut quantitate, aut qualitate intenſum, pceſſiſſe eo, ut & coloratior atque acrior t. Siquidem cum ultra flavum & ruffum s color proceſſerit, Urinæ manifeſto appat ratione miſtionis colorum diverſorum.

CAP. IX.

De cauſa ſubrubearum ac rubearum Urinarum.

URina ſubrubea & rubea producitur aut à miſtione rubeæ bilis, aut à ſanguinis ſanie, q impetu quodam eo fertur. Bilem autem eam interdum apparere, ex medicis audire . Ego vero ſæpenumero vidi bilem ejuſli, veluti in quodam, pauliſper antequam ret. Tum enim venter egeſſit ſubrubea exenta, & Urina ſimilem colorem referebat. ero non oportet orationem producere in bus quæ evidentes ſunt. Illud potius re convenit, quæ Urina appareat ubi exus fuerit ſanguis ſanioſus. Ubi igitur abunrit ſanguis, non etiam facile ab ejus natupiritu ventilatur. Nam cum arctata ſint i ejus vaſa à multitudine, tum ſanie,

quædam ingeneratur in ipſo ſanguine. Quemn
admodum in corporibus, quæ nullo modo
ventilantur, atque humiditatem quandam parti-
ticipantia jam in putredinẽ vergunt, pus quod-
dam generatur, quod à grammaticis appellatur
a ἔυρῶς, hoc eſt, putreſcentium corporum pu
* vulgo vero dicitur ὀμίχλη, hoc eſt, caligo
Hæc ipſa ſunt ſigna mutationis, quæ ab ali
qua cauſa inducta eſt, ſed ſignificantia id quo
nondum putrefactionem accepit. Ergo in ſul
rubeis Urinis apparet ſanguini acceſſiſſe ſanie
quandam, qualis eſt ὀμίχλη, quæ ſingulis di
bus ſpectatur in corporibus humidioribus, ſ
excernitur à virtute excretrice eam appellan
Sanies enim ea, quum rubeo colore ſit (
enim veluti ſanguis corruptus) fueritque u
ta cum ſeroſo humore, illius colorem altera
do mutat in ſuum. Veruntamen abeſſe à p
fecta rubidine ſpectatur: aqueſcit enim ita
eadem ſubſtantia eſſe videatur, qua eſt hun
ipſe ſeroſus. Quinetiam nec latere illud op
tet. Nam & ſi quadam ex parte ſeroſus hu
tingat Urinam, id tamen obfuſcatur in miſ
ne, tam ab excedentis ſaniei ſubſtantia, qu
à colore: atque hoc pacto ſubrubeæ Ur
cauſæ reddi poſſunt. Rubea vero Urina gi

* κοινολογοῦσι. *his qui communi ſermone utuntur.*

a *Ex commentariis Græcorum legendum eſt* εὐρῶς *quam vocem S*
dicit ſignificare apud Callimachum ὑγρότητα σεσηπυῖαν, *i. humi*
tem putreſcentem, vel εὐρῶς *ut annotat Varinus, eſt proprie* ἡ π
νώδης ὀμίχλη, *q. d. nebula quædam vireſcens.*

, aut ob nimiam multitudinem bilis rubeæ, ob ſaniem multam ſanguinis, quę impetu ur cum Urinis. Hæc enim multitudine exentia parum apparere ſinunt miſtionem ſe- coloris. Quinetiam cum exacte rubea ſit na, & † coccinea, demonſtrat ſanguinem liqua parte profluxiſſe: aut cum rupta eſt ua earum venarum quæ ad vaſa Urinaria , aut cum tranſcolantibus Urinam renum hiatus quidam & nimia raritas eſt. Quare dit ut ab hiſce non parum ſubſtantiæ ſanis ipſius profluat, afficiatque ſuapte colore nas. Sed ſermo ſuper ſanguine miſto aliis cis clarior habebitur, qui in hoc loco ſucaneus eſt. Namque de Urinis, non de u ſanguinis diſputare nunc propoſitum obis, cujus oratio dimittatur. Poſthac dicendum de colore * vineo vocato, at- le aliis qui deinceps ſequuntur.

† φοινικὰ οὖρα, i. puniceæ Urinæ, de ea voce autem lege comment. 2 Gal. in prog. Hip.

** οἰνωπῶν.*

CAP. X.

De cauſa Urinæ vineæ

Uinam ſit color vineus appellatus, in iis quæ de differentiis Urinarum, explicas: quidque ſignificet, docuimus, ubi de is actum eſt. Nunc vero ſubjungenda eſt de cauſis, ob quas hic color produci ſo- Urinis. Igitur in iis qui multum cucur- atque laborarunt, accidit, ut Urina ejuſ- coloris appareat ob ſanguinis aſſationem.

Namque ubi aſſiduus, & vehemens motus ſan-
guinem calefecerit, atque plus juſto inflamma-
verit, reſudareque in Urinariis meatibus effece-
rit, tum collectione utrorumque color vine-
productus apparet. Neque cuiquam id miru-
ſit, ubi etiam globuli ſanguinis in cutim per ſ-
dorem diſtributi, cum & à labore & ſolis æſ-
interdum homo corripiatur. Ego quinimo
quodam juvene id ipſum memini me vidiſ-
Namque ipſe amicique complures ſub Ca-
ortum ab urbe profecti, venimus* ad nundi-
quaſdam oraturi ſanctum qui illic maximop-
à cunctis venerabatur, atque illic diſtenti ſum-
ſpectando multa ob ornatum viſu digna. Nec
tertia diei hora elapſa erat tum, cum eo per-
neramus. Atque poſt vota facta deo, pauliſ-
etiam immorati ſumus. Jamque meridies ad-
cum redire cogitavimus. Ergo ſole aduſti,
crepuſculum domum pervenimus, maximo
eam diem labore tolerato. Nam partim quia
mo noſtrum conſueverat, fatigari longa vi-
æſtu, partim etiam quod unuſquiſque erat
li corpore, vehemens ęſtus nos corripuit. Ve-
tamen ipſe ſtatim tempore nocumento ill-
lutus ſum: unus vero ex eis qui nobiſcum
nerant, qui etiam molliori conſtabat cor-
quodque ex facili afficiebatur, eratque
quoque homo liber, ut præ ſe ferebat,
mentum ob viam & æſtum ſuſcepit.
poſtera dies demonſtravit ut ipſe ab iti-

* ἐπίτινα πανήγυριν.

offenſus eſſet: venter enim eum * ſtimula- * ἔνυξεν.
Quare acceſſit † ad chytropodam, atque † εἰς λάσα-
nigrum humorem excrevit quem ubi aſpe- νον.
juſſit abſportari, ac veniens ad me, paſſio-
n enarravit, rogavitque quidnam ſibi vellet
ſmodi excrementorum mutatio. Igitur ip-
cum noviſſem conſuetum eſſe ſecare ve-
n, atque multo jam exacto tempore non
m eſſe eo more, item eſſe calidum homi-
n, atque ad patiendum habilem, addens
oque heſternum iter, tum certo cognovi,
n ſudaviſſe & ſanguine per ſuperficies inter-
venarum atque aſſlato, ac deinde attracto
ventrem, directoque ad egerendum, ac tan-
n excreto per ſedem apparuiſſe ejuſmodi ex-
mentorum genus. Quam ob rem hinc ratio-
itus de vineis Urinis, ſubjunxi etiam hoc
oco, ut generentur ab eiſdem cauſis, in quo
rtet ſtudioſum fidem adhibere rationi. Et
ipſæ in ſanis corporibus & dicuntur, & ap-
ent. In iis vero, qui à febribus vehementi-
corripiuntur, Urina demonſtrat ſaniem
guinis abundare, atque putreſcere quoque
ri: & hac ratione mutari in ſpeciem bilis
æ., atque diffugiſſe ideas exactas colorum
uſque humoris uſque adeo, ut nihil pro-
remanſerit: vineum vero colorem, ita vo-
m, produxiſſe colorem ſanguinis tranſmu-
in bilem. Atque ratio de colore vineo hoc
o redditur.

Cap. XI.

De cauſis Urinarum paſſearum.

† κυανοῦν.

PAſſeus quoque † color longius à mediocritate manet, atque majorem alterationem adeptus eſt. Siquidem à bili flava mediocri ratione generata, mediocris Urina proficiſcitur. Quantum vero illa ab eo quod decens eſt, excеſſerit, tantùm quoque Urina mutari demonſtratur. Flava bilis nimirum ejuſmodi exaſſata, atque veluti * violacea effecta, adeo ut parvo quodam momento indigeat ad tranſeundum ad ideam humoris melancholici, ubi penetraverit venarum ſubſtantiam, † paſſeum colorem in Urinis oſtendit.

* ἰώδης, i. eruginoſa.

† κυανοῦν.

Cap. XII.

De cauſis Urinarum viridium.

* χλωρῶν.

URinarum * viridium ita vocatarum quæcunque ob liquefactionem pinguis generantur, hæ † clariores, atque ad oleaceum colorem vergentes producuntur. Fiunt autem ejuſmodi Urinæ à miſtione pinguis colliquati quod in oleaceum colorem mutatum eſt à circumveniente febre. Quæ vero ad nigredinem magis inclinant, * hæ adumbrata viriditate fulgent, ſed multitudinem † violaceæ, atque cæruleæ ſic appellatę bilis oſtendunt. Hæ enim qua-

† διαφανέστεραι magis tranſparentes.

* σκιωδῆ μὲν καὶ χλοεριζοντα, umbroſæ & vireſcentes.

† ἰώδους καὶ ἰσατώδους, i. eruginoſæ bilis, & ejus quæ glaſtum colore refert.

æ multum virides ſunt, parva quadam mu-
ione indigent, ut ad nigræ bilis ſpeciem
nſeant. Abhiſce namque nigri colores gene-
tur. Atque viridis color, ut dictum eſt, ſit
exceſſum * praviſſimæ bilis exauctæ quan- * αἰσχίστης.
te & qualitate, atque ad aliud bilis genus
n adductæ,

CAP. XIII.

De cauſis Urinarum † venetarum & lividarum. † φαιῶν.

URina * veneta atque livida, item etiam * φαιὰ.
nigra, & à frigiditate & ab humore nigro
nerantur, differentiaque qua mutuo diffe-
nt, oſtendunt quantitatem & qualitatem
morum ejuſmodi Urinas tingentium. † Si- † τὴν ἑνότητα δὲ τῷ ὁμοιοειδεῖ, *i. unitatem autem ſpeciei ſimilitudine.*
litudine vero ſpeciei arguunt unitatem illo-
m. Unius n. ſpiciei caloris communicant.
eque parvam differentiam inter ſe habent in
tenſione & remiſſione coloris. Quinetiam
que ſemper ab eiſdem cauſis omnes pro-
ctæ ſunt, ſed veluti diverſo modo. Quan-
quidem * veneta ob caliditatem non fit ejuſ- * φαιά.
odi neque livida quoque, ſed interdum
frigiditatem, interdum ob nigrum humo-
m. Sed livida ſuperavit venetam, qua fit ob
agas, interdum & lora incuſſa homini. Ni-
r vero Urinæ color, & ob frigiditatem val-
exauctam, & exceſſum caliditatis, & ob in-

fluxum humoris nigri, atque ob extremam mortificationem. Quæ, ni fallor, etſi in iis quæ de judiciis tranſacta ſunt, nunc tamen ſubjunxerimus cauſas, quæ eis congruere exiſtimantur. Igitur livida quæ ob plagas fit, oſtendit magnam ſanguinis mortificationem factam eſſe. Plagis enim diſtrahentibus, atque mortificantibus ſanguinem, ſanguis vero mortificatus ſubnigreſcere conſuevit, qui ſero tandem à virtute excretrice per ventrem pulſus, ſimul & per Urinaria vaſa oſtendit hujuſmodi Urinas, atque etiam excrementa. Interdum vero impetum exeundi capiens per alterum meatuum, alterum prætermiſit. Quod hac ratione capitur. Namque quæ Urina nequivit demonſtrare, hęc venter excernens oſtendit: veluti contra, quæ venter non potuit excernere, hæc ipſa demonſtrarunt Urinæ. Ut ipſe interdum ſpectavi Urinam albam atque tenuem, excrementa vero perquam bilioſa vidi. Quemadmodum alias alba excernente ventre, non paucam bilem adeſſe corpori Urina ſignificavit. Veruntamen cum hoc ipſum munus ſit judiciariæ facultatis, in illa relinquantur explicanda. Nunc vero quæ deinceps ſunt ſequendo dicamus. † Veneta igitur & livida & nigra, denunciant bilem nigram à qua tinguntur, teſtanturque frigiditatem non aliter quam caliditatem, præſertim in Urinis nigris. Frigiditate autem ſolere nigreſcere humores, quemadmodum immodi-

† Cæ.

cam

caliditate, diſcere eſt ex his. Frigiditas
n contrahendo ſpiſſat corpus, veluti aſſi-
videre licet in nubibus. Hæ enim quantum
itudinis admiſerint, eo nigriores ſpectan-
pelluceſcentia abeunte ob ſpiſſitudinem. † τοῦ δια-
netiam nihilo ſecius ob mortificationem φανοῦς.
ectam e frigiditate, ſolet nigreſcere Urina.
nim color proprius eſt mortuis corporibus
oniam vita opponi dicitur morti: omnino
n propria viventium, opponentur mortuo-
propriis. Atqui ſi ſubalbida, atque ſubruffa
reddantur, quænam reddi poſſint magis
pria jam mortificatis, quam nigra quę ſor-
ſunt colorem hunc omnium * extremum *αἴσχιστον.
ditas quinetiam ſolet nigre facere, Urinam
lando, & adurendo materiam contentam
enis. Quemadmodum etiam in carbonibus
nctis apparet. Hi enim † ab ignis caliditate † ὑπερβολῆς
efiunt, ſuſcipientes illam in humiditate, πυρός.
in eis ineſt. Singulis enim diebus ſpectare
s homines quorum extremæ partes li-
e atque nigræ effectę ſunt ab exceſſu fri-
tatis. Quin & ulcera quædam prava,
n Anthraces appellata, quæ vergunt ad
um colorem ob immodeſtiam caliditatis.
nimirum memini vidiſſe Urinam ni-
n, cum frequens eſſem in loco, ubi me- * περὶ τὸ
verſantur. Venit quidam matulam ferens, ἰατρεῖον τα-
qua Urina † veneta & ſubtenuis ſpecta- μίζων.
r. Veruntamen is ubi Urinam feciſſet, † φαιά.

 nequivit

nequivit venire erectus, ſed venit valde incurvatus, nam ſenſerat circa renes vehementes dolores. Retulit quoque priuſquam inciſa ei fuiſſet vena, mediocriter doluiſſe ex renibus, atque ſatis ſanguinis fluxiſſe. Poſtea vero dolores vehementer exauctos, ita ut prave affecerint hominem. Erat autem tum hybernum tempus, atque fortuna quadam pluſquam decebat frigidum. Igitur hæc videns & audiens, conſideravi immodicam quandam frigiditatem in cauſa eſſe, dixique opus eſſe, ut calidioribus uteretur. Vos autem decet ejuſmodi res contemplari, atque diſcere eniti, quod frigiditatis exceſſus ſæpenumero Urinas ejuſmodi repræſentet. Sed oratio de cauſis colorum, tum quia ſatis, ut arbitror, tractata eſt, hic finiatur: tum etiam quia aliæ quæſtiones in hiſce quæ de cauſis Urinarum diſputantur, pertractandæ, orationem ad ſe trahunt. Redditio igitur cauſarum in iis quæ particularia ſunt, longa, ut arbitror, oratione indigebit: neque eam valde certam adipiſcetur, ob id quod particularia nulla menſura, numeroque nullo definita eſſe compertum eſt. Quinetiam iis qui univerſalibus quibuſdam definitionibus, quo ad fieri poteſt, determinaverunt generalia, atque reddidere illorum cauſas, ſupervacaneum eſſe videtur, ſi iterum interrogaverint particularia, quæ in univerſalibus definitionibus compræhenduntur. Præter hæc

con-

venit ut facta diſputatione de conſiſtentia
inarum reddantur cauſæ, quæ illarum eſſe
ſtimantur. Cum igitur duę ſint qualitates
væ & effectivæ, duę item paſſivæ, ac ha-
n quælibet ſit aut dominans, aut victa, om-
concoctio, & cruditas gignitur, in quibus
cies conſiſtentiarum conſiſtunt. Concoctio
m (ut ait Philoſophus) eſt perfectio à cali-
naturali & genuino facta, ex paſſivis oppo-
s. Hęc autem ſunt propria in unaquaque
teria. Cum enim ipſa concocta fuerit, tum
fecta eſt, & extitit, atque principium per-
tionis à caliditate naturali jactum eſt. Quam-
etiam ab aliquo externo auxilium ad per-
endum præſtetur. Finis verò ad propriam
quam, atque definitam ſpeciem tranſigitur.
uditas autem accidit ob horum ipſorum
ntraria, ſcilicet quia materia non regitur à
ore naturali, aut ob ejus pravitatem, aut
ceſſum, aut ob aliquam intemperaturam,
æ occupavit naturalem caliditatem. Atque
t de hac re ſummatim dicam) concoctio eſt
aliditate naturali cujusvis materiæ in ſpeciem
finitam, propriam concoquenti mutatio.
amque cum materia fuerit mediocris, eique
turalis caliditas fuerit dominata, tum conco-
o fit ſecundum ipſius rationem. Atque ex-
ementorum excretiones capiunt ſubſtantiam
undum proportionem expetitam.

Cap. XIV.

De cauſa conſiſtentiarum Urinarum.

URinæ conſiſtentia mediocris apparens, etiam concoctionem exacte factam oſtendit. Atque quantum illa à mediocritate diſtiterit, tantum quoque concoctionem à perfectione aberraviſſe, atque quovis modo excidiſſe, demonſtrat. Quoniam vero Urinæ tenuęs atque craſſæ, & quæcunque mediocrem ſubſtantiam effugiſſe videntur, ut diverſam aliquam ſubſtantiam adeptæ ſunt, ita arguunt naturæ ipſius incoctionem: decens eſſe probatur ut cauſę earum reddantur, ut congruere putantur. Igitur quia naturalis calor dominando cibo & potui atque humoribus internis, ſuapte natura concoctiones, ut decet, effecit. Sin vero acciderit aberrare aliquo pacto, cruditas in hiſce aderit, ut jam dictum eſt. Atque tenues Urinæ apparentes demonſtrant caliditatem naturalem excidiſſe ab eo quod convenit: aut quia ſuperata eſt ab aliqua potente frigiditate: aut quia extranea & corruptrix caliditas aliqua occaſione præcedens, occupat caliditatem naturalem, ita ut hæc obſcuretur, atque ab actione propria prohibeatur. Id autem ita ſe habere videre licet † in cibis qui elixantur. Namque minus elixantur ab igne illa quæ contigit elixari ſub ſole vehementer radiante, quàm quæ in umbroſo, & ſole minus illuſtrato loco.

† ἐπὶ τῶν ἑψομένων.

Velnti

eluti quoque quæ contigit ſub aëre maxime igido elixari, minus elixantur, quam quæ in ;re tepido elixantur. Illic enim ſolis calor ca-rem ignis attrahens, hic vero vehementis fri-oris vis caliditati ignis repugnans, efficiunt ut ninus in iis coquenda elixentur, quam quæ on in ejuſmodi locis elixantur, tanquam ni-il impedimento eſſe contingat. Quamobrem inc accidit ut obſonia minus cocta ſint. Quin-tiam quæ ſub divo æſtuante aut frigido elixan-ur, ea incocta ſunt eo tempore, quo cocta ſunt a, quæ in umbroſa & calidiore domo elixan-ur. Idem etiam diſcere licet in lucernis. Nam-que ubi lucernæ minori majorem admoveris, um minor ab exceſſu majoris langueſcet, ſi non etiam extinguatur. Atque hic ſola quan-titate variata lumina idipſum patiuntur: illic vero etiam differentia qualitatis, quæ in eodem eſt genere. Quamobrem oportet virum pru-dentem intelligere compoſitionem ex utriſque differentiis, idque quærere pari ratione iis quæ fiunt in erroribus concoctionis. Nam quan-tum concoctrix & alteratrix vis ab aliqua qua-litatum activarum prædictarum paſſa fuerit, tantum conſiſtentiæ mediocritatem effugerint verſus tenuiorem conſiſtentiam. Idq; maxime accidere videtur, ubi intemperaturæ ſimplices fuerint intenſiores. Ubi vero vis concoctrix non per ſe patiatur, aut ab aliqua intemperatu-ra, ſed ab aliquo * exceſſu materiæ, tunc potius

* ἐξ ἐπικρα-τείας.

Urinæ

Urinę craſſiores apparebunt. Decet quinetiam, ut ſi tractu temporis naturalis calor langueſcat, aut contra materia ipſa excreſcat, Urinæ diverſæ & craſſæ ſpectentur. Et cum natura concoquere aggrediatur materiam, quam nondum omnem perdomuerit, Urinam de tenui in craſſam mutari oſtendit. Quin cum vel à frigiditate dominante, vel ab externa caliditate impeditam, minus aſſequatur ut faciat officium ſuum, quatenus ipſa ſuperare non potens aggreditur concoctionem, Urina tenuis profluit, atque naturalis caliditatis magna debilitas adeſſe demonſtratur. Ad hæc, cum natura cœperit materiæ dominari, ipſam * habilem ad terminandum efficiens, quatenus minuit illius malitiam, ac materiæ reliquum † excitatur, atque craſſeſcit mediocre quoddam capiens momentum eundi ad bonum, tum concoctionis principium indicatur. Namque cum à principio Urinæ apparuerint tenues, idque non ob aliquam nudam intemperaturam, nunquam ad mediocritatem fieri poterit mutatio, ſi prius in eis non ingenita fuerit craſſitudo. Illæ enim Urinę veluti & experientia & ratio demonſtravit, arguunt magnam virtutis debilitatem, atque eo potius quo cum coloribus pejoribus inſpectantur. Craſſæ vero indicant pugnam quandam naturæ, atque certamen veluti nitentis, ut dominetur materiæ, atque jamjam, forte dominantis, ſi non appa-

ruerint

* *εὐόριστον, terminari & definiri facilem.*

† *ἀναταράττεται, quam vocem ſuperius expoſuimus.*

rint in Urinis ſubſtantiæ vehementer craſſę.
c enim par eſt, à materia tanta ſubactam na-
am ſuccubuiſſe. At vero quod poſſunt quid-
m opponendo dicere: namque ſi tenuia ex-
mæ cruditatis ſunt, mediocria vero optimæ
coctionis, oportebat ſubtenuia ſed non craſ-
pparere ſigna naturæ incumbentis conco-
oni. Quibus reſpondendum eſt ut decet,
que explicandæ ſunt quæ exiſtimantur eſſe
arum Urinæ ſubſtantiarum. Igitur cum ho-
inum qui à morbis correpti ſunt, alii ob in-
mperaturam ſimplicem aliquam auctam pa-
antur, alii ob abundantiam alicujus materiæ,
ui ob intemperaturam ægrotant ut dictum
m eſt, ab iis potius tenues Urinæ profluunt.
ui vero ob aliquam materiam plus juſto au-
am dolent, ab iis in initiis ægritudinem fre-
uentius Urinę tenues minguntur, quæ pro-
edente tempore craſſeſcunt. Interdum etiam
b initio uniuſcujuſque craſſę inſpiciuntur. De
uarum unaquaque referendum eſt quod de-
et. Igitur eorum qui ob nudam quamcunque
ntemperaturam ægrotant, Urinæ, perquam
enues apparent, minus vero tenues ſpectan-
ur pugnante etiam natura: ſicuti mediocres
roveniunt, cum dominata fuerit. Namque
orum ipſorum primum accidit ob extremam
aturæ ſolutionem nequeuntis aſſurgere eo,
t officium ſuum efficeret, ita ut Urinæ mate-
ia prorſus * inelaborata relinquatur. Alterum *inconfecta.*
vero

† *ἀνίρρωσιν, confirmationem.*

vero ob parvam ipſius † reſtaurationem, qui jam aggreditur. Tertium quoque ob dominatum nullo aliunde impediente. Teſtabuntur hanc rationem etiam colorum mutationes. Atque ob ejuſmodi cauſas apparent Urinæ tenues, & ſubtenues eorum, qui ab aliqua nuda intemperatura correpti fuerint. In eis vero qui minus ſane habent ob aliquos humores, qui excesserunt, etiam diutius Urinæ apparent, nondum aggrediente natura, perinde ac ſi adhuc eſſet morbus crudus. Atque quantum Urina fuerit tenuis, tantum cruditas adeſſe exiſtimatur. Cum igitur tanta fuerit materiæ cruditas, nihil ea ratione paratur ad excretionem, virtute retentrice materiam ipſam quoque continente, atque virtute naturali pro viribus nitente concoctionem imponere. Ergo cum hoc ita habeat, atque neque natura queat concoquere materiam, neque cibus ac potus foris ſuppeditati, menſuris concoctionis expenduntur, naturali virtute intenta ad majora: ſit ut ob hoc tenuis Urina, non craſſa ob illud appareat. Veruntamen ubi natura vincit materiam, tum cruda concoquuntur: præſertim ſi per ventrem ac Urinam ſecedere debeant, tum Urinæ demonſtrantur habere craſſitudinem non mediocrem. Convulſa namque materia ſuperflua, ad exitum dominante quodammodo concoctrice virtute, etiam Urinæ demonſtrantur craſſæ. Quare plerique ab hoc ſigno conjectantes

antes excrementorum impetum eundi de-
um, auſi ſunt prædicere futuras eſſe ventris
retiones non paucas. Sed cum idipſum ſit
facultatis prognoſticæ, par eſt ut ſervetur
uſque illuc ventum ſit. Nos vero ab iis quæ
nobis evidentia, ſubjunxerimus etiam hoc
ropoſitæ rei confirmationem. Namque
ſuevere in ſuperficie hujus corporis tumo-
quidam varii generari. Quorum alii non-
quam quicquam puris, aut puri ſimilem
iditatem continent, ita ut quoties ipſos diſ-
ris, carnem inveneris extraneam. Alii ve-
trahentes ad ſe cunctam materiam, tractu
oris concoquunt, atque alterant in puris
em. Deinde ſive caſu, ſive arte ſuperflui-
puris evacuaverint, ad id quod ſecundum
ram eſt, revertuntur. Sed tum tumores
ſi in initio diſcideris, quoniam morbus
c crudus eſt, nihil humiditatis hauſeris,
er ſanguinem natura congruentem mem-
Sed ſi in initio concoctionis eos ſecueris,
xeris pus ſubcruentum. At ſi * in ipſa ve- ἐν ταῖς
ntia ſervaveris tumorem integrum, ac ἀκμαῖς.
de jam protracta concoctione diviſeris,
eris pus ſyncerum, atque concoctum
. Hæc ſunt conferenda à te cum Uri-
vir optime. Nam in illis crudo etiam
nte morbo, nihil in Urinis, cæteriſque
tionibus emittitur, ſed parvum quod-
ejicitur, morbo incipiente invaleſcere.

Cum vero vehementia jam affuerit, concoctio
tum perfecta materiæ gignitur, ac Urinæ craſſ
ſitudinem capiunt, materia deorſum verſu
deſcendente. Urinæ enim craſſæ, ſemper fuer
ſigna humorum quorumcunque aliquo pacti
implentium ventrem, & inteſtina, atque he
patis partes cavas. Veruntamen quando hæ
ſignificent ventris excretionem, & quand
non ſignificent, explicabitur in iis quæ de pr
videntia. Et ut omnia uno verbo dicam, ſic h
beto. Urinæ tenuiſſimæ, extremam quanda
debilitatem naturæ, atque cruditatem arguu
* ob defectum caloris nativi. Craſſæ vero fact
atque ejuſmodi manentes † vel etiam conſtit
tæ, oſtendunt primo calorem genuinum co
coctioni incumbere, deinde dominari quoda
modo, veruntamen nondum eo perveniſſe
integre concoxerit, ſive à quantitate, vel q
litate humorum, ſive à propria laxitate l
gueſcentem & obſcuratum. At vero quoni
dictum eſt Urinas tenues apparere ob obſt
ctionem, referendæ etiam in iis quæ te
tatis cauſæ exiſtimantur. Ergo cum vel c
renes, atque reliqua vaſa Urinaria, vel c
aliquas particulas potentes coërcere, ut U
næ mediocres exeant, obſtructio aliqua
parva gignitur ab aliqua affectione, tum U
na † per anguſtias, veluti per defecator
colata perquam tenuis exit. Neque mi

vi

* ἐπὶ μείζοσι πλημμελήμασι τῆς ἐμφύτου θερμότητος, *ob majora peccata inſiti caloris.*

† ἢ καὶ καθεστώμενα, *quã vocem ſuperius expoſuimus.*

† τῇ στενοχωρίᾳ διυλιζόμενα τὰ οὖρα ὡς διὰ τρυγοίπου. *Eſt autem* τρυγοίπος, *vas vimineum quod ſupponitur torculari.*

-deri poterit, quod ſpectare eſt in iis, quæ ſin-
-lis diebus factitantur. Quidam enim cum vi-
-m limoſum & craſſum ſentiunt, illud * de- * τρυγίπτω.
-atorio ſæpenumero colant, atque decenter
-enuant colaturis auferendo craſſitudinem,
-ut pellucidiſſimum vinum efficiant. Simile
-ri in Urinis colligere oportet. Quamobrem
- acciderit, ut ob aliquam obſtructionem
-ina tenuis appareat, tum quis cauſari potius
-uerit, meatus obſtructos eſſe, quam virtu-
-concoctricis debilitatem. Sed de concoctio-
-& † incoctione atque materiæ cruditate, ſuf- † ἀπεψία.
-ens jam facta diſputatio hoc pacto maneat.
-que ab hiſce diſcat unuſquiſque hiſce ſtu-
- incumbens, quod Urinarum ſubſtantia-
-n aliæ ſequuntur concoctiones humorum,
- incoctiones, aliæ quoque cruditates. Mox
- par eſt diſputare de cauſis contentorum
-Urinis.

CAP. XV.

De cauſa contentorum alborum.

QUemadmodum concoctionis & * inco- * ἀπεψία.
-ctionis quæ in ventre, & cavis hepatis,
-e vicinis, inſignibuſque vaſis fit, conſiſten-
-Urinarum potiſſimum ſigna extitere: ita
-que concoctionis, quæ in genere venarum
-citur, putare oportet contenta ſigna eſſe.
-mobrem dicendum eſt primo de hiſce,

atque de coloribus, qui una cum contentis ap-
parent, atque quæ cauſa exiſtimetur eorum
eſſe. Deinde de ſubſtantiis contentorum, atq
locali tranſmutatione, deque reliquis quæ cu
que in eis ſuſpiciuntur: Contenta igitur medi
criter alba & lævia, & æquabilia teſtantur
nam virtutem eſſe in tertia concoctione. Nam
* περιήθημα. que ſicuti in ſanguine perfecte concocto * c
lamentum apparet ſubruffum, atque ſubſt
vum, cui opus fuit humore colorante, ita op
tet conſiderare quoque in ipſa concoctio
quæ in genere venarum agitur. Siquidem ſa
† τροφῆς χυλοποιηθείσης. guis nondum perfectus generatur † cibo ſuc
ficato in ventre, diſtributo atque in hep
concavitatibus alterato. Sed ubi idem pure
teratus, ac perfectus fuerit in genere venar
Atque ratione compertum eſt, hic atqu
concoctione quæ in venis, excrementum
inutilem ſubſtantiam Urinam eſſe: illic v
& in concoctione quæ in ventre & inteſti
ſuperfluitatem eſſe excrementa, ac utraqu
gna eſſe. Quin & ut pus à mediocri concoc
ne hoc conſequitur ut exquiſite album ſit
ratione compertum eſt, ſanguinem ad all
colorem verti, cum de colore ſuo tranſm
tur legibus naturæ alteratus atque tranſve
Fidem etiam faciunt humores, tum lac,
ſemen: quippe quæ de ſanguine mutant
album colorem. Ergo & contenta in U
ſimilem rationem ſervantia, ſigna ſunt

co

ncoctionis. Demonſtratum enim eſt, hæc excrementa eſſe ſanguinis exacte concocti venis. Quod enim non mutatum eſt in meliorem mutationem, atque alterationem, id in hanc ſpeciem, † ut mutatum ſit, mutatur à virtute naturali vincente. Ob hæc igitur contenta alba recte eſſe videntur, & appellantur. Veruntamen non intenſam habent albedinem, eo quod neque modo puris mutantur. Si enim ſubſtantiam puris ſuſcepiſſent, etiam ejuſmodi albo redderetur colori ſecundum naturam. Quæ vero intenduntur in albedinem, hæc potius ſoboles humorum pituitoſorum eſſe probantur, aut ſanguinis imperfecti mutati in ſimilitudinem puris à potentia virtutis alteratricis.

† ὥσπερ ἐκτραπὲν, *i. ut id quidem effugerat optimam illam mutationem in alimentum.*

CAP. XVI.

De cauſis ſubpallidorum & pallidorum ac bilioſorum contentorum in Urinis

In quibuſcunque Urinarum contentis, ſubpallidus & pallidus atque bilioſus color apparuerit, in iis ob ejuſmodi cauſam inſpectari oportet. Quando aliquis ejuſmodi humor abundaverit, aut cum ſanguis ipſe corrumpitur in bilioſam, & alienam qualitatem: aut cum nimia ſit ciborum ſumptio, maxime qualitatem eam gignentium: aut cum ejuſmodi humores intrinſecus excreverint: aut cum alia quævis ſimilis affectio, & victus ratio habita fuit, quæ efficere ſoleat paria prædictis,

non autem facile potuerit natura expellere omnem ſpeciem humorum ejuſmodi: * aut tempore longo laborans, aut à multitudine vi[illegible]ta, fit ut ejuſmodi humor bilioſus in terti[illegible] concoctione redundet. Idemque miſtus ſan[illegible]guini, atque redundans in genere venarum, atque quoad fieri potuit, inde abjectus per con[illegible]tenta in Urinis, † præſtantem in venis humo[illegible]rum qualitatem oſtendit. Namque à rebus ex[illegible]cretis expenduntur quæ præſumpta ſunt, Ita[illegible]que naturæ inſpectorem oportet per omn[illegible] colores, conſiſtentias, & contenta diſcurren[illegible]tem, & ſigillatim expendentem quæ in his ſun[illegible] ac analogias & proportiones exponentem [illegible] pronunciare, atque ita quiſpiam faciens, paru[illegible] ab eo, quod rectum eſt, aberrarit.

* ἤτοι τῷ χρόνῳ καμοῦσα.

† ἐπικρατοῦσαν.

CAP. XVII.

De cauſis contentorum ſubrubeorum, & rubeorum, atque cruentorum.

DE ſubrubeis rubeiſque, atque * cruen[illegible] contentis ea referre ſatis fuerit: quę qu[illegible] definita non ſint, ab ipſo ſenſu diſcere lic[illegible] Namque ubi humor ſanguineus fuerit prom[illegible]tus ad concoctionem meliorem, quod tanqu[illegible] non aſſumendum viſum eſſet, non addept[illegible] fuerit per mutationem ſecundum naturam q[illegible] vinci non poſſit, aut ob multitudinem exced[illegible]

* ὑφαίμων.

m mediocritatem, aut quia virtus contentrix uæ illic eſt, debilitata eſt uſque adeo, ut etiam ptimos humores abire ſinat, tum contenta uſmodi producuntur. Quandoquidem ſi vir- ıs illic ſuperior fuerit, perquam facile omnia terarentur, atque mutarentur. Sicuti contra quicquam illa paſſa fuerit, etiam contenta ectantur averſa ab eo quod ſanum eſt.

Cap. XVIII.

De cauſis contentorum † fuſcorum & lividorum atque nigrorum. †ὀρφνωδῶν.

FUſca in Urinis contenta, & livida, & nigra inſpectantur, aut ob mortificationem vita- virtutis (nam in hanc ſpeciem mutatur mor- ficatus humor) aut ob humorem nigrum, qui luc ab aliquo loco cucurrit, vel illic genitus t, deinde ut Urinis ſubſideret, profluxit. aut b ſanguinem mutatum mortificatumque, at- ue cum Urinis commixtum. Quandoquidem bi cum ſanguine ſimul diſtribuitur humor is aelancholicus, eo quod excretrix virtus de- lis eſt, etiam uſque ad tertiam concoctionem it. Inde vero expulſus à reſidua etiam ani- nali virtute, idem miſtus cum contentis, ipſa olorat: ita ut ſi mediocris fuerit, reddet * fuſ- * φαιά. os, atque lividos colores: nigros vero efficiet, qualitate & multitudine exceſſerit. Atque

 hoc

hoc pacto melancholicus humor redundat, & pro ejuſmodi cauſa extraductus apparet. Quinetiam accidit, ut interdum contenta videantur nigra, cum ſanguis exiſtit melancholicus, aut eo quod à cibo ejuſmodi ſuccum gignente fit, aut quod bilis, aut ſanguis, in hujuſmodi humorem tempore mutatus ſit, aut ob aliam quæcunque cauſam. Namque ratione & uſu idipſum compræhenſum eſt. Aſſumitur enim à natura omnis ſanguis qui purus eſt in tertia concoctione: qui vero mutatus fuerit in bilem nigram, hic ſeparatur à virtute excretrice. Sed Sed tamen id orationi huic addatur. Nam ubi ſanguis mortificatus atque verſus fuerit in colorem nigrum, aut * ob tormenta, & ſcuticas homini incuſſas, aut ob virtutis † remiſſionem, ac mortificationem, tum hunc ipſum natura tanquam ſuperfluum illinc * derivat, atque tum Urina ejuſmodi excretis contentis abundat. At oratio de cauſis colorum, quos in contentis eſſe contingit, hoc pacto finiatur, dictis à nobis quæ ſint neceſſaria. De quantitate vero contentorum docere jam par eſſe videtur: deinde de cæteris iis quæ ſuper ipſis quæruntur.

* διὰ βασάνους.
† πάρεσιν.
* ἐξοχετεύει.

Cap. XIX.

De cauſis quantitatis, ac ſubſtantia contentorum.

MUlta contenta Urinarum, ut multum nutrimentum corpori diſtribui, ita robur quod-

† τὰ τοίνυν πλείω τῶν συμμέτρων κατὰ τὸ ποσὸν παρυφιστάμενα. *Majora quantitate quam pro mediocritate paryphiſtamena.*

uoddam alteratrici virtuti adeſſe ſignificant. um enim materia deerit ac naturæ robur afferit, non tum efficit abundantem nutritio-em. Quod ſi ſemper materiam agglutinarit, que aſſimilarit, ſemper quoque ejuſmodi nſumptionem ſequetur excrementorum ultitudo non parva. Non enim par eſſe mpertum eſt, ut in quacunque diſtribu-one nutrimenti, quæ corpori fit non etiam crementum aliquod ſeparetur. Quamo-em cum multum alimenti natura elabora-, multa quoque excrementa adeſſe neceſ-eſt. In quo nec illud ignorare oportet. amque alteratrice concoctriceque virtute ſa ab alia quavis cauſa obſcurata, plurima ex-ementa feruntur. Veruntamen hæc ad craſſi-didem vergunt, dum concoctionem exactam ugiunt. De quibus paulo inferius, ubi de ntentorum conſiſtentia tractabimus. Nunc ro de paucitate contentorum dicendum eſt. tque hæc pauca contenta explicatum eſt, od ob inediam & exercitia, atque obſtru-iones, & concoctiones tardas generantur. Er-virtute nutritiva potente, & materia abun-nte, hujus meliora aſſumuntur, pejora vero pelluntur, quæ excrementa ſunt, etſi hæc am aſſumantur. Quando vero conveniens & ra nutritio ex toto defecerit, etiam conten-in Urinis ratione eadem, quantitate minuun-r. In iis vero qui multum ſeſe excercent, etſi

nutrimentum multum adſit, contenta tamen minora in Urinis apparent, eo quod in ejuſmodi corporibus excrementa conficiuntur & tenuantur, atque per occultas tranſpirationes abeunt, ita ut paucum quiddam relinquatur arctatum in exitu, atque cum Urina deſcendens: neque mirum eſſe poterit, ſi contenta pauca ſpectentur, meatibus obſtructis, atque craſſo per anguſtias, quas fecit, ſola ſubtilia tranſire ſinente. atque hoc in loco oratio de quantitate contorum ſiſtat curſum. Poſthac dicendum eſt de conſiſtentia, hoc eſt, quam ob cauſam tenuia vel craſſa contenta ſpectentur. Hoc enim pacto reddita ubi fuerit ratio, ſervatus erit ordo ut propoſitum erat. Igitur contenta tenuia, cum pura fuerint, ac non facile * aſſurgentia cum matula commota ſit, ſignificat magnam quandam debilitatem naturæ in tertia concoctione adeſſe. Si enim hæc firma eſſet fortaſſe gigneret in ea concoctione mediocrem ſubſtantiam At vero nunc quemadmodum circa primam & ſecundam concoctionem peccari contingit (illic enim tenuia, & ſubhumida fiunt excrementa: hic vero albæ atque aqueæ Urinæ) ita in tertia concoctione peccari ſolet: Contenta enim tenuia † ac indefinita, minuſque domita à calore genuino manent. Quinetiam quæ apparent tenuia ob crudum humorem tenuatum, veluti in iis, quæ de judiciis Urinarum ſcripta ſunt, ſuperius diximus, ea ab robo-rat

* *μετεωριζόμενα.*

† *οὐκ εὐόριστα, quæ non facile adipiſcuntur terminum, & debitam conſiſtentiam.*

ata jam genuina caliditate fiunt, attenuante
c diſſipante omnem craſſitudinem materiæ,
quæ venis inhæſit ob humorum cruditatem.
imilia hiſce ſingulis diebus * in his quæ in aëre * ἐπὶ τῶν με-
iunt, demonſtrantur. Quandoquidem in illis τεωρολογου-
plis calore eminente, omnis craſſitudo corpo- μένων.
is nubium attenuatur, atque in aërem con-
erſa diſſipatur, ut eodem calore ſuperato co-
untur nubes, atque craſſeſcunt. Ad hæc † ob † πολλῆ
nultam conſtrictionem nigreſcunt, ita ut * hor- συμπιλήσει.
idum etiam inſultum terrenis minitentur. Hoc * χείρω
tem exemplum ſatis eſſe poterit in craſſis con- ἔφοδον.
entis Urinarum oſtendendis. Namque ge-
uino calore debilitato, non etiam facile hinc
umores & domari, & attenuari poſſunt. Nam-
que caloris ipſius in humoribus proprium eſt,
enues & veluti * indefinitos humores cogere, ἀορίστους.
& definitos reddere concoctione: crudos vero
& craſſos attenuare & concoquere. Atque craſſi-
tudinem accidit in contentis inſpectari. Quæ-
cunque enim eorum quæ ad nutriendum aſſu-
muntur, non evicta concoctione ob aliquam im-
pedientem cauſam, eadem aut tenuia apparent,
aut craſſitudinem habentia ſunt, utraque diffu-
gientia mediocritatem concoctionis. Quę vero
contenta videntur craſſitudinem habere natura,
ratione criſis excrementa expellente, id ob vir-
tutis excretricis robur potius fit, quæ mala &
inutilia expellit, cum præſertim illuc impetu fe-
rantur. Quinetiam contenta quæ videntur eſſe
craſſa

craſſa ob ejectionem puris, oratio quæ de judiciis acta eſt, docuit. Cauſam vero reddet oratio de concoctione. Quandoquidem quæ exacte concocta eſſe apparent ea mediocrem ſecundum genus conſiſtentiam capiunt, quæ vero aberraverint ab exacta concoctione, illa demonſtrantur aut tenuiora, aut craſſiora. Hinc etiam cenſendum de pus efficientibus. Namque pus mediocre eſſe videtur, quod genitum eſt concoctione vincente, idemque craſſius quibuſvis contentis ſpectatur, tenuius vero ſanguine ſpiſſo. Sed de pure rationem aliis in locis diſcere poteris. Quare hic relinquatur, ubi non adeo oportunum eſt ut tractetur. Nos vero cum de ſubſtantia contentorum, quæ in Urinis apparent, diſputarimus: decet ut etiam de hypoſtaſi orobea, furfurea, laminea, atque ſimilacea doceamus.

CAP. XX.

De cauſis hypoſtaſium orobearum, furfurearum, laminearum, & ſimilacearum.

QUa ſpecie ſint ejuſmodi hypoſtaſes, dictum eſt in tractatu de differentiis Urinarum, & quid ſibi velint, in iis quæ de judiciis, ſcriptum eſt. Nunc vero ipſarum cauſas explicemus, atque orationem abſolvamus. Igitur cum febris ad carnem uſque proceſſerit, ita ut eam & jungat, & liquefaciat jam antea conſumpto pingui, tum in fundo matulæ ſubſidet quan-

quantum de ſubſtantia carnis depaſtum eſt. Non enim in eo fundo † ſublimatur, neque erat ejuſmodi combuſtum ita facile, quemadmodum fieri ſolet in contentis quæ ſpecie ſimilia ſunt huic, ſed ſemper fundo hæret, naturali quadam gravitate jacens. Atque quod hoc pacto febris pervenit ad partem corporis * informem, atque craſſam, etiam hypoſtaſin ejuſmodi reddidit. Quinetiam in hypoſtaſi furfurea quædam figura ſervatur contentis, à qua etiam nomen deductum eſt. Namque poſtquam vis febris attigit duras corporis partes, ejuſmodi furfures apparent, veluti fruſtula quædam abſtracta à corpore præ duricie renitente. Siquidem eorum quæ ab igne ſolvuntur, alia liquefaciendo ſolvuntur, alia frangendo & ſcindendo, veluti ea quæ obtinuerunt ſubſtantiam duram ac rigidam. Atque quo corpora duriora fuerint, eo fruſta majora evadunt. Quippe quod ignis impetui primo reſiſtunt, deinde cedentia vincuntur magis, quam quæ humidam ſubſtantiam ſortita ſunt. Quemadmodum ſingulis diebus videre licet in ſingulis † rigidis, atque lapidibus. Diſſultant enim non parva fruſta, ab hiſce, cum aduruntur: quæ vero ſolvuntur liquefactione, hæc comparantur ſevo & ceræ, atque ſimilibus. Quamobrem & adeps & caro hiſce ſimilis eſt. Ob hanc rationem quo febris magis attigerit ſolidiora corpora, eo majora & evidentiora fruſtula abſciſſa videbuntur.

Idem

† μετεωρίζεται.

* ἀδιαπλάστου.

† *τῶν κραυρῶν, quid ſit κραυρά, lege Ariſt. 4 Meteor.*

Idem etiam diſcere licet ab hypoſtaſi * laminea, † & ſimilacea, quæ ſunt fruſtula partium ſolidarum à febre hectica incenſarum. Atqui quemadmodum à mediocri, & naturali calore fingitur atque perficitur unaquæque harum, ita ab extraneo calore, ac immodica febre diſſipatur diſſolviturque: & conſumptionis corporum febris eſt cauſa penetrans uſque ad profunditatem, ſed quod appareant fruſtulorum ſpecies quædam diverſæ, à liquefacta materia ſuborta eſt differentia. Quamobrem habes etiam rationem hypoſtaſis furfureæ & lamineæ, atque ſimilaceæ ſufficientem iis qui ſufficienti pollent ingenio. Veruntamen non ignorare oportet interdum humorum crudorum * ſpiſſatorum effigiem quandam apparere, vergentem ad ſpecies ſimiles prædictarum hypoſtaſium. Quemadmodum accidere ſolet in iis quæ coquuntur in ſartagine. Hæc enim dum aſſantur, † arctantur, atque quo magis uſtulantur, eo pejora rediguntur. Similia his conſiderare oportet, & hoc pacto ſe habere in Urinis, atque conjectandum, quo minora fuerint fruſtula, eo * imminentiorem febrem eſſe. Quinetiam interdum in contentis Urinarum eorum, quos abſque febre contigit eſſe, ejuſmodi ſoboles † male elaborati alicujus humoris apparent, quæ tractu temporis * declinant, atque diſſolvuntur, ac veluti capilli interdum in Urinis ſpectantur. Quorum judicia ſuo in loco declaravimus.

* πεταλώδη, *i. folio ſimil.*

† κριμνώδη.

* συμπηχθέντων, *conſtipatorum.*

† συνίσταται, *coguntur.*

* ἐπικρατέστερον, *fortiorem.*

† δυσκατεργάστου, *diffinitis ad elaborandum.*

* καταφορα κινοῦνται, *deorſum tendentia diſſolvuntur.*

Cap. XXI.

CAP. XXI.

De cauſis contentorum miſtorum, vel diſſimilarium.

NUnc vero par eſt ut cauſas contentorum diſſimilarium ſubjungamus, fortaſſe non inutiles iis qui hiſce ſtudiis operam navant. Siquidem ubi humores aliqui relinquantur per aliquos meatus, neque fuerint diſſoluti aut attenuati, neque quoque cito per Urinas expulſi, ſed tractu temporis in meatibus moram fecerint, ſpiſſitudinem, oſſiſque naturam ſuſceperint, ab aliqua caliditate in ejuſmodi ſpecies tranſmutantur, ita ut neque oſſa perfecte ſint, neque humores exacte conſiſtant, ſed potius ſunt humores ad oſſis naturam vergentes. Reliqua igitur, quæ ſimilia ſunt ramentis atque furfuribus, & quodcunque aliud dicere volueris ſimilitudinem faciens, poſſent conſiſtere etiam per reliquas corporis partes. Quæ vero ſimilia ſunt capillis, in iis vaſis quæ è renibus ad veſicam deſcendunt, generantur. Atque quanta eſt longitudo vaſorum internorum, tanta generatur humoris * ſpiſſitudo & aſſatio, atque illa veluti capilli ſimiliter extenduntur. Proinde cum ſæpius hæc ſpectaverim in aliquorum Urinis, ne quicquam aberravi à judicio & prævidentia, dicens illos male habere ex renibus. Et illi veluti convicti confeſſi ſunt paſſionem: atque confidentes, curationem mihi crediderunt. Sed tamen hoc ſpectat ad aliam diſputationis partem.

* σύμπηξις, compactio, conſtipatio.

partem. Nos vero quoniam propoſuimus reddere cauſas uniuſcujusque eorum quæ apparent in Urinis, ſit hactenus fecimus. Nam in unoquoque colorum cauſas aſſignavimus, & quæ ſunt in conſiſtentia: item quæ in contentorum coloribus, & quantitate & conſiſtentiis. Verum quod oratio videtur habuiſſe * modum decentem, hoc in loco eam terminemus, ne videamur legentibus præter modum protuliſſe ſermonem. Quandoquidem paucis verbis ſi quis velit ſententias multas claudere, id tam brevitatis, quam ſtudii † frugalis munus eſſe probabitur. Volentis vero dicta repetere atque egredi uſque ad contra poſitiones, & inanes contentiones fortaſſe hominis ingenioſi putabitur. Sed minus congruerit viris ſtudioſis, atque paucis ſenſus multos componere nitentibus. Sed de his hoc in loco ſatis, de quibus alias plura. Nobis vero quantum relictum eſt, in altero libro etiam oratione non ſuperante modum ſcripſimus. Quod ſi tandem quicquam videatur prætermiſſum eſſe, idipſum ego puto præceptis univerſalibus contineri. Sin vero quod contingere ſolet hominibus, aliquis quicquam adinvenerit, ne quiſquam accuſet paſſionem humanam, ſed potius illius inventum addatur hiſce dictis, ut plenior ſit ejuſmodi inſtitutio. Namque hoc pacto tractatio per gradus multos ubi acceperit incrementum, tendet eo ut perfecta conſiſtat, atque ſtudioſis aderit non ignobilis inſtitutio.

* μέτριον.

† οὐκ ἀκόμψον.

Libri primi, de cauſis Urinarum, finis.

ANNOTATIO CAPITUM
Eorum, quæ libro ſecundo

DE CAUSIS URINARUM

continentur.

Cap. I. *De cauſis contentorum lævium & aſperorum, atque glutinoſorum.*

Cap. II. *De cauſa generationis ſpirituum extraneorum.*

Cap. III. *De cauſa generationis bullarum apparentium in Urinis.*

Cap. IV. *De cauſa diverſorum locorum, quos occupant contenta.*

Cap. V. *De cauſis diverſorum colorum ipſarum coronarum in ſuperficie Urinæ manentium.*

Cap. VI. *De cauſis privationis contentorum in Urinis.*

Cap. VII. *De cauſis Urinarum per genera & ætates.*

Cap. VIII. *De cauſis Urinarum, quæ à ſimplicibus intemperaturis profluunt.*

Cap. IX. *De cauſis Urinarum eorum, qui ſe plus juſto excercent, atque ſegniter vivunt.*

Cap. X. *De cauſis Urinarum variatarum ab anni temporibus, & a regionibus.*

CAP. XI. *De cauſis Urinarum profectarum à i…
nutrimentis bonis & malis.*

CAP. XII. *De cauſis Urinarum ſomnolento-
rum, & inſomnium.*

CAP. XIII. *De cauſis Urinarum profluentium
ab iis, qui vel ob ſatietatem ve…
famem non coxerunt.*

CAP. XIV. *De cauſis Urinarum per gener…
ægritudinum.*

CAP. XV. *De cauſis Urinarum profluentium
in utriſque tertianis.*

CAP. XVI. *De cauſis Urinarum quartanarum.*

CAP. XVII. *De cauſis Urinarum in febrib…
amphemerinis profluentium.*

CAP. XVIII. *De cauſis Urinarum profluenti…
in continuis febribus.*

CAP. XIX. *De cauſis Urinarum profluenti…
in calida affectione membror…
principalium affectorum.*

CAP. XX. *De cauſis Urinarum, cum prin…
palia membra affecta ſint a…
ctione frigida.*

ACTU…

ACTUARII DE CAUSIS URINARUM, LIB. II.

PRÆFATIO.

QVod accidere ſolet rerum ſpectandarum amantibus, ubi aliquam perpulchram domum intraverint (nonenim neceſſarias partes ſolummodo diſquirere volunt, fundamenta, * for-es columnas ſuffundatas, atque tectum, & alia ſmodi, verumetiam ſi quid domo adjectum ſit lchritudinis excellentis varietate figurarum & turarum præſtantia, atque † pellucedine incru-tionis) id quoque mihi accidet, non ſolum inſu-nti iis rebus, quæ arti neceſſariæ ſunt: ſed etiam ca eas exercenti, quæ pulchritudinem dictis ni-ominus, quod tutum fundamentum præſtare ent. Proinde volumine altero opus fuit, quo a mens de cauſis Urinarum explicaretur, idque ratio, quæ habita eſt ſuper unoquoque judicio, entem cauſam accepiſſe videretur. Veruntamen templatio de Urinarum cauſis, à veteribus phi-phis perculta eſt, non aliter quam ſi in philoſo-a res una eſſet ad tractandum propoſita. Nunc o neſcio quibuſnam è medicis nobis æqualibus ere videatur, cum antiquam illam philoſophiæ erationem perdiderit, vixque iis quæ de diffe-

* καὶ σοὰς, porticus.

† διαφανοῦς καταστρώματος, pellucentis pavimenti.

rentiis Urinarum, atque judiciis ſcripta ſunt, inn
cumbant. Quamobrem tempore non parvo diſtuli
proferre cauſas à me inventas ſuper Urinis, quæqu
diu prætermiſſæ manſere, negligentia eorum qui ar
tem medicam exercuerunt.* Verum ubi ad me re
dii, cenſens ſi imperfectam diſputationem reliquiſ
ſem, ſegnitiæ cujuſdam exiſtimari: ſin vero ſcripſiſ
ſem quæ decet, ſtudii cujuſdam non ignobilis op
extare: aggreſſus ſum diſputationem de cauſis, pu
tans noſtram hanc præceptionem plurimum eſſe co
laturam, iis præſertim qui philoſophiæ ſtudiis det
ctantur. Ergo per hæc recte exiſtimatum eſt, ſi di
putatio de cauſis Urinarum ſubjungeretur, cuj
partem explicavimus, parſque a tractandum n
bis relicta eſt. Opus autem eſſe videtur omni, q
alterius eſt, cauſa: atque in reliquis differentiis U
narum, ſuas cauſas reddere: ſimul ut nobis ora
procedat facilior, ſimul ut iis qui aliorum, diſ
tationem taxare nituntur, præcludatur ingre
accuſationis. Quia igitur etſi colorem & ſubſt
tiarum cauſas jam reddiderimus, atque pra
haſce etiam eas quæ ſunt contentorum, non tam
explicatæ ſunt cauſæ omnium eorum, quæ ſuper h
antea dicta erant. Sunt enim reliqua quæcun
ſpectant ad lævitatem, & inæqualitatem, ac
poſitionem ipſorum contentorum: item quæ ad l
las attinent, atque ſi quod aliud natet in Uri
rum ſuperficie. Decebit nunc me prætactas ſ
hiſce cauſas reddere: deinde dicere de ſequenti
veluti ratio procedens inſtruxerit.

* ἐπεὶ δὲ πρὸς ἐμαυτὸν γεγονώς.

Cai

CAP. I.

De cauſis contentorum lævium & aſperorum, atque glutinoſorum.

QUoniam in contentis, quæ mediocria ſunt in aliis etiam lævitas præſens demonſtrat concoctionem ſecundum naturam: eadem ſi quo pacto immutata fuerit, oſtendet concoctionis defectum. Quod ſi non lævitas fuerit, quam aſperitatem nomine oppoſito appellaverimus, ea ſignificabit defectem quendam concoctionis naturalis diſſimilari, quadam ſubſtantia intercidente contentorum continuitatem, tanquam hujus contraria. Glutinoſum quo quiſquam hoc dixerit modo, ſubſtantiam craſſam, atque tenacem: ob quam etiam contenta cum denſari contigerit, mutuo coëunt. Ejuſmodi enim humorum corruptio mutuo conjungit partes veluti diſtantes, non aliter quam viſcus quidam aut coagulum. Et ab ejuſmodi idea quiſquam poterit ratiocinari ſuper glutinoſis contentis. Nunc vero dicendum eſt de aſpero, & quod nam ſit illud quod ejus continuitatem dividat. Siquidem fortaſſe hinc alia quæſtio apparuerit non ignobilis. Namque in concoctionibus perfectis nihil eſt non dominatum. Humores enim domiti, atque ſufficienter concocti eſſe demonſtrantur ab iis quæ cernuntur. Spiritus vero diverſi & extranei,

ne principium quidem conſiſtentiæ capiunt, emoti à calore naturali. Manifeſtum eſſe videtur, ut concoctione deficiente in aliquo horum, tam humores incocti producuntur quam ſpiritus propriam ſubſtantiam accepiſſe ſpectantur. Sed de cruditate & incoctione humorum ratio tractata eſt in libro ſuperiore. At vero hoc in loco convenire videtur, reddere rationem de ſpiritu extraneo dominante, ut in omni tractatione abſolutus ſermo in hoc etiam à nemine repræhendi poſſit. Igitur quod fieri ſolet in conſpectu noſtro, atque evidenter in elementis (namque *aëris tranquillitas generatur tam in frigore vehementi, quam in ardente calore ſpectatur) id etiam fit in corporibus noſtris. Namque maximis frigoribus ubi correpta fuerint, & calor omnino debilitatus fuerit, tum denſitas quædam à frigiditate contrahitur. Neque tum quoque ſpiritus excitantur, qui ut excitentur, modica caliditate indigent. Velut contra magno æſtu, atque aliis urentibus febribus combuſta tota ſpirituum materia. Quin etiam in remiſſa caliditate tanquam pugnante natura, atque nitente frigidos humores diſſolvere atque concoquere, ſpiritus complures in generantur, quantitate & conſiſtentia differentes. Namque aliqui eorum pauca egent mutatione & concoctione, alii vero fere omnem concoctionem effugientes, etiam vincere videntur. Quod etiam diſcere eſt in alterationib conſt

ἠνεμίαν, i. à ventis tranquillitas.

nſtitutionis aëris, quas circa nos ſingulis die-
s fieri cernimus. Frigore enim valido ante-
dente, atque pluviis & nivibus uſquequaque
æſtantibus, ſpiritus nullos apparere neceſſe
. Nec undè ergo extante principio motionis
rituum, etiam denſitas quædam corripit
teriam ſpiritus progignentem. Veruntamen
i naturalis calor illuxerit, atque cœperit
eſtare materiæ, tum denſitatis ſoliditas ſol-
ur. Atque ſpiritus capere ſubſtantiam ſo-
t, ut quantitas ſubjectæ materiæ, atque
us patitur. Deinde per omne diſcurrunt.
inetiam cum fuerint modici, à caliditate
ltum præſtante concocti quieſcunt. Et ſi
rint multi, atque ſupra quam ſit calidita-
potentia, parum, uti decet, expelluntur:
in ſe contracti, atque conſtricti ab ignis
alitate aliena, afferunt alium humiditatis
bum, qui majore apparatu ad diſſolven-
m eget. Atque eo pacto à ſingulis muta-
ibus gignuntur differentes conſtitutiones
is. Quamobrem quam rationem hoc ipſum
bigens omne, atque ſolaris caliditas erga
menta nos continentia, habet, eandem ca-
itas genuina cordis erga ſubſtantias humo-
m diverſorum, qui in nobis ſunt, obtinere
ſenditur.

Cap. II.

De cauſa generationis ſpirituum extraneorum

VErum quum ex concoctione ſecundum naturam, atque conveniente, genuini ac naturales: ex deficiente vero extranei, atque triſtifici ſpiritus generantur: continuitatem contentorum ſolventes: hi ipſi extranei, atque corrumpentes eſſe certe exiſtimantur. Atque hac ratione ſolutio continuitatis contentorum recte arguere poteſt concoctionis imperfectionem aliquam. Sed tamen eo major evaſerit ſolutio, quo ſpiritus evaſerit præſtantior: Quemadmodum igitur in nubibus diſciſſis, ſpiritu motionem ſignificamus, ita in contentis laceratis, ſpiritum extraneum diſcindentem arguimus.

Cap. III.

De cauſa generationis bullarum apparentium in Vrinis.

† μετεωριζόμενα.

CUm tam diſſoluta & † ſublimata contenta, quam quædam in Urinis innatantes bullæ fiant ob extraneum ſpiritum, convenire videtur, ut ſuper hiſce cauſæ referantur. Illius igitur meminiſſe oportet, ſpirituum non ſemper eandem eſſe quantitatem neque qualitatem:

Namqu

amque alii ſunt multi, alii pauci, ut alii te-
iores, alii craſſiores, atque alii calidi, alii
gidi, quos etiam conjungere par eſt. Quo-
n conjunctorum, alii erunt multi & craſſi,
frigidi : alii multi, & craſſi & calidi : ut
pauci & craſſi & frigidi : alii pauci, & craſ-
& calidi. Quinetiam ſi diviſionem facere
lis, diviſeris multos atque paucos, men-
a & limite ipſi impoſito, tam craſſos, quam
ucs, atque poſt hoſce ſubjunxeris, calidos
ue frigidos, quam plurimas differentias con-
ctionum adinveneris : ut ab hac ratione du-
s, cognoſcere poteris cauſas tam conten-
um proprium locum minus ſervantium,
am differentiarum, quæ ſunt in ipſis bul-
Ergo ſpiritus craſſiores potius in bullis ap-
rent incluſi, tenuiores vero magis diſperſis
ntentis congruunt. Quemadmodum eorum
antitates quadrant magis cum quantitate
llarum, atque cum receſſu, quę faciunt con-
ta recedendo à fundo : atque etiam cum
orum contentorum diſſipationibus, cum
gis diſperguntur. Qualitates vero ipſorum
rituum argui poſſunt à qualitatibus quæ in
loribus arguuntur. Veruntamen repetenda
nt hæc ut (quoad fieri poteſt) clarior evadat
atio hoc pacto.

Cap. IV.

De cauſa diverſorum locorum, quos occupant contenta.

NUtrimentorum corpus intrantium, quædam concoctione prima domita ſunt, atque ſi quid ſpiritus ipſis affuerit, id alteratum à naturali caliditate diſſipatur. Alia vero ſunt quibus etiam ſecunda concoctione opus eſt, ut & domentur, & ſpiritum diſſipent. Inſuper alia quædam ſunt quæ † magis inſitum ſpiritum continentia, tertia quoque concoctione indigent: veluti ſunt illá quæ humorem prorſus crudum, ac prope corruptivum gignunt. Hoc itaque pacto conſiderare oportet ſuper humoribus, qui & in ventre, & in venis, atque in locis ulterioribus habentur. Quamobrem ubi circa primam concoctionem genitus ſit ſpiritus, iis quærit exitum, & errabundus una cum Urinis excernitur. Si fuerit tenuis, & quantitate mediocri, ſubſtantia ipſius producta à minimo principio, bullas quaſdam inflat ſuper Urinæ ſuperficie, atque ſimul ob refrigerationem Urinæ diſſipatus, bullas diſrumpit. * Quod ſi ſpiritus craſſior, & major cum Urina excernatur, atque humiditatem moveat, & convertat dum ad id aptus ſit, tum bullæ generantur in matula, quæ non ſtatim diſſolvuntur, quod ſpiritus craſſitudine ſua ut non evaporatur, ita conſtringitur: atque ejuſmodi bullæ potius ſigna

† μᾶλλον ἔνα πιλημμένον, i. *magis cohibitum.*

* παχυτέρου δὲ καὶ πλείονος, συνεκκρινομένου τοῦ πνεύματος καὶ τὸ ὑγρὸν κινήσαντος, καὶ συστρέψαντος ἐπιτηδείως ἔχοντος.

na ſunt ſpirituum generatorum in ventre. vero ſpiritus, qui in ſecunda concoctione parent ſuperare concoctionem, contenta à do attollunt aliqua ratione, quemadmo- m diſſipant ea quæ ad profunditatem corpo- conceſſerunt ſecundum exuperantiæ ratio- m. Atque ejuſmodi ſpiritus frequentiſſime morbis calidis apparere ſolent, atque idcirco tius per profunda tranſeunt. Quinetiam in dis & incoctis humoribus, ſi contenta appa- erint concocta, multis ſpiritibus generatis olluntur, multo calore diſſolvente multam teriam compactam, quæ generare potuit ltos ſpiritus, ſed ubi naturalis & concoctrix iditas præſtiterit, illa vero cruda & incocta teria domita fuerit, tum contenta incipiunt ſcendere ſpiritibus diminutis atque demum aporatis ſubſidere ad matulæ fundum. Illud inetiam non erit auditu dictuve mirabile, à locis contentorum in Urinis ſignificen- r quodam modo corporis affecta loca. quidem facta proportione altitudinis totius rinæ, cum altitudine humani corporis, tum rtes Urinæ, ad quas contenta conceſſerint, oprium locum effugientia, ſignificant loca rporis ipſis reſpondentia, morbo affecta eſſe, que merito. Spiritus enim is extraneus, atque rruptivus, quo fuerit præſtantior & fortior, longius materiam expellit verſus ſublimes rtes matulæ, à fundo incipiens, cum oporteat mate-

materiam deſcendere atque excerni, ſi à nullo ſpiritu pulſa eſſet. Quemadmodum in diſſolutionibus contentorum, ſecundum latitudinem * Urinæ, videmus dolores errare, ſecundum latitudinem corporis, veluti dictum eſt in iis, quæ de judiciis Urinarum tractata ſunt. Spiritu enim materiam expellente, præſertim ſi ipſa aſpera fuerit, & incocta, & ubi mota fuerit & erraverit in totum corpus, gravitas ob multitudinem inducitur carnibus, dolor vero fit à motione ſpiritus, atque à qualitate aliena materiæ inductæ. Sicuti in bullis, quæ ſignificant dolores capitis, aut renum, & præter a defluxum in pulmonem. Etſi alio in loco de ſubſtantia ſpiritus dictum ſit, quænam poſitio ipſorum contentorum pepercrit judicia. Præſens vero oratio cauſas aſſignabit. Igitur unumquodque prædictorum ab aliquo, quod diſſimile eſt naturali ſpiritu generari res ipſæ, ut puto, demonſtrabunt, cum diebus ſingulis aliqua motione præternaturales ſpiritus generentur, ſive cum ferveant ſubjectæ materiæ, ſive alio modo moveantur. Cui orationi fidem faciunt, tam aquæ ferventes, atque idcirco bullas facientes, quam frigidæ aliunde motæ. Bullæ ergo veluti corona circumeuntes Urinæ ſuperficiem, ſi fuerint parvę, atque inter ſe compa-

* χύματος.

a *Hic locus ſic legitur in Græcis exemplarib.* τὸ μὲν ἐκεῖσε περιττόν τε καὶ ἀχρεῖον οὖρον οἶδεν ὁ λόγος, τὸ δ' ἐνταῦθα παρυφιστάμενον ἐν τοῖς οὔροις ἀπέδειξεν ὥσπερ δῆτα καὶ ἐπὶ τῆς ἐν γαστρὶ πέψεως τὰ διαχωρούμενα πέφυκε σύμβολα. *Quorum verborum hic ſenſus videtur eſſe, Urinam eſſe excrementum concoctionis quæ in cavis partibus fit, paryphiſtamena autem in venis fieri, atque adeo eſſe ſigna concoctionis, quæ in venoſo genere fit non aliter quam dejectiones ſunt ſigna concoctionis quæ in ventre fit.*

‹n›pactæ, à ſpiritu craſſiore, ac non facile ‹d›iſperditili generantur. Quatenus ergo bullæ ‹a›ccesſerunt uſque ad Urinæ ſuperficiem, ſi‹mi›li ratione demonſtrant ſpiritus in corpore ‹a›ſcendiſſe uſque ad caput. Quatenus vero in eis ‹e›ſt craſſitudo, & glutinum, ut non ſinat bullas ‹ma›jores fieri, & ſublimiores, indicant ſpiritum ‹ad›huc eſſe † materialem, neque facile difflabi‹le›n. Bullæ enim quanto magis ſublimantur, ac ‹ext›enduntur in ſuperficiem, eo potius ſpiritus ‹di›geſtus abſceſſiſſe à materia ſignificatur. Et ‹do›lores obſcurari dicimus, eo potius, quo magis ‹fri›giditas aderit in ſpiritu. Non enim facile fri‹gid›i ſpiritus conſueverunt movere dolores. Ve‹ru›ntamen defluente materia, quæ ſpiritus excitavit, quod jam concocta ſit, bullæ collectæ in‹na›tant circa mediam ſuperficiem Urinæ, atque ‹et›iam corona bullarum innatat, neque quic‹q›uam doloris etiam ſignificans, cum jam mate‹ria› evaporata deſcenderit. Etſi maxime reditus ‹fi›at ad pulmonis loca, tunc materia deſcendens ‹c›onvoluta cum ſpiritu, qui in pulmone eſt, ma‹g›is etiam inflatur. Quatenus vero expellitur, ‹su›perante jam natura excernitur, demonſtratur, ‹v›ero à bullis, quę circa medium innatant. Quin‹e›tiam eadem motione circa renes, & veſicam ‹f›acta, contingente ab aliqua locorum anguſtia, ‹ſ›piritus ingenerantur, & bullę excitantur. Non ‹m›inore quoque motione circa vaſa ſeminaria ‹f›acta, generantur ſpiritus atque tranſmittuntur

ad

* διαφορουμένου, digeſtibili diffiabili.

† πρόσυλον, i. materiæ affixum.

ad vaſa Urinaria. Atque miſti cum Urina ſpectantur in illa emicta excitaſſe bullas denſiſſimas. Quinetiam interdum apparent hoc pacto, atque veluti capilli, aut veluti ſeminis ipſius * ſplendores, aut veluti renum calefactorum colliquamina. Adhæc quo bullæ fuerint minores & denſiores, atque circa ſolam coronam circumcurrerint, plures & potentiores, & craſſiores ſpiritus demonſtrantur, tanquam adhuc hærerent materiæ. Quo vero magis contrariæ his quæ dictæ ſunt, producuntur, eo ſpirituum imbecillitas, atque digeſtio promptius judicantur. Hoc itaque pacto diſputatio ſuper ſpiritu habita finiatur. Namque vir ſtudio incumbens ut decet, conſiderando poterit ab hiſce dictis reliqua & adinvenire, & orationi adjungere.

* ἀμαρύγματα.

Cap. V.

De cauſis diverſorum colorum ipſarum coronarum in ſuperficie Urinæ manentium.

POſt hæc dicendum eſt de coloribus diverſis, qui in corona ipſa ſpectantur. Igitur totius * humoris Urinæ, qui è ſubſtantiis diverſarum ſpecierum compoſitus eſt, partes craſſiores concedere verſus fundum velint, neceſſe eſt ut partes tenuiores innatent. Aliis autem in locis demonſtratum eſt, tenuiora eſſe paſſibiliora, & ut ab aliqua cauſa facilius alterantur, ita promptius manifeſta fieri. Quamobrem

* χύματος.

em ſi humores nocentes fuerint pari virtute, pari menſura Urinas tinxerint, nulla coro- † ἰσοζύγως. na evidens ſpectari poterit. Sed tamen ſi vir- vincens, aut victa manſerit, etiam coronæ ores hoc vel illo modo apparere neceſſe eſt, n videlicet Urinæ commode poſſint coro- n præſentare.

CAP. VI.

De cauſis privationis contentorum in Urinis

QUoniam Urinarum aliquæ non habentes contenta oſtendunt magnum defectum ncoctionis, & inſignes harum cauſæ ſunt: eræpretium eſt etiam ſuper hiſce cauſas red- re, non parum conferentes volentibus recte dicare. Urinæ igitur quæ * abſque conten- * ἀνυπό- apparent ob extremam incoctionem, hoc ſτατα. t, quod materia incocta eſt, abſque contentis oducuntur. Conteſtantur idem tam colores am Urinarum conſiſtentiæ. Quandoqui- em demonſtratum eſt, contenta eſſe excre- enta quædam tertiæ concoctionis. Si hæc mi- us inſpiciantur, oſtendent concoctionem illam efeciſſe. Namque ubi fit concoctio, etiam ex- etio alicujus ſuperfluitatis agitur. Non enim ontingit facta concoctione excrementum ex- erni. Sed ubi concoctio * minus conata fuerit, * ἐπιχειρή- on etiam in ipſa concoctione ſuperfluitas ſpe- σασα τ. tatur. Obſtructio quin etiam exiſtimanda, colans

colans exacte Urinam, decens eſt ut detineat contenta, quæ craſſiora eſſe humiditate Urinę contingit, habita proportione, cum ipſa humiditas tum tenuior, quam par eſt, proveniat. Quinetiam in inediis atque ciborum defectibus, cum natura deſtituta ſit humore alituro, deficiunt Urinæ contenta. Siquidem nutritione non præcedente, non etiam in illis excrementum ſpectari poteſt. Proinde in inſignibus evacuationibus ventris, diutinisque, Urinæ hypoſtaſi privatæ cernuntur: aut quod contenta impetum exeundi illac cœperint, aut quod ob evacuationem imbecillitas quædam accidit virtuti concoctrici: inſuper & ob multam materiæ corruptionem, à qua nihil ſumere naturam veriſimile eſt. Namque ubi materia † habilis eſt, etiam inibi nutritio fit, atque præter hæc excrementi alicujus ſequeſtratio, ut dictum eſt. Ubi autem egeſtas ſit ac materia deerit, aut quia non adeſt, aut quia etſi adſit, prorſus corrupta, aut alterata eſt, neque nutriri animal neque ſuperflui quicquam, quod à nutrione rejectum eſt, excerni poteſt. Quinetiam nihilominus Urinę abſque contentis apparent ob collectionem totius materiæ factam, aut ab inflammatione aut aliqua alia affectione. Nam ob multam caliditatem attrahuntur excrementa, tanquam humoribus melioribus deficerent. Namque ubi contigerit immenſam caliditatem abundare, eo plures humores attrahuntur, atque

† *πρόσφορος, utilis, bona.*

ue excrementa etiam contrahuntur. Quod
ere licet ab iis cucurbitis, quæ ſingulis die-
à medicis uſurpari ſolent. Namque hæ
n mediocri quadam flamma hærentes ali-
parti corporis, ad ſe attrahunt tam vici-
, quam remotas materias, cum aliqua ſint
e ſortitia ſunt quoddam munus ita attra-
ido, ut ingenerata caliditas attrahit. Si
ur cucurbita hærens tot poteſt move-
multo plura arbitror poſſe inflammationem
ue cryſipelas, aut aliquam ſimilem affectio-
n ad ſe, ut decet, attrahere. Alio quoque ca-
Urinæ apparent abſque contentis, ut natu-
xpellente aliquo excrementa, ob imbecilli-
m ingenitam membri à congerie multitu-
s. Extitit enim etiam hoc ipſum ratione
dam membri debilitati, ut ad ipſum omne
ile expelleretur. Nam ubi infirmum mem-
m nequivit * manu tenere præmanentem
utem excretricem, illato materiæ cumulo
atum, non ſolum non repellit materiam
uentium, ſed etiam ſuper influentium ſuſci-
ob defatigatam (ut videtur) virtutem ex-
ricem. Sed oratio de Urinis hypoſtaſi pri-
s ſufficienter, ut arbitror, tractata nunc
atur. Oportet enim ſervare ne diſputatio-
protrahantur. Veruntamen nos, tanquam
initio inciperemus, dicamus quas ob cau-
profluant Urinæ variæ diverſis ætatibus
emporibus, & regionibus, & diætis, atque

* κεκτῆσθαι. *habere priorem.*

moribus quibuſdam diverſis : etſi de hiſce in iis quæ de judiciis ſcripta ſunt, diſputatum ſit. Namque hoc modo ubi tractatum fuerit diſputationem de cauſis Urinarum, optatum finem adeptam eſſe arbitramur : atque ut & * poſitiones in prioribus libris factæ, hoc pacto redditis cauſis certam fidem cœperint. Et ne † captioſa oratio aliqua, & captu difficilis videatur, ſubjungemus etiam capita illa quæ definita ſunt in iis quæ de judiciis, ut ſuper illis cauſas explicantes, mutuam fidem inter illa ſtudentibus faceremus.

* θέσεις.

† γρεῖφος τις ὁ λόγος δόξῃ.

Cap. VII.

De cauſis Urinarum per genera & ætates.

Virorum temperatorum Urinæ ſunt ſubruffæ, atque ſubflavæ, atque mediocre in conſiſtentia, & contentis. Cujus rei reddita eſt cauſa ſigillatim libro ſuperiore à me defi nito. Veruntamen licebit mihi repetenti hac i parte orationem illam brevibus, aliqua dicere Namque ubi demonſtratum eſt, in mediocri bus concoctionibus ſanguinis etiam bilem red di mediocri colore, ſive flava ſive ruffa ſit decens eſt ut ab eo illinc diſtributo humor flavo, atque miſtione facta cum ſerea humiditate Urinæ ſubruffæ & ſubflavæ producantu atque mediocres conſiſtentia in concoctioni bus perfectis : quarum alba & lævia & æqua bilia, atque ad fundum concedentia ſunt con tent

ta, etiam alterationem convenientem in ter-
concoctione arguentia. Virorum autem flo-
ti ætate, atque temperatorum Urinæ qua-
ſint, jam antea dictum eſt. Atque ſuper eis
ditæ ſunt cauſæ, quarum nunc etiam me-
nimus, ut locus poſtulat. Conveniens eſſet
m reliqua quæ in iis, quæ de judiciis dicta
r, repetere, ut redditarum cauſarum à no-
perfecta procedat oratio. Igitur ſenum Uri-
ad album vergentes apparent ſubtenues,
ue effugientes mediocritatem ſubſtantiæ,
rum contenta pauca, & veluti cruda ſunt.
erorum vero valde juvenum Urinæ, colore
um inferiores ſunt ſubflavis, & ſubruffis,
prope ſuperant ſubſtantiam Urinarum vi-
um ætate florenti, ac contenta plura poſſi-
t. Hic ſermo, ut arbitror, in iis quæ de ju-
is, factus eſt. Cauſas vero hiſce rationibus
ere oportet. Ergo cum ſenum ætas quan-
n proceſſerit, tantum verſus frigidum decli-
, par eſt ut Urinæ & albæ, & tenues red-
ntur, tum genuina caliditate marceſcente,
n concoctione diminuta obſcurataque ab
inentia frigiditatis. Proinde decens eſt, nu-
ione diminuta, ut contenta minora ſpecten-
, proportione reſpondentia aſſumptioni nu-
ivarum humiditatum: quoniam ſenes im-
entiores reperiuntur, tum quia diſtributio
dita, tum quia concoctio multum debili-
a eſt. Eorum Urinarum contenta & minora,

& veluti incocta inſpiciuntur. Puerorum vero cum naturalis & genuinus calor extiterit multus atque una cum multa humiditate naturali, Urinarum colores fuere remiſſiores, quam quæ in juvenibus proveniunt multa humiditate madeſcente. Quatenus vero abundat genuina caliditas, meliorem conſiſtentiam accidit profluere, quam quæ in florente ætate generatur. Caliditas enim genuina major, meliores concoctiones efficit. [a] Caliditas enim juvenum florentis ætatis etiam major cum ſit qualitate, quam quantitate (jam enim erga acutum conceſſit) etiam colores quos diximus præſentavit. Puerorum vero caliditas potius quantitate præſtans, circa ſubſtantiam humorum producendam excelluit. In quo minime mirum ſit, ſi horum multa contenta ſpectentur in Urinis, ſi multa humorum elaboratio facta ſit. Adde, pueros multum comedere ſolere. Quamobrem accidit, hinc multa excrementa generari. Non pauca etiam eſſe contingit ob nutricis facultatis actionem, quæ neceſſitate membrorum requirentium fit. Namq; calori opus eſt materia, tum ad nutriendum, tum etiam ad membrorum incrementum. Et idcirco plura contenta ſpectantur in pueris, quam ſenibus & juvenibus. Sed diſputatio ſuper ætatibus jam ſufficienter explicata, hic finiatur, atque de reliquis poſthac dicamus. Mulierum igitur juvenum Urinæ, etſi

[a] Hic locus ſic legitur in omnibus Græcis exemplaribus ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀκμαζόντων θερμότης πλείων οὖσα τῇ ποιότητι ἢ τῇ διενέγκασα κατὰ τὴν σύστασιν τῶν χυμῶν πεπλεονέκτηκεν. *Id eſt, ætate florentium calor major cum ſit qualitate, quam quantitate, in Urinis eorum humorum conſiſtentia melior eſt.*

ir

omnibus mediocres, mancæ tamen ſunt co-
le ſubruffo atque ſubflavo. Quinetiam pellu-
iore quodammodo ſubſtantia ſpectantur:
ra quoque contenta quam Urinæ virorum
ent. Hujuſcemodi judiciis Urinæ mulie-
n probantur. Sed cauſæ ſi ſubjunctæ fuerint,
naverint judicia. Genus itaque muliebre do-
ſticum eſt, ac paucis exercitiis utens, atque
hiſſam habens naturalem caliditatem (habita
nparatione ad caliditatem maſculorum) effi-
concoctiones debiles. Poſſidet autem natu-
em ignem languidum. Hæc ipſa ſubalbidas
inas pariunt, atque ſubtenues, non perfe-
m concoctionem, & æqualem ei quæ in ma-
us fit, capientes. Plura vero contenta dua-
de cauſis, ut arbitror, obtinentes. Namque
n exceſſu naturalis humiditatis, tum abun-
tia excrementorum, quæ oriuntur à debili
coctione, plura quoque contenta in Urinis
arere neceſſe eſt. Quamobrem ab hiſce
ſquam ſi conſideraverit orationem, quæ
judiciis habita eſt, ſumme veram eſſe ſuf-
erit.

CAP. VIII.

De cauſis Urinarum, quæ à ſimplicibus intemperaturis profluunt.

E Urinarum mutationibus, quę proveniunt
à ſimplicibus intemperaturis intenſis, hoc

pacto dicendum eſſe convenit. Namque calidi-
tas parum excedens mediocritatem, ſubruffas,
& ſubflavas etiam gignit Urinas: ſed plus ex-
aucta, ruffas, & flavas. Quæ mediocritatem
ſubſtantiarum tranſgrediuntur, & ſplendor
quidam ipſis adeſt: contenta vero mediocria,
ſed albedinem, quam ſecundum naturam ipſis
ineſſe diximus, diffugentia. Contraria hiſce pro-
ducit frigiditas. Namque quantum frigiditas
intenditur, tantumdem albeſcunt Urinæ, at-
que à mediocri ſubſtantia recedunt quodam
modo. Quinetiam aſperiorem ſuperficiem, &
contenta minora, & cruda conceperunt. Interr
dum vero univerſæ craſſeſcunt, atque contur
bantur. Humiditas quinetiam obtundit natu
ralem Urinarum colorem in aqueum verger
tem, atque in ſuperficie earum adeſt aſperita
contenta & plura, & crudiora ſpectantur. A
que hoc pacto in ſubſtantia ſe habere Urin
oportet. Siccitas quinimo diminuit Urir
tam humorum, quam contentorum quantit
tem: pellucidum affert & ſplendorem, atq
color hiſce adeſt, qualis eſt naturalis, & ſubſta
tia mediocris, modo defectus nutritivæ hun
ditatis non affuerit. Acriores fiunt Urinæ, e
aucta caliditatis qualitate. Urinæ ejuſmodi
habent, quæ ab intemperaturis producunt
At vero nunc ſubdamus cauſas judiciis fid
facientes, hoc pacto. Igitur caliditate inter
ut dictum eſt, mutantur Urinarum colo
Et

Ergo decens eſt, ut etiam in iis, qui capiuntur ab intemperatura calida. Siquidem ſi modeſta fuerit caliditas, Urinæ ſpectantur ſubruffæ, ac ſubflavæ. Eadem vero exaucta, ruffæ ac flavæ profluunt. Nam ubi ingenerata caliditas effecit bilem acriorem * atque humiditas ablata eandem purificando minuit, tales colores in Urinis apparere neceſſe eſt. Dictum quinetiam eſt, caliditatis † præſtantia fieri mediocres concoctiones, ut inde Urinarum conſiſtentiæ moderatæ appareant: par eſt ut eadem abundante, nondum tamen diſſolvente corporis valetudinem, Urinæ habeant conſiſtentiam ſupra mediocritatem. Neque mirum cuiquam ſit, ſi Urinæ ſuperficies ſplendeſcat ob intenſam qualitatem humoris colorantis. Namque exaucta acrimonia, & humiditatem aſperantem conſumente, ſplendor conſpectatur. Præter hæc contenta cæteris in rebus mediocria cum ſint, non ab re fuerit, ſi ea ob intemperaturam à caliditate adauctam, perdiderint aliquid albedinis, cum tinctura quædam ab exuperantia bilis diſtributa, coloret ipſa contenta. In his autem qui à frigida intemperatura corripiuntur, quo magis verſus frigidius proceſſerit, eo albiores colores præſentantur in Urinis. Cum enim demonſtratum ſit quod bilis flava mediocres Urinas colorans, fit à mediocritate & exquiſita concoctione, optimo jure, ſi non exquiſita fuerit concoctio, ob aliquem frigidum affectum

* τῆς ἐξυδαρούσης ταύτην ἀφαιρουμένης ὑγρότητος, i. ablata humiditate quæ eam aqueam reddebat.

† ἐπικρατείᾳ.

bilis flava proprium & genuinum colorem non habebit, ſed recipiet vel pallidum vel ſubpallidum pro modo erroris qui in concoctione fuerit. Quamobrem congruere videtur, ut ob miſtionem ſeroſæ humiditatis, appareant diverſi colores vergentes ad album, ratione receſſus à perfecta concoctione. Proinde Urinæ humor concedit verſus tenuiorem conſiſtentiam, cum non facile à genuina caliditate dometur atque concoquatur. Quin ob eandem rationem Urinæ ſuperficies aſpera ſpectatur, quod humor qui ſplendorem eum prębebat, dum coqueretur, concoctione fruſtratus ſit. Minora tamen & cruda contenta harum Urinarum ſunt. Namque diminuto calore etiam * diſtributio minor erit: minora vero decet eſſe etiam ea quæ à minore humorum aſſumptione proficiſcuntur. Item in concoctionibus quæ ob imbecillitatem caloris pravæ ac debiles evaſerunt, & contenta crudiora ſpectantur. Neque mirum, ſi conturbentur & craſſeſcant, ubi cruditas vincit ob imbecillitatem coquentis, & alteranti caliditatis. Nam ubi caliditas naturalis præſtiterit materiæ, tum ea quæ tenuia ſunt, craſſeſcunt concocta. Quæ vero alia ratione craſſa erant, hæc tenuantur atque † diſſeparantur. Quas ambas conſiſtentiæ ſpecies per diverſa cauſas potuit introducere intemperatura frigiditatis. Tenuia enim potius per * puram ipſius intemperaturam: craſſa vero per cruditaten

* ἀνάδοσις.

† διακρίνεται.

* ψιλὴν, ſimplicem

tem quæ humoribus acceſſit. Humiditas
ninimo argui poterit à quantitate excremen-
rum : confirmaverit etiam obſcuritas diſtri-
ati coloris. Nam cum concoctio evadit im-
erfecta ob humiditatis exceſſum, & mediocris
onſiſtentia non eſt, tum ſubtenues ſpectantur,
colores deſtituuntur, eo quod miſtio fuit
am multo ſeroſo humore. Neque quoque mi-
am ſit, ſi multa & cruda ſpectentur contenta.
Iamque ab humorum humiditate facilis pro-
ucitur diſtributio, quare par eſt ut multa ela-
oratio adſit. Accidit autem cum humidum
uod diſtribuitur multum ſit, non perfectam
umorum elaborationem fieri. Proinde fit, ut
ontenta tum multa, tum cruda præſententur.
t vero in ſicca intemperatura, quæ corpo-
accidit Urinarum humiditatis paucæ pro-
uunt, ob paucitatem humiditatis: colores vero
int, quales qui ſecundum naturam in juveni-
us, & exercitatis hominibus apparent. Quod
illa intenderetur, etiam hæc ipſa increſce-
ent, & conſiſtentiæ redduntur ſimiles ſanis
mediocribus, interdum tamen intenduntur.
Colores vero ejuſmodi manent: humore co-
rante nihil patiente: etſi ille increverit, colo-
es quoque increſcere videbuntur. Verunta-
men quemadmodum in humiditatis exceſſi-
us non facile præſtat concoctrix facultas, ſic
unc in ſiccis intemperaturis facillime præſtans,
on modo efficit mediocrem conſiſtentiam,

ſed etiam interdum quandam craſſitudinem infert. Splendor vero quidam, & lævitas illuſtrant ſuperficiem Urinæ ob* vigorem colorantis humoris. Contenta quinetiam pauca ſunt, cum pauca ſit quæ diſtribuitur humiditas. Eadem ſunt mediocri ſubſtantia, atque exacte concocta, quod facile domita ſunt à caliditate concoquente: atque oratio de cauſis Urinarum in iis Urinis quæ ab intemperaturis ſimplicibus profluunt, hoc pacto tractata ſit. Id autem nos latere non debet, hæc dicta eſſe de qualitate una hominis intemperati, cæteris (quoad fieri poteſt) mediocribus manentibus. Cum autem diſputatio definivit cauſas intemperaturarum ſimplicium, licebit viro ingenioſo adinvenire ex hiſce qualitates complicatas ac intenſas. Ad hæc, in iis quæ de judiciis, dictum eſt, eorum qui mediocriter ſe exercent, mediocres Urinas profluere: veluti quoque in juvenibus, & exercentibus ſe, dictum eſt. Eorum vero qui ultra quam par eſt, laborarint, ſeque exercuerint, Urinas etiam erga ruffum flavumque colorem vergere, atque earum contenta pauca eſſe & tenuia, etiam in colore alterata: quinetiam interdum colliquamina quædam in hiſce innatant. Segnem vero ac ſedentariam vitam traducentium, & Urinæ ad album vergunt, & contenta plura & cruda ſpectantur. Igitur Urinarum eorum qui modeſte ſe exercent, cauſa

* αὐτάρκειαν χρώννυντος χυμοῦ.

in

ſuperioribus explicatæ ſunt, ubi diſputatum de homine uſquequaque mediocri & † in-ecto. Sed nunc ſubdere reſtat cauſſas Uri-rum eorum qui immodice ſe exercent. Dein- ſimiliter eas, quæ Urinarum ſunt illlorum ii in ſegnitie atque otio vitam terunt.

† ἀκμαίῳ, florenti ætate, robuſto.

CAP. IX.

De cauſis Urinarum eorum, qui ſe plus juſto exercent, ac ſegniter vivunt.

DUm major quam par eſt, fit calidi motio accenſa ab exercitiis externis plus juſto auctis, tum bilioſus humor augetur, com-uſtus ab accedente caliditate. Quinetiam per uſmodi accenſionem Urinarum colores ad ffum & flavum attolluntur. Diminuta ergo roſa humiditate quæ temperabat, atque bi-oſi humoris adaucta qualitate, neceſſe eſt ontenta & pauca & tenuia ſpectari. Cum tem membra ab exceſſu caliditatis attenuen-ur, & digerantur difflata, vel ſudore vel in-enſili tranſpiratione, rarefacta ob exercitia elle, decens eſt, ut exauctis ejuſmodi exer-itiis, aliqua colliquamina in Urinis appareant nnatantia, profecta vel à renibus, vel fortaſſe b aliis quibuſdam partibus corporis, tum mul-a cum motu caliditate aliquo pingui collique-acto. In iis vero qui otioſam & inertem vi-am vivunt, Urinæ recedunt à mediocritate coloris,

coloris, vergentes ad album ob paucitatem calidi motionem habentis, *ac in ſeipſum inclinantis, atque vacatione motionis marceſcentis. Siquidem veluti in rogis evenire ſolet, ubi ligna ſufficienter congeſta fuerint, ſi quiſquam extrinſecus motus factus ſit, facilius accenditur atque comburitur materia: & ſi quicquam projectum in rogum fuerit, ſtatim ab igne devoratur. Ubi vero nulla foris adhibita fuerit motio, tum magna difficultate diſtributa materia uritur, atque metus oritur non parvus, ne ignis extinguatur à multa diverſaque ſuperimpoſita materia. Non aliter accidere ſolet otioſis & exercitatis hominibus. Eam ob rem ad album inclinat color Urinarum illorum, qui ſegnem & quietam vitam ducunt. Contenta vero earum & multa, & crudiora ſpectantur. Namque quieta vita facile diſtributio fieri poteſt, atque alteratio, ſed concoctionem facit caliditatis præſtantia. At quia demonſtratum eſt, quod caliditas non mota tractu temporis marceſcere ſoleat, decenter in viris otioſioribus accidit, plura ſpectari contenta, atque crudiora, fruſtrata perfecta concoctione. Atque hac in parte terminetur oratio de cauſis Urinarum ſe exercentium, atque otioſorum. Poſthac vero tranſeundem eſt ad cauſas aſſignandas Urinarum à temporibus anni, atque regionibus alteratarum.

* καὶ πρὸς ἑαυτὸ ἐπινεύοντος.

Cap. X.

CAP. X.

De cauſis Urinarum variatarum ab anni temporibus, & à regionibus.

ſeunte Vere Urinarum colores albi ſunt & ıbflavi, etſi interdum craſſeſcant.* Quan- s vero humoris earum major profluit ha- ı ratione ad comeſa Contenta quoque & ra, & craſſiora ſpectantur. Sed procedente ıpore verſus calidum, colores aſcendunt mediocritatem: eodem modo contenta. ſtate vero ineunte, Urinæ ſubflavæ, & ruffæ, contenta vero tenuiora exeunt. d æſtate vigente Urinarum fluores pau- res ſunt habita ratione ad comeſa, ſed ver- ıtes ad flauum atque ruffum. Quarum con- entiæ ſunt pauco reddentes à temperato, i quidam ſplendor in eis refulſerit. Conten- quoque & tenuia & minora, atque colora- upra albedinem ſunt. Declinante vero æſta- atque autumno ineunte, remittuntur co- es tam * fluoris, quam contentorum, ſed te- ia etiam manent. Procedente vero ad frigi- ıs, etiam colores mediocres redduntur. In emali autem ſolſtitio, Urinæ ſunt quanti- e mediocres, ſed ſubalbidæ, contenta plura, nſiſtentię vero mediocres. Vigente vero hye- ,color Urinę albus eſt, conſiſtentię vero inę- ales. Nam interdum craſſæ, interdum tenues ectantur. Quantitas (fluoris) major quam medio-

* τὰ ποσὰ δὲ τῶν χυμάτων, πλείω τῶν ἐξ ἀναλογίας ἀπαιτυμένων.

† ἀκμάσαντος δὲ θέρυς μείω μὲν τῶν ἐξ ἀναλογίας ποσῷ.

* χύματος.

mediocris: contenta vero & plura, & cruda frequentius inſpiciuntur, quæ de differentiis temporum anni alteratæ ejuſmodi Urinæ (ut paucis omnia dicam) videntur. Reliquum eſt cauſas harum repertas docere. Nam hoc pacto facta diſputatione, facilius erit reddere cauſas ſuper regionibus, quæ ratione reſpondent ipſis anni temporibus. Sed repetenda ſunt prædicta, ac ſuper unoquoque eorum reddenda eſt cauſa. Ineunte igitur Vere, atque ſole verſus nos

† ὁπότε δήθοι καὶ αἱ πλειάδες ἀκρώνυχοι, apparent ortu veſpertino, poſt ſolis occaſum, ut exponit Proclus in Heſiodum.

revertente tum, † cum Vergiliæ intempeſta nocte ſpectantur, Urinarum colores etiam ſunt albi & ſubpallidi, & conſiſtentiæ inæquales, ſed quantitate majores, contentaque & majora, & cruda. Quandoquidem frigoris adhuc dominantis ambitu vincitur naturalis calor: quare defectus concoctionis accidunt, tam in colore, quam in conſiſtentia. Quia vero alimenta plura ſunt, multorum vero comeſorum plura ſunt excrementa, atque contenta Urinarum ex hiſce etiam plura & cruda ſpectari neceſſe eſt, non ut par eſt domitis humoribus. Ad hęc majores Urinę profluunt ab humiditate humorum in corpore per totam hyemem collecta. Hyeme enim ubi multi cibi aſſumpti fuerint, atq; longiores trahentur ſomni, aderitque aëris qualitas frigida & humida, decens eſt, & humorum crudorum non parvam congeriem cumulari. Quinetiam hyeme etiam manente ſpiſſatur ejuſmodi materia, ac paulo forte plures

quan-

um mediocritas poſtulat, profluunt. Sed ubi r illuxerit & conſtitutio humida fuerit, jam- e humores melius concocti ac ſoluti, tum inæ majores, quam aſſumpta comeſa de- t, minguntur. At vero tempore proceden- tumque cum * Suculę orientales apparue- t, & colores & conſiſtentiæ, non modo con- ita, ad mediocritatem concedunt. Siquidem m aër nos ambiens, extiterit temperatus, nia quoque quæ propter hanc præceden- n conſtitutionem alterata erant, ad medio- tatem reducuntur. Quando vero aëris nos bientis temperatura non admodum frigida rit, ut genuinam caliditatem lædere poſſit, c adeo calida, ut digere valeat caliditatem ę in nobis eſt, tum naturales vires actiones ſtras excitant ad mediocritatem, & id quod undum naturam eſt, modo nihil extrinſecus pedimento adſtiterit: at vero cum orienta- Orion exoriri cœperit, jamque æſtivum ſtitium aderit, tum Urinæ apparent ſubfla- e atque ſubruffæ, & contenta mediocribus nuiora, idque decenter. Calore enim libere toto corpore diffuſo, atque dominanti præ- nti materię, concoctioneque facta ut decet, am Urinæ profluere probantur mediocrem lorem habentes, ſed tenuiores: nec aliter ſe bent contenta in eis: horum plures partes nuantur, atque digeruntur ab aëris calidita- te. Vigente vero æſtu, tumque cum Procyon orien-

* ὅτε δὴ ὑάδες ἑῷοι φαίνονται.

orientalis exoritur, Urinæ quantitate minore
profluunt, habita ratione ad ea quæ diſtributa
ſunt. Quinetiam attolluntur ad colorem fla-
vum & ruffum, & earum conſiſtentiæ ſunt te-
nuiores temperatis: item contenta & pauca, &
tenuia, atque quodammodo coloratam albe-
dinem oſtendentia. Siquidem aëris calore qui
nos ambit, vigente atque attrahente ad ſe no-
ſtrum hunc naturalem ignem, eundemque in
qualitate intendente, majores fiunt, ac fre-
quentiores bibitiones: minores vero excretio-
nes, quam bibita poſtulant, partim diſſolu-
ta materia in ſudores, partim digeſta per oc-
cultas evaporationes. Quinetiam adaucta bil
ab aëre æſtuante, etiam colores memorat
ſpectantur. At calore naturali * digeſto con-
coctiones ſecundum naturam diminute pro-
veniunt. Idcirco Urinarum conſiſtentia te-
nuior gignitur, contenta quoque colorantur
ab abundantia bilis, ſed minora & tenuiora
ſpectantur, quod digeritur & tenuatur mate-
ria, atque concoctiones debiliores fiunt. Plu-
ra itaque ex his quæ dicta ſunt, accidunt
ob colorem naturalem extrinſecus expugna-
tum. Ineunte autem autumno, cumque Ar-
cturus exoritur, remittuntur colores tam chy
matis ipſius, quam contentorum in eo, conce-
dendo ad mediocritatem, ſed remanent te-
nuia & pellucida, & pauca. Siquidem calor
vehementer † diminuto, etiam colores qu
O

* συνδια-φορουμένου.

† παρηκμά-κοτος.

illum vehementem excreverant, incipiunt
bduci, quouſque deſinere videatur calidi- * ὑπενδι-δόναι.
Quinetiam ob aëris præſtantem ſiccitatem,
hinora & pellucida, tam chyma, quam con-
ta in eo ſpectantur. Procedente vero tem-
e, atque tum cum Vergiliæ orientales occi-
it, tam colores quam contenta mediocria
t: quod concoctiones meliores fiant, ubi ni-
difflatio acta ſit caliditatis aëris compreſſæ.
nque frigidis ventis ſuperflantibus, caliditas
ralis reſumit vires, atque temperamentum
nibus concoctionibus affert. Cum autem
ernum ſolſtitium aderit. Capraque orien-
occidat, tum colores à mediocritate re-
nt, atque confiſtentiæ tenuantur: conten-
ero multiplicantur, fortaſſe etiam medio-
ſervantur. Quandoquidem aëre frigidiore
cto, una quoque alteratur quodammodo
rna caliditas, atque increſcit humor pitui-
s, ita ut oporteat humorem colorantem
in nobis eſt, debilitatum obſcurari. Quia
ciborum ſumptiones ampliores fiunt, &
coctiones ſunt validiores, eo quod tum
r roboratur, ac ſomni longiores accedunt
vantes ipſas concoctiones, fit ut contenta
a ſpectentur. Vigente vero hyeme, atque
cum Favonius ſpirare inceperit, * Urina- * χύμα.
humor major eſt, habita ratione ad come-
m quantitatem, atque albæ inſpiciuntur, &
nant ad conſiſtentiarum intemperaturas:

O conten-

contenta vero in hiſce plura exiſtunt, atque crudiora ſunt. Quandoquidem frigore aëris eouſque exaucto, ut etiam noceat genuinæ caliditati, bilioſoque tum prorſus tabeſcente humore, albas profluere Urinas compertum eſt, ſed differentes conſiſtentiis. Nam aut erunt tenues, eo quod non adeptæ ſint perfectam concoctionem, quod accidit ob præſtantiam frigiditatis aëris: aut craſſæ, & * conturbatæ ob humorem, qui crudus vocatur per proprium tempus vigentem. Quoniam autem genuina caliditas non poteſt domare, & concoquere multa comeſa, & frigus proprietatem habet cogere materias, ob id contenta plura apparent profecta à multa elaboratione nutritionis. Cruda vero & craſſiora interdum videntur, aut præ frigiditate † tabefaciente genuinum calorem, aut præ materia in diſtributionem ſumpta longe majore, quam virtus valeat per caliditatem perficere. Hæ igitur ſunt cauſæ Urinarum mutatarum per ſingula tempora anni, quæ reddi poſſunt ab iis, qui ſtudioſi harum rerum delectantur. Ac unuſquiſque ab hiſce ſumpto principio conſiderationis, poterit quoque reddere cauſas quæſitas ſuper regionibus. Cauſæ vero Urinarum in ratione victus commutata rationem habebunt ſimilem illis, quæ explicatæ ſunt de intemperaturis.

* ἀναπεταραγμένα.

† ἀπομαραινούσης, extinguente.

Cap.

CAP. XI.

De cauſis Urinarum profectarum à nutrimentis bonis & malis.

NOn mirum cuiquam eſſe debebit ſi è nutrimentis boni ſucci & ad coquendum facilibus faciles concoctiones Urinarum appa[re]nt, atque † ſyncera contenta. Siquidem † ἀκίβδηλα
[cu]m calor naturalis facile alteret quæ ad co[qu]endum facilia ſunt, & expedite nutritio [ſi]t in boni ſucci alimentis, promptiſſime om[nia] perficiuntur, atque omnia quæ in Urinis [ca]ntur, hæc mediocria inſpiciuntur, quem[ad]modum contrarium accidit in cibis mali ſuc[ci] & ad coquendum difficilibus ægre concoctiones fiunt, corrupta autem & varia con[ten]ta ſpectantur, virtute concoctrice non ſuf[fici]ente humores ad alendum ineptos, ſed [eo]s reſpuente, ſiquando fortaſſe exhiberen[tur]. Fiunt enim † incoctiones præter cætera, † ἀπεψίαι.
[qu]a cibi ad coquendum inepti ſunt: aut enim [vir]tus concoctrix lędi ſolet à qualitate ciborum, [ve]l ab eorum quantitate exuperante. Nam[que] multa, ac virtutem exuperantia non facile [do]mari poſſunt à naturali caliditae. Quæ vero [pra]va ſunt qualitate, ea non aliqua ratione [ad]mittuntur, virtute tractrice familiaria nu[tri]menta ſolummodo attrahente. Et ſi qua [for]tuna illa fuerint admiſſa, eadem expultrice

virtute excernuntur. * Admitti autem illa poſ[illegible] ſunt ob virtutis aliquam læſionem ab aliqu[illegible] illatam affectione. Atque de hiſce hactenus.

* γένοιτο δ' ἂν καὶ διὰ τὴν τῆς δυνάμεως οἰκείαν βλάβην, καθ' ὅλην δῆλυνα διάθεσιν ἐπιγεγονῆαν, *fieri autem & id poteſt ob propriam aliquam facultatis affectionem, abs quorum affectu contingentem.*

CAP. XII.

De cauſis Urinarum ſomnolentorum, & inſomnium.

SOmnolentorum Urinæ enarratæ ſunt, q[illegible] colorem ad album vergentem habent, ſ[illegible] conſiſtentia ſunt vel mediocriter tenui, [illegible] craſſa: contentis autem pluribus atque cru[illegible] abundant. * Inſomnium hominum vero † p[illegible] ſertim male ſanorum Urinæ dictæ ſunt ej[illegible] modi: namque ſunt tenues, & verſicolo[illegible] interdum albæ apparentes, interdum ru[illegible] & flavæ, ac oleaceæ & nigræ, ſed in c[illegible] tentis ſunt magis alienæ. Namque aut contenta deficiunt: aut præſentia ſi fue[illegible] illa ſublimia ſunt, & aſpera & coloribus n[illegible] ſpectantur. Quæ dicta ſunt in iis, quæ d[illegible] diciis ſcripta ſunt. Nunc vero cauſæ hoc c[illegible] ne ſubjungendæ. Siquidem novimus ſom[illegible] ſecundum naturam, & hominis ſani, fie[illegible] humiditatem ſuavem, atque mediocrem [illegible] ditatem naturalem: hominis vero aliter a[illegible] ſomnum accedere ob humiditatem mul[illegible] præſe[illegible]

† ὑπνηλῶν.

* αὖ πνέντων.

† μάλιστα κατὰ πάθος, *præſertim in morbo.*

ſertim pituitoſam, atque ob cibos & medi-
ina frigida. Sed vigilias novimus evenire
xima ex parte ob ſiccitatem: interdum etiam
caliditates multas. Cum igitur hoc vel illo
do affectis hominibus, & ſomni, & vigiliæ
it, decente ratione etiam Urinæ ejuſmodi
fluunt. Demonſtratum enim eſt, ut ad al-
n vergentes Urinæ, concoctionem defeciſſe
nonſtrent, ac nihilominus hiſce incoctio-
n demonſtrant conſiſtentiæ Urinarum,
linantes à mediocritate, atque præter hæc
m contenta cruda, atque multa. Igitur ubi
modi cruditates fuerint mediocres, ſenſibi-
læſionem non afferunt patientibus, ſed fa-
it ut dormire ament. Namque ſuccis crudis
latim calefactis atque ſolutis, multi vapores
midi aſſurgunt, cerebrum vero ex illis multa
ritione fruitur. Quoniam vero non facile
e humores deficiunt, non etiam vapores ab
orti defecerint. Quamobrem accidit eo pa-
abunde madere cerebrum, atque ſomnos
rimos gignere. Arbitramur enim ſomnum
erari, ubi nutrimentum bonum diſtributum
cerebro concoquitur, dumq; ipſum conco-
ur, & ſenſus animales intus * colliguntur,
ute majore coërcente minorum actiones.
quam vero contigerit, ut aſſumptum nu-
mentum concoctum ſit, ſolvuntur eo nexu
us atque hoc pacto animalibus vigiliæ
ctuntur. Sed tractatio de ſomno ab alis

* ἐναπολαμβάνονται, intercipiuntur.

ſufficienter explicata; nunc relinquatur à no-
bis, atque procedendum in incepto. Ergo
ſomnolentorum Urinæ ob ejuſmodi cauſas
fiunt: Inſomnium vero contrariæ, ob contra-
rias cauſas, ut arbitror. Quandoquidem quæ
deſiccare conſuevere, hæc ſuapte natura vi-
gilias introducunt. Quamobrem flava bilis
eo modo attenuata, & in cerebrum diſtribu-
ta, non ſolum non ingerit ei nutrimentum
madefaciens, verumetiam aufert id quod ad
eſt, ita ut inde homo vigilet. Namque ejuſ-
modi colores potius eſſe proprios flavæ bi-
lis demonſtratum eſt. At vero quod content
ſint ſigna concoctionis dictum eſt. Concocti
vero non tam facile fit, ſi aut aliqua intem-
peratura exceſſerit, aut uſquequaque evigil-
verit homo. Decens eſt ut contentorum ſp
ctetur inæqualitas, atque confuſio maxim
Urinæ vero albiſſimæ, atque tenuiſſimæ pr
fluunt, aut ob bilis aſcenſum ad ipſum cer
brum, & ita manentes ſignificant vigilias
† μελαγχο-λίας. bile eſſe in cerebro, aut ob † inſaniæ ſpecien
namque maxima ex parte Urinæ ejuſmo
inſanientium ſunt. Quinetiam Urinæ oleace
atque nigræ frequentius mortem minante
nihil mirum fortaſſe ſi inſomniam afferant
† παραφρο-σύνη. † inſaniam. Has cauſas ſuper hiſce habere p
teris, etiam aliis in locis dictas, ita ut fugie
dum ſit dicta repetere adeo importune: p
cedendum vero poſthac, ut reliqua explicent

Cap. XI

CAP. XIII.

De cauſis Urinarum profluentium ab iis qui vel ob ſatietatem vel famem non concoxerunt.

EOrum qui multum comederunt & non concoxerunt, Urinæ albæ, tenues, ac hypoſtaſi privatæ ſpectantur. Atque perſeverantium in cruditate Urinæ fiunt, ſubſtantia & contentis extraneæ. Contra vero eorum, qui inedia laborarunt, in primum flavæ & ruffæ & tenues, & privatæ contentis Urinæ ſpectantur. Deinde vero preſſorum albæ, tenueſque, ac hypoſtaſi privatæ proveniunt, atque ad pravos quoſdam colores tranſmutantur. Sed ſuper hiſce (quoad fieri poteſt) reddendę ſunt cauſæ intelligentibus & eas requirentibus, quæ non contemnendæ videri poterunt diligentibus rationum exquiſitoribus. Igitur cum concoctio fieri ſoleat ubi cibi fuerint domiti, cruditas vero ubi cibi multum exceſſerint menſuram, quemadmodum ubi cruda minus exceſſerint mediocritatem: decens eſt, ut hac ratione dum homo ſe multis cibis oneraverit, error à perfecta concoctione contingat. Namque aut nihil, aut parum natura videtur elaboraviſſe cibos: cum neque colorem, neque ſubſtantiam mediocrem effecerit, atque abſtulerit contenta, tanto receſſu à concoctione. Veruntamen in quibus minus juſto deciderit, tractu tem-

poris vero onerata inducitur, ut ſuſtineat erro-res ejuſmodi virtus *ſemiperfectas actiones producit. Similiter dicendum de impranſis. Quandoquidem ſemper naturali calori †comeſſis opus eſt, ut & ſe ipſum confirmet, & partes corporis nutriantur, ubi ſufficiens collecta materia fuerit, tum quæ decet fieri, fiunt. Ubi vero illa defecerit, tum in ſeipſum convertitur, ac ſi quam eſſe humiditatem contigerit, illam abſumit: qua ablata ipſe acrior redditur, & flava bilis proficit qualitate ejus calida & ſicca inaucta. Proinde Urinæ proveniunt ſecundum illam calidi affectionem, minora vero contenta ſpectantur, ubi deerint homini alimenta: quæ cum concocta ſunt & nutriunt, mittunt hęc ſigna nutritionis. Veruntamem poſtquam calor, quoad fieri poteſt, ſurrexerit, atque intrinſecus indiguerit nutrimento, ſtatim ipſe *contabeſcit. Ipſo vero calore tabeſcente etiam corporis habitudo ſtatim parata eſt concedere verſus frigidum & album, & parvum. Deinde etiam ad pejus vergentees colores, & coloribus mutuo ſe habentes ſubſtantias reddit. At vero de hujuſmodi rebus cum ſatis dictum ſit, ut arbitror, diſputatio terminetur: neque vos latere velim, qui ita mediocrem menſuram multę diſputationi habendę ſuper hiſce rebus feci, ut etiam opus eſſet ſuper reliquis aliam tractationem facere: atque illos implicari circa infinita: qui dum via brevior

quo

* ἡμιτελοῦς.

† ὑπεκκαυμάτων, calefactoriis.

* καταμαραίνεται.

od ſtudent aſſequi, capere cupiant, in ali-
as alias diſputationes ſecedentes, ſeipſos in
gas tractationes intrudunt. Quamobrem
ere videtur ut ab hiſce tanquam ab alio
tio aggreſſi, referamus cauſas inventas ſuper
iquis quęſtionibus. Namque hoc pacto à
bis facilius, & diſtincte explicabitur propo-
um, atque ſtudioſis promptius licebit verbis
ucis pręcepta multa diſcere.

CAP. XIV.

De cauſis Urinarum per genera ægritudinum.

DIcendum eſt hac in parte de Urinis ap-
parentibus in ſingulis ęgritudinum ge-
ribus, atque earum cauſę reddendę. Siqui-
em hoc pacto decentem per ſingula capita
mpoſitionem ſuſcipiet diſputatio, atque fi-
s decens toti orationi ſtatuetur. Igitur di-
um eſt in tractatibus de judiciis Urinarum:
febribus ephemeris puris, nulla cauſa alia
ęſente, videre quiſquam poterit Urinas non
ſigniter mutatas. Namque ſi quo modo con-
ngeret mutari, per parum atque occulte mu-
rentur. Febribus enm ephemeris generatis ob
terationem ſolius ſpiritus ad calidius intenſi,
ar eſt, ut ne in Urinis etiam manifeſta ſpe-
etur alteratio. A parvis enim occaſionibus,
arva * momenta, à magnis magna proveniunt. * κινήματα, motus.
Quum itaque Urina demonſtret humorum

alterationem, ephemeræ vero febres oriantur è mutationibus ſpiritus, ut dictum eſt, ad calidius intenſi: decens eſt, ut aut nullo pacto, aut perparum alterentur ephemerarum Urinæ. Namque priuſquam humorum materia ſentiat alterationem naturali ſpiritui accedentem: illi ſolvuntur, ubi ſortiti ſunt rationem victus convenientem. Sed tamen in febribus ephemeris, cum parva quædam mutatio fiat, etiam parvæ ſpectantur in Urinis mutationes. Quod ſi qua forte aderit in corpore materia corrupta, uſque adeo ut parva mutatione indigeat ad inflammandum, facile inflammatur & comburitur, atque excitabit febres putridas. Urinæ vero apparebunt, quales in putredine humorum provenire febres ſolent, de quibus mox dicemus. Febrium ergo in putridis humoribus factarum, quæ fuerint intermittentes, hæ Urinas alias, quæ vero fuerint continuæ, hæ Urinas alteras ejiciunt, & ſecundum differentiam putrefactorum humorum, atque continuitatem, & intermiſſionem in eis. Dicendum itaque prius nobis eſt de febribus quæ deficiunt, earum cauſas reddentibus. Deinde de reliquis, veluti ratio procedens monſtraverit.

Cap. XV.

CAP. XV.

De cauſis Urinarum profluentium in utriſque tertianis.

Urarum tertianarum Urinæ erga flavum & ruffum (ut dictum eſt) colorem attol-ntur : ſubſtantia vero earum oſtenditur me-ocritate craſſior. Ac in primis diebus nihil ntenti ejicitur. Tempore procedente tam ntenta ſpectantur, quam colores ad medio-itatem, & ad id quod ſecundum naturam ncedunt, atque ægritudinis ſolutio brevi ad-entura ſperatur ab ipſis concoctionibus præ-onſtrata. Ejuſmodi ſunt judicia tertiana-m putridarum deficientium ab Urinis facta. Nunc par eſt ut ſubdamus earum cauſas. Igi-ur bilis flava ubi exaucta ſit per aliquam cau-m illius generatricem, & extra venas aberra-erit, tum febres vocatæ tertianæ, generan-ur, atque deficientes fiunt, quippe quum in enis bilis multa non ſit. Venæ autem ipſæ, tſi participes fiant ejuſmodi humoris, tum ob icinitatem, tum ob humoris ipſius abundan-tiam, * non ita tamen ut cum eo etiam ſangui-nis dulcedo miſceatur : hac enim ratione con-tinuæ febres hæ eſſent. Quoniam igitur extra vaſa ſepoſitus eſt ejuſmodi bilioſus humor, pu-trefactus eſt quodammodo : idcirco demon-ſtrabit tam putredinem, quam intermiſſiones, quas paſſim facit. Colorantur autem Urinæ ratione

** ἀλλ' οὐχ ὥστε κατακερασθῆναι τὴν τοῦ αἵματος γλυκύτητα, i. non ſic tamen ut cum eo humore ſanguinis dulcedo permiſceatur.*

ratione bilis injectæ. Veruntamen quod bilioſum hunc humorem non bene corruptum eſſe in febribus tertianis demonſtratum eſt, idcirco colores, quales diximus, inſpiciuntur: atque à multitudine & moderata bilis craſſitudine, quæ per Urinam ſeparantur, evenit ut Urinæ ſubſtantia craſſior, quam mediocris eſt, ſpectetur. Abſunt autem contenta in primis diebus ratione cruditatis, atque cujuſdam obſtructionis: namque quod nondum natura potuit domare materiam, neque concoctionibus uſquequaque incubuit: quamobrem neque contenta ſpectantur, quæ ſigna ſunt concoctionis. At vero ubi natura ſe collegerit, atque roborata fuerit, expulſæque ſint ſuperfluitates, retentes iis quæ utilia ſunt, recteque & cum ordine tractata ſint ea quæ ad humorem affluentem ſpectant: tum concoctionis apparent ſigna, hoc eſt contenta. Quinetiam ad mediocritatem tam colores quam ſubſtantiæ concedunt. Sed oratio de Urinis profluentibus in tertianis puris, hæc ipſa eſt brevibus explicata. Notharem vero tertianarum Urinæ aureum colorem excedunt, ita ut ad vineum etiam colorem attollantur: ſubſtantia vero ſunt craſſiore, quam quæ in tertiana pura ſpectatur. Contenta vero harum Urinarum vel pauca & prava ſunt, vel nullo modo apparent. Recte igitur quiſpiam dixerit impuram tertianam magnitudine & qualitate bilis ſuperaſſe tertianam puram ita

ut longiore tempore ad concoquendum
us ſit. Siquidem ejuſmodi Urinæ, ut etiam
erius dictum eſt in iis quæ de judiciis, &
aſis colorum ſcripta ſunt, proveniunt à
ajore & deteriore bili. Neque mirum ſit,
majore tempore ad concoquendum opus
. Namque multa ubi fuerit materia putre-
cta, majore tempore ad concoquendum
otente virtute indigens eſt. Sed tamen for-
ſſe de hac re in diſputationibus de prævi-
entiis, memoratum fuerit. Nunc vero ad
liud caput tranſeat oratio, quæ perquam
tis in hiſce immorata eſt.

CAP. XVI.

De cauſis Urinarum quartanarum.

QUartanarum quæ potius originem à liene traxerunt, primis diebus Urinæ ſunt albæ: atque ſubſtantia tenui. Tempore vero procedente, præſertim diebus quietis, ſpectantur contenta earum cumulata atque cruda, ac interdum totum ipſum chyma turbidum apparet. Diebus vero † afflictionem habentibus, adhuc etiam tenues ſe oſtendunt: & contenta mediocria, atque tenuia, cum erga ſolutionem paſſio vergat. Interdum etiam nigræ Urinæ ſpectantur, quæ indicant ſolutionem paſſionis, quæ corpus occupat. Febres præterea quę quarta quaque die paro-

† παροξυσμόν.

paroxyſmum habent, evidentiam habent memoratæ febris quartanæ, *ſed multo citius deficiunt, eo quod potius generantur à calida hepatis intemperatura. Harum Urinæ ſubrubeæ atque rubeæ, talesque qualis ſandaracha, ſpectatur. Quarum conſiſtentia primum tenuis eſt, interdum etiam craſſeſcunt: contenta vero non abſque flavo colore oſtenduntur. Sed tamen aliquando accidit, ut earum Urinarum contenta aliena videantur, ſicuti etiam colores ipſius chymatis. Demonſtratum eſt autem aliis in locis, quod quartana febris deficiens à victu frigido & ſicco, qui humorem melancholicum peperit, generatur. Ergo quotieſcunque ejuſmodi humor exauctus fuerit, atque circa lienem firmatus, tum quarto quoque die paroxyſmum habet, ac Urinas albas & tenues ejicit. Namque ejuſmodi humor cum craſſus ſit, atque idcirco obſtruens: item cum frigidus ſit, hac ratione calorem genuinum lædens, pravę concoctiones fiunt, ac tenues, & albæ Urinæ ſpectantur: ſed nihilo minus ob importunitatem frigiditas humoris, quam ob †cooperturam, quę fit in meatibus. Namque humor exauctus obſtruens prę craſſitudine, ſed præterea ratione puræ frigiditatis cum ſit tenuis, tenuiores Urinas progredi efficit. Quinetiam tempore procedente humoris tempore tenuati, materia facilis ad tranſeundum redditur vaſis Urinariis, & hypoſtaſis cumulata ſpectatur,

* πολὺ δὲ γελείπονται, *ſed multum differunt.*

† ἐπιπωμάτωσιν, *i. operculationem. Nam is humor in vaſis quaſi operculis interclusus eſt.*

ſtatur, aut per totum conturbantur Urinæ. untamen Urinæ craſſæ, & contenta earum rent ob tenuatos humores, albidi vero co- s videntur ob humoris frigiditatem, quę coctionem veluti cogens non ſinit medio- n conſiſtentiam Urinis largiri. Neque mi- n eſſe debet, ſi diffluentibus nigris Urinis itionem quartanæ conjectemus. Humor m melancholicus veluti principium, atque ix extitit ipſius quartanæ: qui dum excer- ur, oſtendit hominem ægritudine liberari. eque uſquam viſum eſt, ſi cujus ſtirpis radix erit abſciſſa, vel ſupra terram eradicata man- it, non etiam ea quæ poſt ipſam radicem ve- i poſt principium orta ſunt, mortua cum t, corrumpantur atque tabeſcant. Quartana ro, quæ recta ratione vocatur notha, eo od hepar male affectum ſit, illiuſmodi Uri- s transfundit. Quandoquidem ipſum viſcus lidum eſt, vel aliter nimium concalfactum r defluxum quendam calidioris materiæ, ſi- ul calefacit omne venarum genus, ſanguis ero fervet: ſed bilis * præmiſſa afficit ita cor- us, ut contingat ob hæc ut Urinæ mutentur n ejuſmodi coloris ſpeciem. Quinetiam inter- lum accidit, ut earum contenta extranea vi- leantur ob obſtructiones, & intempeſtivas iiætas, aut ob humorem, qui tingit † concarce- ratum, tranſmiſſum ad alias corporis partes. Præter hæc ſi pulſum tangere operteat, minus exacte

* προσεπιθεῖσα.

† ἐπιφραττόμενον, *obſeptum atque conſtrictum.*

exacte ab eo conjeceris hanc deficientem fe-
brem eſſe, ita ut continuam potius eſſe qui-
quam dixerit quarto quoque die affligentem.
Quoniam vero, etſi rationibus credendum
ſic, interdum opus eſt, ut acquieſcamus no-
minum conſuetudini potentiori: atque ſim-
pliciter hanc quartanam appellemus, cum hoc
ipſum videatur virorum cumpluribus.

Cap. XVII.

De cauſis Urinarum in febribus quotidianis profluentium.

QUotidianæ febris Urinæ albæ, & tenues atque aquoſæ ſunt primum Tempore, vero procedente craſſeſcunt, & cumulatas hypoſtaſes oſtendunt, humore jam concocto. Atque hujuſmodi febris (ut dictum eſt) producitur à frigidis & humidis cibis, atque victu gignente humores illis ſimiles. Quamobrem ob hæc omnia crudum hoc pacto, & pituitoſum exauctum humorem, dicere poſſimus lædere genuinam caliditatem exceſſu frigiditatis, atque claudere meatus: quare tenues & albæ & ſine hypoſtaſi Urinæ ſpectantur. Contra vero (ut dictum eſt) naturali calore dominante, & alteratio, & concoctio, atque nutritio fit. Sed hoc decidente à proprio munere, etiam Urinæ aberrare ab eo quod par eſt, ſpectantur. Veruntamen confirmata genuina

caliditate

liditate attenuatur quod multum erat craſ-
im, atque ſequeſtrantur excrementa crudi-
tis. Sed oratio de febribus intermittenti-
us, cum reddiderit ſufficientes rationes ut
uſæ caperentur, hoc in loco terminetur.
oſt hac vero referamus cauſas Urinarum fe-
rium *conjunctarum, & continuarum, atque
rum quæ generantur ab aliqua immenſa
liditate: Deinde earum quæ fiunt ab aliqua
igiditate, ut ſuper hiſce capiens cauſam ora-
, poſſit eo pacto terminari.

* συνόχων καὶ συνεχῶν, *i. febrium continentium, & continuarum.*

CAP. XVIII.

De cauſis Urinarum profluentium in continuis febribus.

FEbrium continentium atque continuarum
Urinæ verſus deteriora concedunt, con-
ta quoque prava ſpectantur, atque varia,
 qualitate humorum excedentium. Nam-
e febres putridæ aut à pura bili putrefacta
nerantur, aut à ſanguine, aut à pituita, aut
bili nigra, aut ab omnibus miſtis: veluti
nt à duobus aut tribus humoribus diffe-
tibus complicatis, Sed tamen febrium or-
um e ſimplicibus humoribus facile quiſ-
am & judicia, & cauſas concipere poterit,
ue illas reddere. Complicatarum vero dif-
lis eſt exacta cognitio: & illa mutua com-
catio proprio nomine vacavit. Poſthac

memoraverimus ſimplices febres tanquam cap-
tu faciles: de quibus ſuperius in tractatibus de
judiciis eas declarando diximus. Complicatio-
nes vero, eo quod nominum propriorum ap-
pellatione vacavere, ſinamus ut qui hiſce ſtu-
diis indulgent, *opinando diſcant. Igitur fe-
brium à corrupto ſanguine orientium Urinæ
ſubrubeæ, & rubeæ, atque vineę profluunt,
pauloque poſt craſſeſcunt: & ſimiliter conten-
ta proveniunt. Veruntamen cum in hiſce fe-
bribus ſanguinis incrementum adeſſe videatur
in venis: ubi vero incrementum, mediocrita-
tem, & quod decet exceſſerit, aliqua etiam cor-
ruptio ſequatur, par eſt, eo quod ob multitu-
dinem domari non poſſit ſanguineus hum
hujuſmodi: cujus quantum inutile, atque ſu-
perfluum eſt, in Urinis ſequeſtratur, atq
ejuſmodi colores præſentat. Quinetiam ej
modi Urinę conſueverunt citius quam cæte
craſſeſcere, ob proprietatem humoris præſe
tis. Siquidem humor hiſce pauco quod
† momento indiget, ut conſequatur concocti-
nem. Quod autem virtus concoctrix ſupe
tur à multitudine, arguunt contenta quę r
ſuſceperunt colorem ſecundum naturam.
vero præſente, atque putrente in genere ve
rum, Urinæ flavæ & rubeæ interdum ap
rent: frequentius vero ſpectantur *paſſea
virides, & nigræ. Atque in hiſce ſi con
ta affuerint, apparent bilioſa, & valde pr
Siquid

* ἐπινοίαις μανθάνειν.

† ῥοπῆς.

* κυανά.

iquidem ubi ejuſmodi humor præſtiterit, tiam vicinitate corruperit ſanguinem, atque ultitudine & qualitate detruſerit virtutem, dituſque humoribus nutrientibus: oſtenit contenta difficilia, atque prava chymata. In bre vero continua ob putrefactam pituitam, rinę apparent ſubalbidæ atque craſſę, veluti aucæ, & charopę. Namque colore arguunt alitatem humoris tingentis, & contenta eam ſunt crudiora ob humoris malam ad coendum habilitatem, aut ipſo ob multitudim præſtante genuinę virtuti, aut ipſa virtute r ſe patiente, & quæ à paucis humoribus fae defatigatur. Melancholicus vero humor uando putruerit, ac diſcurrerit corpus, feem effecerit, quę *degeneris eſt ob exau- * ἀγεννὴς.
um humorem in humore pituitoſo. Hujus rinæ fortaſſe albæ & tenues primum prount. Sed cum ipſe humor una deſcendit, vei ad exitum veniret, tum Urinę apparent †venetæ atque nigrę. Quarum priores illo † φαιά.
odo apparent ob operturam, quam facit huor, ac ob ejus momentum ſurſum verſus: ſteriores vero ob reſeratam obſtructionem atuum, atque momentum humoris deorn verſus: & hæc raro apparent. Scire autem ortet, nobis propoſitum eſſe diſputare de iis plurimum apparent, non de iis quę raro tingunt.

Cap. XIX.

De cauſis Urinarum profluentium in calida affectione membrorum principalium affectorum.

DE Urinis profluentibus ab iis, qui inflam- mationem & eryſipelas in principalibus partibus internis patiuntur, dictum eſt abun- de in iis quæ de judiciis Urinarum: nunc vero reddendæ ſunt cauſæ. Siquidem hæc quo fue- rint viciniora fonti caliditatis, eo magis ob vi- cinitatem, & ob principatum, Urinæ tin- guntur, eo quod principales partes maxime patiuntur. Sed tamen primum tenues ſpectan- tur, atque abſque contentis: niſi quod ali- quando propter collectam materiam ab attra- hente caliditate præter naturam, concoquan- tur, & quod natura ſemper vertatur cir- ea quæ urgent. Neque par eſt ut ipſa ob- viſcatur pravorum * gubernatorum cum ip- facile ſentiat alienum dolorem, & ob eu- patiatur, idque fit quia materia excedit, a- quia virtus ipſa ante certamen laborat. U- vero concocta fuerit inflammatio, Urin- craſſeſcunt, atque remittuntur de inten- colore, & cumulatas atque corruptas hyp- ſtaſes habent, cum illinc ſecreta ſint exc- menta. Sed interdum accidit, ut etiam p- mictu-

* οἰκονόμων, *gubernatorum.*

ſtum ſubſideat, quod de affecto membro fluxit.

CAP. XX.

e cauſis Urinarum, cum principalia membra affecta ſint affectione frigida.

Vm principalia membra ſint affecta frigiditate, tum Urinæ ſpectantur albæ & te-s (ut dictum eſt) atque frequentius abſque tentis: interdum vero etiam craſſæ cum tentis crudis & pituiteis. Et cum albedinis udo multa eſſe contempletur ſecundum ſuram frigiditatis, etiam Urinæ albæ tranſtuntur. Namque ubi corporis pars affecta pauca aut multa frigiditate, ſecundum friitatis quantitatem Urinæ proveniunt. Nam frigiditas exceſſerit, ac pervenit uſque ad , quatit vehementer cordis ipſius robur, e calorem debiliorem efficit. Et quan- ipſe languerit, hoc erit imbecillior ejus o propria: debiliores vero concoctiones t. Concoctione vero debili, Urinæ ejuſdi profluunt. Atque hæc in iis quæ de juis Urinarum ſcripſimus, dicta ſunt, quamem non opus eſt orationem producere. oniam vero tota ratio de cauſis hoc mo- ſufficienter habita eſt, etiam deſinat ad riora procedere, etſi multa alia inducant, ut eretur oratio. Quamobrem niſi lex aliqua

brevitatis nos cogeret, adjungeremus orationi i priori opus aliud de cauſis judiciorum, oſtendentes magnum illud quod in contemplativa a arte eſt. Sed tamen integram præſcriptionem in omnibus habuerit diſputatio, ſi poſt tractatus de cauſis, ſubdiderimus eos qui de prævidentiis docent, quique utiles arti ſunt, & veluti vaticinatores motionum naturę eos reddunt, qui enixe hiſce rebus operam navant. Sed ſi, ut fert animus, pars hujus diſputationis ſucceſſerit, donum Dei ſolius exiſtimandum ſit, gloriam calumniæ non patentem pariens iis qui illo impartiti fuerint, ægrotantibus vero utilitatem non parvam: Quamobrem diſputatio de cauſis Urinarum finem capiat, atque jam incipiamus tractare de prævidentiis Urinarum.

Libri ſecundi
DE CAUSIS
URINARUM,
FINIS.

A n n

ANNOTATIO CAPITVM

Eorum quæ libro primo

* DE PRÆVIDENTIIS EX URINIS, continentur.

* περὶ προγνώσεως.

CAP. I. *Quod poſt pulſus, Urinæ aptantur ad prævidendum.*

CAP. II *De prævidentia ex Urinis albis.*

CAP. III. *De prævidentia ex Urinis ſubſpiceis atque ſpiceis.*

CAP. IV. *De prævidentia ex Urinis ſubaureis & ſubcroceis.*

CAP. V. *De prævidentia ab Urinis aureis & croceis.*

CAP. VI. *De prævidentia ex Urinis ſubrubeis & rubeis.*

CAP. VII. *De prævidentia ab Urinis vineis.*

CAP. VIII. *De prævidentia è paſſeis Urinis.*

CAP. IX. *De prævidentia ex Urinis viridibus.*

CAP. X. *De prævidentia ex Urinis venetis & lividis, & nigris.*

CAP. XI. *De prævidentia è ſubſtantia fluoreve Urinarum.*

CAP. XII. *Quod quanto magis Urina coloratur, eo plus præſentis tenuitatis ſummovetur imaginatione.*

CAP. XIII. *Quod quanto magis craſſeſcunt Urinæ, eo plus coloris ſummoveant, qui inerat priusquam illæ craſſeſcerent.*

CAP. XIV. *De prævidentia ex craſſa Urinarum ſubſtantia.*

CAP. XV. *De prævidentia ex contentis diſſimilaribus.*

CAP. XVI. *De prævidentia ex bullis.*

CAP. XVII. *De prævidentia ex coloribus diverſis ipſius coronæ, & male olente Urina, & colliquaminibus.*

ACTUARII
DE PRÆVIDENTIIS
EX URINIS,
LIB. I.
PRÆFATIO.

VIdetur quibuſdam, qui prompti ſun
ad criminandam prævidentiam, non
fieri poſſe quemquam præſcire, qu
eventura ſunt in iis rebus, quæ ſeſ
ſecundum naturam ſequuntur. Si
quidem ad hoc dicendum nihil aliud eos compulit
quam ignoratio eorum quæ ſecundum naturam
fiunt, & ſtudium bonis diſciplinis obtrectandi.
Quamobrem timorem etiam non parum affere-
bat iis qui recta ratione ſciendi præſcientiam habe-
rent, contumacia eorum qui promptiores ſunt a
carpendas prævidentias. Quandoquidem * figu-
ras quaſdam aſtrorum, atque vires diſquirente
item † congreſſus, & * in domo dominos, atqu
alia quæcunque in aſtris adeſſe dicuntur, atqu
ſcribuntur, horumque alterationes quaſdam circ
elementa futuras prævidentes contemplatione ſcien
tiæ, vitant promptitudinem multorum ad crim
nandum, putantque melius eſſe ut taceant. Su
enim qui ejuſmodi ſtudia præſtigiis, atque conſue
tudinibus dæmoniorum magis tribuunt: unde ign
rantiam naturalium alterationum, quam haben
convincunt. Quinetiam qui † ſomniſpiciis, atq
quibuſda

* σχηματισμοὺς.
† συνόδους.
* οἰκοδεσποτείας.
† ὀνειροσκοπίαις.

uibuſdam principiis ſimilibus iis quæ ſecundum aturam ſunt, prævident quæ futura ſint eorum uæ ad nos ſpectant, ii latere ſtudent, eo quod id minum multitudinem lateat. Veruntamen hoc ecto in ambiguo eſt, res pulchras tractu temporis tabeſcendo deleri. Sed ejuſmodi viri nimirum * *dmirationi eſſent potius ſapientibus, quam ab eis xarentur, quod rerum quæ ſecundum naturam unt, ſpectatores eſſe probantur. Sed de hiſce oratio d alios magis ſpectat, quibus opus optabile eſt, per- qui hæc ipſa. Nobis vero medicam artem perſe- uentibus, atque ſtudentibus per ipſam capere præ- identias circa humana corpora, munus hoc ipſum tius, quam illorum alicui congruit. Quæcunque tur præſcire fas eſt arti medicæ incumbentibus, perfectam prævidentiam faciant, hæc libri om- s præcedentes docent. Oportet enim prævidere udentem, ut ſciat tum humores elementares, tum turales ſpiritus temperaturaſque, & alteratio- s, & mutationes uniuſcujuſque, & principatus embrorum, & eorum* † *primas rationes. Item uæ membra* * *ſimul patiantur, & quæ contraria eſſione laborent, & quæcunque alia inventa ſunt, r tradita iis qui volunt diſcere naturales corporis otiones. Namque qui in hiſce prius fuerit medi- tus, is & facilius judicaverit, & promptius æviderit ſequendo naturales motiones humo- um.*

* μαραίνεσθαι.

† ἰδιότητας, *proprietates.*

* συμπαθείας καὶ ἀντιπαθείας.

Cap. I.

Quod poſt pulſus, Urinæ aptantur ad prævidendum.

FAcultates multæ ab iis qui ſapientia excelluerunt, inventæ ſunt tam ad prævidendum, quam ad judicandum mutationes quæ in corporibus humanis fiunt: quarum principatum habuiſſe videtur de pulſibus diſciplina. Ab ea enim in illis qui poſſident ipſam exacte, plures prævidentiæ ſuboriuntur. Namque cum ſpiritus primus ſenſit, & alteratus eſt mutationibus corporis: ſpiritus vero potius quam ſanguinis conceptacula ſint arteriæ: decens eſt ut prævidentiæ à pulſibus factę ſint firmiores. Quia vero humores poſt ſpiritu ſunt ſecundi, hi cum alterati fuerint, exhiben in Urinis ſignum ſignificantes per eas † puriorem ipſorum alterationem, Urina enim humorum coloratura extitit. Alteratis itaque Urinis ob humorum aliquas mutationes, facultas ſufficiens prævidendi facta eſt rationi. At vero quia (ut dictum etiam ſuperius eſt) prævidentia communicat cum judiciis, ſi cujuſquam eorum quæ illic enarrata ſunt, hoc loco meminerimus, ut exactior evadat diſputatio, nemo quæſo nos accuſet garrulitatis ſicubi id acciderit: imo totum pręferat ſuperfluo. Quandoquidem ejuſdem diſputation repetiti

† ἀκεραιφνέστερον

›etitio afferre poteſt (ut arbitror) aliquid perfectum, ut in eo nullus error ſit. Si is vero diffugerit uti oratione antea dicta, ſermo ſermonem communem efficiat: is ılta perdere poterit, quę eſſent referenda. d hoc potius propoſitæ orationi errorem n parvum pariet. Illud vero quiſquam proverit magis eſſe munus recordationis, & ngruitatis dicendorum, quam alicujus † inportunitatis: veluti arbitrantur ii qui ad aledicendum ſunt promptiores. Nos vero ıemadmodum in aliis factitavimus, prius exnendo colores & ſubſtantias, deinde conıta, & quæ ſuper hiſce ſpectantur: ita nunc amus, capitum ordinem eundem meliorem e, quam eorum perturbationem exiſtimans. Sed tamen cum unoquoque eorum quæ cenda ſunt, commiſcetur obliquitas nihilominus ob ipſius quam illorum referendam ævidentiam. Et ita faciamus, hinc favente eo initium auſpicantes.

† ἀκαιρολογίας.

Cap. II.

De prævidentia ex Urinis albis.

QUoniam demonſtratum eſt, Urinas albas in complures ſpecies diviſas eſſe veti in libris de differentiis Urinarum dictum t, opus eſſet ut de hiſce conſiderantes didant eas, atque ſuper eis pro viribus prævidentiam

dentiam faciant. Urinæ igitur albæ colore, * cryſtalleæ vero, & aqueæ ſpecio ſemper tenues ſi manſerint, illa ſignificant quæ in libris de judiciis dicta ſunt. Nunc oportet hæc ſubdere: namque cum Urinæ ruffæ, aut rubeæ, aut vineæ, aut aliquo colore tinctæ præceſſerint in febre vehemente, ſi in ejuſmodi albos colores mutatæ erint Urinæ, atque adhuc febris manſerit vehementior, neque aliquod inſigne ſignum criſis aderit, decenter noſſe poteris futuram eſſe phrenitin. Atque eo pejorem, quo præmonſtrati colores fuerint peiores. Nec omnino mentitus fueris, ſi rurſus tinctis Urinis pronunciaveris phrenitin ſolutam eſſe. Siquidem Urinę illæ demonſtrant bilem quę chyma tingit, attolli ad caput, ad quæ perſeverans additionem afferre poterit paſſioni mortem. Urinæ vero ſi iterum coloratæ fuerint, arguunt ſolvi paſſionem membri promoventis primum ſenſum converſa rurſus bile erga infernas partes corporis. Urinæ vero ejuſmodi cum craſſa ſubſtantiæ, cumque † globulentis contentis, ſi pręceſſerint in debilibus febribus, multitudinem vero atq; colorem album mutaverint poſt morbi vigorem, prævidetur quod nondum febris ſoluta ſit. Namq; natura cum vicerit materiam, concoxeritque, ac aſſumpſerit quantum utile ineſſe videatur, ſuperfluum & inutile per Urinas expellit, cum exiſtimetur non opus eſſe ut id retineatur. In paſſione quinetiam diabete

* χρυσταλλοειδεῖς καὶ ὑδατώδεις.

† θρομβοειδῶν.

eque coloratum Urinæ corpus neque * con-
is & minutum ſit: oſtendit fluorem Urinæ
matula ad malum procedere. Namque na-
a antea fatigata timorem non parvum affert,
æger vitæ damnum patiatur. Nec igno-
e oportet ejuſmodi Urinarum colores in
ibus, ſignificare modica quædam mala.
venibus vero & vigentibus deteriora, eo ma-
ſi contenta nulla ſpectentur, etſi quæ ſpe-
ntur ſint prava, minuſque convenientia.
mque in ſumma cruditate & frigiditate, at-
e longa quadam debilitate, atque præter
c in immodicis obſtructionibus apparere ſo-
t. Et cum Urinę redierint ad mediocritatem.
um affliguntur corpora, & quæ antea læ-
bantur, faciliuſque virtus revocatur reſu-
ns proprias vires. Quod ſi in eiſdem ſpecie-
s manſerint, inferent capitis * difficiles pul-
, & † obtenebrationes, & vertigines, & mor-
m comitialem, ciborum faſtidia, & pravo-
m eduliorum interdum cupiditatem, & ca-
os appetitus: artuum dolores aderint, &
rvorum motiones difficiles, renum & capi-
diverſæ paſſiones, ex inteſtini coli triſtes
ſus, & tabida ex ægritudine ſenectus. Talia
evideris, ubi tenueris differentias Urinarum
arum, quæ dictæ ſunt in iis quæ de judiciis
ipta ſunt, & prælegeris librum Galeni * de
cidentibus. Namque memoratarum paſſio-
m aliæ ſequuntur incoctionem continuam
potius,

* *συνιστάμενον, aliquam craſſitudinem habens.*

* *δυσθυμίας mærores.*

† *σκοτοδινίας.*

* *περὶ συμπτωμάτων.*

potius, aliæ frigiditatem ingenitam ab aliqua cauſa, aliæ obſtructionem, aut humorum tranſpoſitionem. Veruntamen præter hæc oportet eum qui ſtudet vera ſuffragia ferre prævidendi, conſiderare ætates & temperaturas, & conſuetudines, & ſexus, & tempora anni, & interdum victus anteactos. Namque hæc ipſa dimetienti, atque mente congitanti Urinam ſecundum naturam, atque eam quam in matula cernit, comparanti facile apparuerit, quantum Urina præſens ab ea quę ſecundum naturam eſt, aberraverit. Atque prompta prævidentia ſuper Urina præſente reddita erit, modo præconſiderata fuerit ægri partium * facilitas ſentiendi & patiendi. Res enim hæ maxime conferre ſolent ad prædicenda futura: cum non omnes in eiſdem paſſionibus eodem modo ſentiant. Quamobrem in ejuſmodi intenſis albis, ejuſmodi quiſquam prævidentias reddere poterit, ſi bene judicare didicerit. In iis autem Urinis, quę remiſſe ſunt albę, ut lactea, glauca & charopa, atque id genus cæteris, has quas dicam, ſignificationes præviderit. Nam in initiis & incrementis febrium, ejuſmodi colores Urinarum ſunt mali, pręſertim quo vehementiores ſunt febres. Apparet enim in hiſce multitudo materię putrefactę augeri: in febrium vero declinatione apparentes ſignificant ſalutem, eo potius ſi multitudo Urinarum exierit. Illud enim arguit, aut multitudinem cruditatis humo-

* εὐαισθησίας καὶ εὐπαθείας.

nörum cumulari, aut tingentem humo-
a vergere ad alias corporis partes. Hoc vero
uit declinationem febris, præſertim cum
inę quę præceſſerunt, fuerint magis ruffę.
cretio vero excrementorum confirmetur ab
ultrice virtute. Hæc igitur conſiderans ob
quę in principio apparent, prævideris ægri-
linis malignitatem, atque tempore multo ad
coquendum indigere ejuſmodi cruditatem
teris. Quia vero in ejuſmodi Urinis magni-
lo febris nondum manifeſta eſſe ſtatuitur,
qui ſive maligna febris quidem exiſtimata
et, opus eſt ut tangens pulſum conſideret &
gnitudinem febrium, & virtutis firmita-
n. Conteſtantia etiam fuerint excrementa,
facici colores, atque alia accidentia, quæ re-
untur, & apparent. Vbi igitur ab aliis ſignis
agnitudinem febris didiceris, cognoveriſque
turalis virtutis firmitatem, atque conſidera-
ris menſuram cruditatis, oportet ut hac in
rte te ipſum diligentiorem oſtendas, ita ut
gulis conſiderate & exacte menſuram ſta-
as. Atque ſi plura ſigna cruditatis aderint,
ultiſque diebus ea augeri videantur, febris-
ie magnitudo conſtiterit: contra vero firmi-
s virtutis minor, atque debilis compræhen-
tur, par eſt ut natura hoc caſu fagitata ſuc-
mbat, atque ſolutionem malorum mortem
ſe prævideas, eaque die qua conjectaveris vir-
tem feſſam defecturam. Quod ſi illa etiam ſe
habuerint,

habuerint, ut dictum eſt, virtutis vero firmitas præſtiterit, ſpes eſt ægrotantem tractu temporis ſuperfuturum cauſis affligentibus, ſi tuta vivendi ratione uſus fuerit. Multa vero accidentia prava interveniunt. Quod ſi illa fuerint minora, corporis vero naturalis firmitas melior, ſuperſtes erit homo, prava autem accidentia mediocriter adſunt. Ergo in febrientibus hominibus, & ejuſmodi Urinas mingentibus, ſitis minor erit, quam quæ ratione febris expectatur: & Urinæ majores, & ventris ſiccitas, capitis gravitas, & dolores alieni, & vertigines, * & ventris dolores. Interdum patientis huju venter excernit bilioſa. At vero à tempore mutationum Urinarum proſpexeris febris ſolutionem, quemadmodum à concoctionibu qualitates criſium. Veruntamen in Urinis remiſſe albis, quę à febrientibus profluunt, ejuſmodi prędentia reddi poteſt. In hominibu autem ſanis ſi ejuſmodi Urinę apparuerint, mediocrem à frigiditate offenſam arguunt. Sec prędicere in hiſce quoque oportet, quaſnam paſſiones & accidentia ob modeſtiores frigiditates adveniſſe opinatus ſis. Pręterea illud quoque pręſcire fas eſt. Namque accidentia, quæ modo orationi ſubjunximus, non ut ex neceſſitate ſequentia eſſe dicimus, neque raro apparere, neque omnia, neque plura, neque minora, ſed ut contingentia cum ejuſmodi ægritudinibus ſemper apparere, aut omnia, aut plura

* καὶ κατὰ γαστέρα στρόφοι.

aut minora, & ut fert paſſionum magnitudo & tolerantia, & ſentiendi facilitas hominis patientis. Oportet autem prorſus ut is, qui ejuſmodi res conſideraverit, & ſolers, & peritus & doctus ſit.

Cap. III.

De prævidentia ex Urinis ſubſpiceis atque ſpiceis.

SUbpallida & pallida Urina in febribus non ſpectatur. Et ſi contigerit ut cum hiſce Urinis adſint febres, hæ imbecilles ac facile ſolubiles ephemerę quædam eſſe poſſunt. Sed ſi ardentiores febres præceſſerint, Urinæque ejuſmodi poſt apparuerint, ſignificant febrem ſolvi, atque corporis habitudinem jam concedere ad frigidiorem qualitatem, quæ alteratione orta à decente diæta corrigitur atque confirmatur. Hinc ſequuntur Urinæ, quę mediocres apparent, de quibus mox par eſt dicere.

Cap. IV.

De prævidentia ex Urinis ſubaureis & ſubcroceis.

URinis ſubruffis & ſubflavis neſcio an quicquam magis ſanitatem poſſit ſignificare in juvenibus atque adoleſcentibus corporibus.

Veruntamen in ſenibus atque mulieribus (quorum ob frigidam quandam intemperaturam, quę eis naturæ accidit, Urinæ ſunt ſubpallidę) atque in iis quorum Urinæ ab albiores vergentes apparent ob quandam rationem (veluti de hiſce abunde in locis aliis diximus) ſi memoratę Urinæ profluxerint, ſignificant eorum habitudinem verſam eſſe ad qualitatem acriorem, idque ob aſſiduas quaſdam comeſſationes rerum acrium, aut ob exercitia modum excedentia. Siquidem diætæ caliditatem quandam inferentes, in cauſa fuere ut in hominibus Urinę ejuſmodi generentur. Sed cum hæc mediocria ſint, mediocres quoque offenſas pariunt, quę facilius etiam corrigi poſſunt.

Cap. V.

De prævidentia ex Urinis aureis & croceis.

RVffæ flavæque Urinę ob majores occaſiones apparent in ſenibus & mulieribus, atque cæteris id genus: ob minores vero ſpectantur in juvenibus ætate florenti. Quamobrem ejuſmodi Urinæ apparent in iis qui longe recedunt ab illis, qui ſecundum naturam & temperaturam has Urinas faciunt, arguunt cauſas præcedentes majores fuiſſe, atque
f...

ſebre correptos eſſe, bili jam flava per totum corpus diffuſa. † Ergo quot cauſas caliditatis ab opportuna conjectura indeptus fueris, prænunciaveris illas effeciſſe augmentum in bili, præſertim ſi præſciveris diætam, & omnem mejentis educationem. Contulerint etiam rationi tuæ accidentia, quę oriuntur à bili diſperſa corpori. Quandoquidem vertigines ſolent apparere bili affectis, & dolores capitis, ac amaror oris, ciborumque faſtidium atque ſitis non parva. Quinetiam juvenes florentis ætatis, atque calidioris temperaturæ Urinas ejuſmodi mejentes, dixeris decenter etiam ipſos ob ſimiles diætas, & exercitia nimia perveniſſe ad ejuſmodi mejendarum Urinarum conditionem. Quinetiam ſi minores quam quæ dictę ſunt, fuerint occaſiones earum Urinarum, proferre poteris etiam imbecilliora accidentia, atque illos longiore tempore indigere ad ſolvendam paſſionem: minore vero hos qui ſecundum naturam in Urinis memoratos colores adjectos habent. Sed hic quoque de ſubrubeis & rubeis coloribus Urinarum dicere convenit.

† ὅσα μὲν ἐκ τοῦ καιροῦ εἴης στοχαζόμενος αἴτια θερμότητος.

Cap. VI.

De prævidentia ex Urinis ſubrubeis & rubeis.

TAm in adoleſcentibus, quam juvenibus florentis ætatis ſi apparuerint ejuſmodi

Urinæ proprietate humoris tingentis, arguunt non nimium auctam læſionem eſſe. In ſenibus vero, atque iis qui jam pridem naturalem caliditatem minuerunt, cum apparuerint, peſſimæ ſunt, atque quamplurimo tempore indigere ægrum ſignificant ad revertendum ad naturalem conditionem. In quo non parvus metus eſt, ne præafflictata vitali virtute ſolutio paſſionis ſit mors. In adoleſcentibus vero & juvenibus vigentibus ejuſmodi Urinarum colores ſi apparuerint, oſtendunt ſanguineum humorem exauctum eſſe, veluti in iis qui de judiciis Urinarum prędiximus. Tu vero poteris prævidentiam certam facere hac ratione: ut ſi æger uſus fuerit diæta, quę generare potuerit hujuſmodi humorem, aut conſue ſanguinis natura, vel arte vacuatio cohibita ſi Senibus autem raro Urinæ ita tinctæ apparere quibus naturalis virtus etiam valida eſt, atq exercitia & diæta conveniens. Veruntam hiſce opus eſt tempore longiore ad recupera dam ſanitatem. Quinetiam accidens, qu non frequentiſſime eis evenit, aut mort aut longam ægritudinem parit. Namque his debilis eſt virtus contentrix & expultr uſque adeo ut etiam nequeat familiarem h morem continere, ſed potius ita languet ipſum dimittat. Siquidem colores hi ratio augmenti ejuſmodi humoris valde breves ſu & obſcuri in ſenſibus, etſi ratione magnitud

fel

febris colores hujuſmodi appareant tantum, quantum febris magnitudo præſtiterit. Namque ratione receſſus à colore naturali, magnitudo febris comprænditur: ratione vero caſus extranei ab ætate, malignitas febris arguitur: ratione quoque debilitatis naturalis virtutis periculum ſpectatur. Quoniam vero ab incremento bilis rubeæ interdum ejuſmodi Urinæ apparent, decenter conſideraveris hanc exauctam eſſe per ea quę ipſam bilem gignunt. Quæ juvenibus vigentibus maxime inſpicitur, ſed deteriora efficit accidentia, quam quæ ab incremento ſanguinis oriuntur, atque eo deteriora, quo acrior & levior humor hic extiterit. Sed modeſtior quam bilis flava ſtatuitur. Illic enim ſitis perquam moleſta eſt, atque ſomni non multum perturbati: hic vero contra, atque eo plus, quo biloſus humor vergens ad ſiccitatem cum acrimonia ſuperavit ſanguineum humorem. Quintiam coctione & cruditate fiunt quædam crises: tarditate vero & craſſitudine motionum & mutationum tempus longitudinis invenitur. Namque veloci motione ægritudinis cum firmitate genuinæ virtutis, faciles mutationes ad melius fiunt, & celeres ſolutiones ægritudinum ſequuntur: pigris vero ægritudinis motionibus, etiam tempus majus extenditur. Oportet autem in omnibus virtutis firmitatem adeſſe, ne virtute præfatigata ad pejus vergat

 ægritudo.

ægritudo. Quamvis igitur poſt principii latitudinem, atque poſt augmentum ad pravum, & bilioſius colores concedant. Opportet tamen cavere, atque metuere ne prorſus naturalis calor ſuffocetur ab aliena hac ipſa, & corruptrice caliditate. Quod ſi contra, colores ad id quod ſecundum naturam, revertantur, etiam concoctiones in Urinis appareant, fas eſt nos approbare naturę operam, atque ægrotos confidere oportet.

Cap. VII.

De prævidentia ex vineis Urinis.

* οἰνωπὰ χρώματα.

VInei Urinarum * colores pejores eſſe vi dentur ſubrubeis atque rubeis. Sanguin vero bileſcente potius oriri ſolent ejuſmodi co lores. Namque cum ſanguis ab aliqua cauſa a teratur ad mediocrem ſpeciem bilis, tum eju modi colores ſpectantur. Quamobrem minim mirum ſit, ſi quando bili eo pacto excedent ſitis non modica exoriatur, ſomni perturba ſiccitas oris, febris † acumina, deliria tuſſis cu dolore hepatis: quæ mutationibus coloru judicantur ſi prava ſint, an etiam ſalutaria. P ſingulas vero concoctiones judicamus celeri tem ſolutionis. Sed de hiſce alias erit exacti diſputatio; nunc dicamus de paſſeo ita voca colore.

† ὀξύτητες.

ationem, quo magis intellexeris per omnes
concoctiones errores naturæ. Duorum porro
colorum viridium, quos ratio novit, neſcio
uter pejor ſit: cumque uterque alterum ſupe-
rare contendat, neſcio utrum promptius ægro-
tantem tollat. Quantum ergo bilis ſuperans
alios humores vicerit, demonſtrant Urinarum
colores. Videre autem poteris, atque prædice-
re, ubi didiceris accidentia. Namque † inſania
ac aſſidua & intermittens corripit ægrotantes,
vomitus item atque excretio bilis, interdum
puræ æruginoſæ, atque aduſtæ, ſitis aſſidua, &
æſtus, lingua aduſta, * atque hypochondria
ſub contracta. Hæc atque alia id genus ſunt ac-
cidentia † viridis bilis. Sed ſi virtus robuſta
fuerit, & * colores remittantur, atque muten-
tur ad bonos, ſpes eſt hominem ſupereſſe, atque
confidendum eſt. Sin vero nihil ex hiſce aderit,
& Urina ejuſmodi perſeveravit, metus non
parvus eſt, ne ob ſpaſmum à ſiccitate & æſtu
accidentem ægroto, ſomnus quidam ex quo
excitari non poſſit hominem capiat. Eo igitur
pacto per ſingulas mutationes, & concoctiones,
& cruditates prænunciationes ducere oportet
eum qui exquiſite rem conſiderat.

† παρακο-
παί.

* καὶ ἐπηρ-
μένα ἐνιότε
ὑποχόνδρια,
ſublata interdum & inflata hypochondria.

† τῶν χλω-
ρῶν.

* *In duobus exemplaribus hoc loco eſt* χύματα.

Cap. X.

Cap. X.

De prævidentia ex Urinis venetis, lividis & nigris.

* φαιά.

* VEnetæ Urinarum,& lividæ atque nigræ (quæ ultra prædictas ſunt) frequentius ab humore melancholico colorantur. Nihilo tamen minus ob alias etiam cauſas ejuſmodi Urinæ ſpectantur, quemadmodum etiam in iis, quę de judiciis Urinarum, dictum eſt. Nunc ſubjungamus quod conferat ad prævidentiam, quod relictum in diſputatione de judiciis. Igitur quæcunque Urinę ejuſmodi ſpectantur, vel albis, vel aliis ſimilibus coloribus præcedentibus, præſertim ſi vel melancholia, vel febris quartana præceſſerit, atque præter hæc lien fuerit tumefactus plenus humore hujuſmodi, hæ ipſę evacuatæ teſtantur ſolutionem memoratarum paſſionum. Quare oportet confidenter prænunciare. Namque ſi paſſiones hæ ſoleant ob humorem melancholicum excreſcere, prorſus diſſolvi eas neceſſe eſt, evacuato humore augente. Quamobrem paulatim procedentes ad id quod ſecundum naturam eſt, tolluntur. Quinetiam cum Urinæ virides ac lividę præceſſerint, decens eſt tanquam delaſſatam medelam cedere. Ad extremam enim pravitaten

tum

rum evectæ ſunt paſſiones, ſi earum aliæ à ca- liditate, aliæ item æqua ratione à frigiditate generentur. Hæ enim qualitates cum ad ſummum terminum excreverint, ſolvere conſueverunt * compaginem corporis, virtute naturali minus ſuſtinente † incommoderationem. Ad hæc in febribus mediocribus ſi forte ejuſmodi Urinæ apparuerint diebus non criticis, fueritque valida virtus, mortem minantur. Neque idcirco vincentur ægri, ſi duo bona, cum uno ſigno pravo pugnarint. Quod ſi febris fuerit acuta, tum mors expectanda eſt, maxime ſi * judiciaria dies fuerit indicans. Sed de judiciariis diebus aliis in locis dictum eſt à ſapiente Galeno. Licet tamen nobis hoc pacto inter diſputandum de eis dicere, quantum videtur convenire diſciplinæ de Urinis. Namque nitentibus exquiſitoria diſcere, ars tradita à Galeno conferet. Quoniam vero de prævidentiis in coloribus Urinarum contemplatis, à nobis dictum eſt, par eſſe videtur ut hac in parte oratio de eis terminetur. Poſthac vero aggrediamur diſputationem de ſubſtantiis Urinarum, veluti etiam in aliis libris inſtruximus. Deinde de contentis, atque cæteris quę in hiſce ſpectantur.

* συνέχειαν.

† ἀμετρίαν.

* κρίσιμος

Cap. XI.

Cap. XI.

De prævidentia è conſiſtentia Urinarum.

CVm in Urinis conſiſtentiæ tam multæ, & variæ conſiderentur: quarum plures utique intermediæ ſunt, nominibus propriis vacarunt: de quibus diligentius in iis quæ differentiis Urinarum ſcripta ſunt, determinatum eſt. Nunc conveniens eſt ut etiam ſuper eis prævidentiam aperiamus: quę nihilominus, quam quæ dicta ſunt, conferens erit tractationi de Urinis. Quæcunque igitur Urinarum conſiſtentiæ mediocriter concretæ ſunt, facileque ſolvi poſſunt concedentes ad mediocritatem: etiam modo quodam virtutem confirmari ſignificant hac ratione. Quantum vero receſſerint verſus † immodeſtiam, declinantes à mediocritate, tantum dejectam eſſe virtutem oſtendunt: atque humorum in corpore manentium ſubſtantiam quantitate, quam qualitate diſtare ab eo quod ſecundum naturam eſt. Veruntamen immorandum eſt hac in parte, atque declarandæ ſunt ſingulę quæ ſpectantur Urinarum conſiſtentiæ. Tenues ergo ſubſtantiæ quam ob cauſam appareant, & quid ſibi velint, in libris ſuperioribus explicatum eſt: nunc reliqua ſubjungentur. Namque tenues conſiſtentiæ, quæ in eodem manentes perſeverant, arguunt paſſionem quæ corpus occupant

† ἀμετρίαν.

ccupant, accidentia tum manere, tum etiam
ortaſſe increſcere, tanquam nondum erigente
natura ad occurrendum humoribus affligen-
bus. Siquidem convenit, ut accidentia incre-
ant paſſione quæ corripuit, inſtante, atque
aturali virtute paulatim ceſſante. Quando-
uidem in primis diebus ſi valida firmitate re-
ſtere ipſa virtus videatur, aut parum ſe erige-
e, quantum tunc par eſt, reliquo tempore in-
erior reddita cedit. Quamobrem colores in
Vrinis tenuibus pejores apparebunt, atque ma-
ifeſtiores erunt cruditates. Hæc tu igitur ubi
onſideraveris, prænunciaveris aut naturam
nulto tempore indigere ad ſanandum, modo
um etiam virtus firma ſit, aut ipſa nequeunte
anto tempore pugnam tolerare ut victrix eva-
lat, ægrum ſubire vitæ damnum. Quod ſi im-
nodicæ tenuitates remiſſionem fecerint, atque
ccidentia diminuantur, virtuſque tanquam
efirmata procedendo concoctionem inducet.
Quamobrem hæc intelligens, decet ut ægrotis
alutem prænuncies. Neque ignorare oportet
colores commiſtos quod tenuitatis præſentis
aliquid phantaſiæ aufertur, quatenus colores
mixti fuerint cum conſiſtentia, quemadmo-
dum multus color aufert craſſitudinem. Ve-
runtamen decens eſt ut poſthac de hiſce diſpu-
tetur, præſertim ſi hæc quoque conferant ad
capeſcendam diſciplinam. Quare ut par eſt, de-
inceps conſiderandum eſt.

Cap. XII.

CAP. XII.

Quod quanto magis Urina coloratur, eo plus præſentis tenuitatis ſummovetur imaginatione.

TAntum ſummovent tenues ſubſtantias Urinarum imaginatione cæteri colores, quantum ipſi ab albo receſſerint. Quum dictum ſit id tenue eſſe in Urinis, quod eſt maxime pellucidum: color autem albus maxime aëreæ ſubſtantiæ particeps eſſe voluit. Decenter itaque utriſque coëuntibus in corpore tranſlucidiſſimo matulæ, facilius viſus per omnia tranſit, nihil reſiſtente corpore tranſlucido. * Namque viſus tum eſt actu viſus, cum firmatur ſuper corpore tranſlucidum terminante. Namque in tenuibus, & aëreis neutiquam firmatur, cum undequaque tenuia ſunt, & tranſlucida. Conveniens eſt etiam in Urinis, ſimili ratione habita, ut tenues cum albo colore, potius quam cum alio colore penetret viſus. Veluti viſus magis impeditur in corpore minus pellucido, ut difficilius pertranſit, quemadmodum facilius pertranſit in albis: ita ut ex hiſce liceat inferre, illis minus tenuia eſſe hæc, in quibus tempore majore viſus per colores immoratur. Quinetiam tantum inter ſe colores differre ſummovenda tenuitate per phantaſiam, quantum cæteri colores recedunt ab albo. Atque compertum jam eſſe videtur idipſum Urinis

* ἐπεὶ γὰρ ἡ ὄψις τότε δὴ ἐντελέχεια ὄψις ἦ, ὁπόταν ἀπερεισθείη ἐπὶ συνεστηκότος σώματος. *Nam viſus tum perfectus eſt quum in corpore aliquo compacto & ſolido firmatur.*

iis,

s, quæ cum conſiſtentia ſint tenues, colore vero nigrę, difficilius ſpectantur in matulis. Quandoquidem hæ nigræ fere tota perſpicuitate privatæ ſunt: tum contrarietate, quam habent cum maxime albis, & perſpicuis, tum participatione potiore naturæ terreſtris. Atque decens eſſe ut quę à perſpicuitate verſus oppoſitas deciderint, hæ decidant menſura ſimili qua nigra paſſim recedunt ab albis.

Cap. XIII.

Quod quanto magis craſſeſcunt Urinæ, eo plus coloris ſummoveant, qui inerat priuſquam illæ craſſeſcerent.

AT vero ſuper iis quæ craſſitudine ſummovent colores, ejuſmodi ratio haberi potest. Siquidem corpora perſpicua ejuſdem ſubſtantiæ, quo magis ad tenuitatem acceſſerint, eo translucidiora efficiuntur. Namque quæ translucidiora ſunt, hæc puriores, & proprios colores pręſentant: viſuſque tam facilius tranſit per tenuiora, quam facilius ſuſtinet colores, qui in ipſo recepti ſunt. Decens itaque eſt ut colores ſummoveantur, tum ab ingenita craſſitudine, tum etiam quod viſus in ſuperficie rerum craſſarum requieſcens non pertranſit. Ad hæc quum lævitas multa differat ab aſperitate ſuſcipiendo viſum: craſſa vero magis ſimilia ſint aſperis corporibus, decens eſt ut

craſſitudo auferat colorem in iis: quemadmo-
dum * mare vento criſpatum ratione aſperita-
tis aufert colorem qui aderat. Quinetiam idem
diſcere eſt in lapidibus adeptis ſuperficiem
quandam. Namque ubi arte & complanati, &
lævigati fuerint, eorum colores evidentiore
ſpectantur, quam qui adhuc aſperi manent. Sec
de hiſce ſatis hactenus dictum eſſe arbitror
Poſthac explicanda ratio eſt ſuper iis, quæ pu
tantur in Urinarum craſſa ſubſtantia, ubi de te
nuibus ſufficienter tractatum ſit.

* *φρίσσουσα θάλαττα, Mare aut dicitur, φρίσσειν, ὅταν ὑπὸ τῶν κυμάτων τραχύνηται, i. cum à fluctibus aſperum redditur.*

CAP. XIV.

De prævidentia ex craſſa Urinarum ſubſtantia.

CRaſſæ Urinæ ſi in febre ſpectentur, u
tenues & tranſlucidæ præfuerant, proc
dente ægritudine, demonſtrandum prædice
dumque eſt, quod ſtatim declinatio futura ſ
Namque hoc caſu videtur natura ſuperaſſe m
teriam, atque tum incipere illam concoque
ita ut excretiones ventris fieri poterint coac
& concocta materia: eoque melius & tuti
quo citius vel plus craſſitudinis inerit, vel u
verſæ materiæ excretio fiat. Convenit itaque
poſthac paulatim ablata craſſitudine tanqu
concocta, & minuta materia quę affligebat,
cidentia diſſolvantur, naturalibus excretioni
exauc

exauctis, atque Urinæ ad proprium colorem revertantur. Quod ſi una cum acceſſione febris Urinæ craſſę ſpectentur, quæ neque proceſſu temporis deſinant craſſeſcere, neque ſi deſiverint, attenuantur, ſed ſemper aut craſſitudini addant, aut ſi non addiderint, non etiam tenuentur, neque ad meliores colores mutentur: diſcere licet tum adeſſe virtutis infirmitatem, atque conjectare multitudinem non parvam humorum, ita ut metus non parvus ſit, ne defatigata jam natura, ſuarum actionum obliviſcatur. Quo quid eſſe poteſt pejus corpori ejus actione conſtante? Veluti non jam pridem in adoleſcente vidimus? Is enim corporis firmitate, & magnitudine præſtabat, ſed plurimis atque variis utebatur, ſine ulla vivendi ratione, eſcis. Quinetiam adoleſcens interdum corripiebatur à febre continua, atque incidendo in ventris fluxus liberabatur. Sed tandem captus à febre accenſa à magna putredine, me vocavit, mihique curam ejus credidit. Erat dies tertia qua ad eum accerſitus ſum, veni, & æger * non mediocriter ſe habebat. Tetigi pulſum, novique non parvam febrem à putredine humorum genitam eſſe. Deinde matulam vidi multam craſſitudinem continentem, uſque adeo ut majorem non potuiſſet habere, cujus color erat varius & alienus. Non enim videbatur albus, neque † rubeus, neque niger, neque ruffus:

* οὐ μετρίως εἶχε.

† κυῤῥὸν, κυῤῥὸς, eſt rubeus *ſilutus, gilvus à quibuſdam latinis dicitur, Galli clairetum vocant.*

ruffus: atque omnibus his coloribus ita appa-
rentibus, nihil tamen exacte ſecretum, & defi-
nitum proprio loco erat: neque valde miſta, ſed
mediocri miſtura erant. Hanc itaque alienam
ſpeciem intuitus, vehementer admiratus ſum,
atque viſus ſum intelligere magnam humorum
corruptionem, niſi verius quidam intuitus eam
Urinam ab homine obortam dixiſſet eſſe * hu-
morum reſolutionem quandam in elementa.
Quinetiam præter hæc aderant excretiones
ventris immodicę graviterque olentes humo-
rum corruptorum, qui jam cœperant impetum
fluendi per infernas partes, atque quædam diſ-
ſolutio totius corporis ejus aderat ob vehemen-
tiam febris, & magnitudinem evacuationis vir-
tute dejecta. Namque bilis pura, & velut
aquea profluebat multa, & aſſidua ſurrection
excedens mediocritatem. Ea itaque die ho
pacto male ſe habuit. Poſtea vero etiam Urin
excretionem continuit: tum quia totus impetu
materiæ in ventrem conceſſerat, tum quia fe
bris vehementia exiccatus fuerat muſculus cir
ca veſicæ collum, qui continet ne Urina intem
peſtive effluerct. At vero uſque adeo † remiſ
eſt virtus ejus concoctrix à magno moment
materiæ fluentis deorſum, ut jam mortificat
videretur. Quinetiam è naribus aliqua fruſt
ſanguinis mortificati effluxere, atque per fau
ces expulſa ſunt. Quod ubi medicus quida
ex iis qui frequentabant, vidit, venam incid
cu

* ἀναστοιχείωσίν τινὰ τῶν χυμῶν.

† παρεῖτ.

m nihil opus eſſet, arbitratus ſanguinem ex-
lli debere ob multitudinem. Quoniam ve-
quarta dies jam erat ab ea qua Urinam con-
uit: veſica vero extumuit à multa collecta
rina, nec viam ad exitum habente, & dies
n ſexta erat, atque ſpaſmus immodicus cor-
uit ægrotum: atque eo modo facilius pro-
ata reliqua virtute ſuccubuit æger acciden-
us. Et hoc jam relatum nobis eſt, quod non
lde decere videbatur, craſſitudine Urina-
m orationem attrahente. Quoniam autem
cens eſt ut aliqui noſſe cupiant hanc alteram
toriam, eam ſubjunxeris prædictis ob Uri-
s ſimiles enarrandam. Namque ubi ea non
propoſito diſcrepet, ſi non etiam referretur,
iſſet ſtudiis hiſce incumbentem mediocri af-
ere triſtitia. Venit igitur quidam * à pagis
nos matulam ferens, Urinam ſane quam
iſſam, atque variam continentem, ac probe
alis ea quæ juvenis paulo ante dicti fue-
. Solum enim ab illa diſcrepabat, quod
n videbatur ruffa, & (ſi liceat exemplo
ionem oſtendere) nebulis ſimilis erat, quæ
n uſquequaque averſæ ſoli, neque illu-
atæ, craſſæque ſuapte natura manentes ver-
olores ſpectantur. Is ergo qui matulam ha-
bat, aquam intercutem patiebatur, at-
e tumidus erat, retulitque jampridem
graviter ægrotaſſe, atque ægritudine ſolu-
m incidiſſe in eam paſſionem. Mihi viſum

* ἀγρόθεν.

eſt, hominem, cum debilis eſſet concoctrix virtus, victu abuſum eſſe: ita ut eam ob rem inciderit in eam ægritudinem, multitudine crudorum humorum in corpore cumulata. Atque tum abiit edoctus quo victus modo uti deberet. Neque deinde audivi quid actum ſit ab eo, ut qui ad me poſtea non redierit. Quin etiam tu qui his rebus incumbis, intelligens vehementer craſſas Urinas adeo pravas eſſe, etiam haſce (ut par eſt) prænunciationes ſuper eis facito, ſpectans naturalem virtutem, atque mutationes ſubſtantiarum & colorum Urinæ. Et ſi fuerint tenuatæ, & meliores colores ſuſcipientes, expectandum eſſe affligentium remiſſionem, ac declarandum illa abitura. Sin vero ad contraria conceſſerint, dicendum mala ſucceſſura eſſe, atque avertenda eſſe: ea enim tum arguunt magnam virtutis debilitatem, tum magnam repletionem malorum humorum. Sed de ſubſtantiis Urinarum oratio hic terminetur, ubi de eis ſufficienter dictum ſit. prudenti viro regulæ habentes ſolis verbis veritatem, porrigant momenta ad ægritudinum prævidentiam: poſthac vero decens eſſe videtur ut de contentis dicamus, ſic præſtitu ordine orationis poſtulante.

CAP. X

Cap. XV.

De prævidentia ex contentis diſſimilaribus.

QUod contenta quæ ſunt alba, lęvia, atque æquabilia per omne tempus apparentia, tutam conditionem, atque ſanitatem ſignificent, Hippocrates primus docuit, tum experientia etiam cum ratione edocuit. Quantumque hæc minuuntur, tantum eſt imminuta ſanitas, pro modo receſſus ab eo quod ſecundum naturam eſt. Quinetiam cætera ſecundum naturam & ornatum habentibus contentis, proprium vero locum non habentibus, quantum à fundo matulæ diſtulerint rurſum verſus concedentia, eo plus eſſe ſpiritus attollentis aç levem reddentis ſubſtantiam, oſtendunt: arguuntque illa loca corporis male ſana eſſe, ad quæ contenta contigit concedere, habita ratione humani locorum corporis, & matulæ. Atque in eodem loco perſeverantia majus nocumentum cum debilitate virtutis ſignificant: quæ ſi in eo loco pauco tempore manſerint, *modicum momentum oſtendunt. Tale autem ipſe quoque memini me vidiſſe in quadam muliere, quæ à quodam Syro pharmacum purgatorium datum, bibit. Quoniam illud fuit acrius, intra parvum tempus purgavit quæ oportebat, ſed acrimonia procedens etiam

*μετριώτερα πέφυκε, *i. moderatiora ſunt.*

inteſtina tetigit. Ergo ſanguinolenta excrementa ferebantur, ac dolores & in ſuperiore ventre, & inteſtinus ſequebantur. Id ubi vidit Medicus, atque alii qui ægrotanti præſto erant; ſiſtere conati ſunt ſanguinolenta illa, & multum ſiſtentibus uſi ſunt. Mulier vero ita affecta tunc viſa eſt ſana eſſe. Sed tamen pauco poſt dies, circa hypochondria ſenſit pondus atque dolorem. † ἀποσιτίη. Atque præter hęc, † faſtidium cibi mediocre, ac ſitis aderant, Urina interdum turbulenta & craſſa erat, & externo igne contenta extenuata, habebant medium locum humoris. Interdum non etiam erat Urina craſſ & turbida, atque nihilominus contenta in eju medio loco ſpectabantur. Ego igitur hæc videns, conſiderabam à pharmaco jampridem dato non mediocrem materiam attractam fuiſſ à profundioribus partibus corporis, atqu illic conceptam eſſe ob abuſum medicaminu adſtringentium, atque cibos aſſumptos, cu ejuſmodi adſtringentium generibus induxiſ obſtructionem arbitratus ſum: atque dice eam oportere uti clyſteribus & glandibus, v debam me recte conſideraſſe, & ita fieri ut a grota liberaretur quodammodo à ſuis dolor bus. Veruntamen cum hęc ipſa remedia no poſſent uſquequaque illam ſanare, idcirco ſu didi, opus eſſe ut majore purgatione, qua quæ ex clyſtere eſt, uteretur. Neutiquam pe ſuaſi: non enim parum metuebat ab eis qu

pride

pridem acciderant, videbamque ipſam non defecturam, quod multum experta eſſet. Neque mihi ea proponenti aſſentire voluit, à memorato timore adhuc diſtenta. Ubi vero pauco poſt tempore lapſa eſſet in pejora, accerſivit virum quendam inter doctos artis medicæ celebrem: qui precibus ejus parens profectus eſt, arbitratuſque eſt ægrotantem incidiſſe in paſſionem hypochondriacam. Quæ paſſio non adhuc erat, ut mihi viſum eſt. Veriſimile tamen erat futuram; ſed ille paulo poſt purgativum medicamen bibere perſuaſit, dixitque non alio modo illam liberari poſſe à paſſionibus eam occupantibus, niſi crediderit documento eorum qui recte judicare ægritudines ſciunt. Quia vero parvum momentum interdum maxima poteſt: nam nos quoque laudavimus viri illius ſententiam: perſuaſa eſt ægrotans, atque pharmacum mediocriter purgans ebibit, ſtatimque liberata fuit. Hoc pacto contentorum converſatio facta à fundo matulę ad alia loca, oſtendit proportione quadam partes male ſanas corporis. Namque excrementa ſani corporis natura deorſum feruntur ut expellantur, ſi forte ad loca contraria expellantur, illic aggerari conſuevere, atque tractu temporis patientem affligere. Quinetiam quæ ſublimantur aduſque medium Urinæ humorem, potius materiam tetigiſſe hypochondria, & viſcera, atque etiam pectus arguunt.

At vero quæ ut nubes innatant, demonſtrant materiam paſſionem eſſe in capite. Præter hæc addam alteram hiſtoriam, ut magis quæ dicta ſunt, clare ſpectentur. Quidam familiaris meus jacebat febriens, ac Urinarum contenta prorſus ſublimata primo ſpectabantur, ac deinde * nubila erant: æger vero cœpit delirare atque abſque ſenſu jacens naturales neceſſitates implevit. Undecima die contenta in ſuperficie Urinæ innataverunt alba, & ſubtenacia, atque qualia dicta ſunt in libro de differentii Urinarum, qua contraria ſunt aſperis: videbuntur enim craſſiora eis quæ ſecundum naturam ſunt, atque veluti diceres, † ſpermatica. Die ſequenti hanc, atque altera (ut arbitror) nihil contentorum in Urinis viſum eſt. Paul poſt remiſſa eſt hominis inſania * omniaqu cœperunt melius habere, quæ paſſus fuerat nondum exacte ad priſtinam valetudinem re verſus erat, quum parotides utrinque ſuborta ſunt. Quę ubi maturatæ, & apertæ fuerunt, cu ratæ ſunt. Videbantur igitur illa contenta ſem per † ſubnubilantia, ſignificare inclinationem materiæ ad illa loca. Hæc ergo decet nos qu hiſce rebus ſtudetis, diſcere, atque proferre vu tis decentia. Atque hæc contenta alba, & no permixta corpori diverſi generis ſolo loco di ferentia, ejuſmodi partes langueſcere ſigni care ſolent. Quod ſi aliqua diverſi generis co pora cum eis immiſta fuerint, ſignificant

colo.

* ἐπινέφελα.

† γονοειδῆ.

* ἐῤῥαΐσε πάντη, omnino melius cœpit habere.

† ἐπινέφελα.

colore humorem. Si vero ejuſmodi contenta omnino fuerint diviſa, atque occupaverint chymatis latitudinem, etiam proportione in ægro paſſionum ſenſus excitantur ad ejuſmodi partes, expulſa materia à notho ſpiritu. De quibus ubus dictum eſt in iis, quæ de judiciis Urinarum. Pravo colore quinetiam contenta eo peres affectus corporis enunciant, quo magis conceſſerint ad fundum matulę: veluti concedunt eo contenta ſecundum naturam. Eneoremata enim nigra, ſi deſcenderint ad fundum, ſiguunt ægritudinem perveniſſe ad ſupremam gravitatem. † Eadem quo magis ſubnubilantur, eo potius ægrum ſupereſſe poſſe oſtendunt, confirmata naturali virtute. Siquidem illa demonſtrant naturam veluti victam cedere, hæc vero quodam modo repugnando propellere: quod contentis his accidens, modo contraria ſe habet contentis ſecundum naturam: contenta vero bilioſa, & ſanguinea, & ruſea ut rationem mediam tenent, inter ſana & ea quæ maxime prava ſunt, ita mediocritatem obtinuerunt in criſi, hæc enim indigent longiore tempore ad concoqendum. Quamobrem oportet ut conſideretur virtus ægri, atque ad illum ratione habita proferatur prævidentia. Sed hic contentis cumulatis, & plus matulæ poſſidentibus, atque craſſitudine differentibus à mediocritate, hoc pacto licet diligenter diſcere. In initiis atque augmentis ægritudinum apparen-

† καθόσον ἐπινεφελῶται.

apparentia, præſertim ſi febris fuerit non contemnenda, arguunt humorum copiam quæ indiget ad concoquendum firmitate virtutis, & tempore, & fortuna bona, ut arbitror. Quamobrem conjecturam feceris ab hiſce, anguſtias meatuum eſſe circa pectus, veluti à multitudine humorum ſeptum tranſverſum arctaretur. In vigore vero ſummo febris, atque declinatione, contenta illa ſalutaria & bona ſunt, cum febris impetum cœperit in ea. Diſputatio autem de hypoſtaſi orobea, & furfurea, & laminea, & * ſimulacea ſuperius, atque quantum expediebat in iis quæ de judiciis Urinarum tractata eſt. Hac vero in parte illud eſt ſubdendum de ipſis. Namque ſi ejuſmodi contenta plura fluxerint, atque in pejora proceſſerint, fas eſt pronunciare mala eſſe, atque naturam laſſatam deficere, quod illa corporis habitum & compagem corrumpant. Contra vero ſi pauca apparuerint, atque ad minus mala aſſidue vergant, pronunciandum ſalutem ægri adventare, atque ſperandum eſſe. Habes jam (ut arbitror) diſputationem ſuper contentis ſatis explicatam iis, qui brevitatem orationis amant, iiſque qui quamplurima mediocri oratione diſcere cupiunt. Poſt hac ad reliqua tranſeamus. Quum igitur notum ſit, ratio quæ ſuper bullis eſt, quantum conferat ad judicandas Urinas, velut de hiſce illic diximus: nunc quoque ſubjungamu[s]

* χειμνώδη.

..amus quantum ſatis eſſe videatur ad prævi..endum.

Cap. XVI.

De prævidentia ex bullis.

Bullæ apparere in Urinis ſanorum innatántes exiſtimantur ob frigidos ſpiritus, præ..rtim ſi majores, & diffuſæ abſque ordine in..iciantur. In iis vero qui febre laborant quæ ..ondum antea viſę erant, ſolutionem prope fe..ris ſignificant. Namque ubi apparuerint, ſatis ..nt ut perſuadeant febris præteriiſſe vigorem, ..que declinare: ſuntque veluti obſcura quæ..m ſigna concoctionis, atque tùm exiſtiman..r nuncia contentorum concoctorum. Inter..m pro bullis non apparentibus ſufficiunt craſ.. † ſpumulæ, veluti in vino apparere ſolent in..tantes. At vero ſi bullæ una cum febre appa..erint, atque proceſſerint, dolores non modicos ..pitis arguunt. Sed etiam periculoſos, maxime ..cum tenui ſubſtantia Urinæ veluti corona in..taverint: cum craſſa ſubſtantia vero tanquam ..m modeſtiore, bullę quoque moderatiores ..parent, & moderatiora ſignificant. Quod vero ..c dictum eſt ſignum eſſe fluxionis in pulmo..m, quum in præcedente capitis dolore viſum .., hoc pacto ſe habet. Nam poſtquam ęſtas ac..ſſerit, tunc enim potius quam alias accidere ſo.. ut homo efficiatur calidior, ſitis eum capit, at..e plura quam par eſt, pocula ebibuntur. Tunc inquam

† αἰλάμπαι, vox ea ſignificat craſſiorem ſpumam vino innatantem.

inquam caput deſiccatum attraxit humidita-
tem multam, atque repletum eſt ea, pauloqu
poſt dolorem illum, atque pondus mediocri
paſſum eſt. Attracta humiditate plus quam de
ceat, ut dictum eſt, eo quod capitis ſubſtanti
effecta eſt calida, nequit tantam humiditatem
concoquere, caput ipſum non dominans humi-
ditati, à qua dolores generantur. Veruntame
ubi caput gravatum eſt, tum humiditatis pa
aſſumitur, pars ſolvitur, eaque delata deorſum
& ſubtilitate ſua defluens in pulmonem exc
tavit tuſſes, atque parvum quoddam in ven
trem ſuffluens, tantundem conturbavit. Atqu
in ſanis & ægris ejuſmodi apparentes Urina
ſimilia ſignificare poſſunt. Veruntamen
ægris, vel multæ potionis alicujus oblatio, v
ſiccitas orta à dolore, atque aliæ cæteræ cau
differentes ſunt munere hoc ipſo faciendæ pr
videntiæ. Bullæ quinetiam quæ dolorem c
pitis ſignificabant, ſi brevi diſſolvantur, ſign
ficabant dolores quoque diminui. Quæ ve
uſquequaque ſunt & majores, atque abſq
ordine diffuſę per matulam, arguunt dolor
qui præceſſerunt, diſſolvi. Quia vero bullaru
ſignificantium dolorem capitis, aliæ ſunt p
totam coronam, quę etiam ſignificant tot
capitis dolorem, aliæ per dimidiam corona
quę medietatis capitis dolorem arguunt, atq
reliquę proportione, reliquum idipſum d
cendum eſt ex hiſce quę dicta ſunt.

Cap. XV.

Cap. XVII.

De prævidentia ex coloribus diverſis ipſius coronæ, & male olente Urina, & colliquaminibus.

SUper coloribus diverſis, qui in corona ſpectantur, hoc pacto opinari oportet. Namque colores coronę, ſi pejores fuerint, quam qui ſint reliquę ſubſtantiæ Urinæ, referre oportet malos eſſe, atque eo magis, quo pejores apparuerint. Quod ſi meliores fuerint, fas eſt, proferre illos eſſe in principio dominii naturę. Illinc enim veluti à principio natura inciperet vel ſuperare, vel ſuperari, licet per judicia è coloribus coronę habita ut decet, ſcire ſalutem & mortem. Veruntamen ipſę coronæ, cum non multum concolores ſunt reliquo Urinę fluori, neque apparent, tum à colore totius eſt ratiocinandum. Quando vero colore differunt coronę, ſunt manifeſtę ſapientibus. Inde vero conſtandę ſunt motiones corporis. Atque de coloribus coronę dictum eſt ſuperius etiam in iis, quę de judiciis. Quamobrem etiam id quod nunc dictum eſt, ſi additum ſit illi, fortaſſe ſatis eſſe videbitur iis, qui ex brevibus ratiocinando capiunt plura. At vero nunc recordati ſi quid prętermiſſum fuerit, clauſerimus hac in parte librum primum de prævidentia. Igitur Urina male olens cum pravo chymate, & continentis profluens, arguit omnem corporis habitudinem † mortificatam eſſe, ita ut opinandum ſit,

† νενεκρῶσθαι.

ſit, mortem vicinam eſſe. Alio modo ſi ſe Urina habuerit, pronunciandum conferre, maxime ſi pus ſubſiderit. Ille enim malus odor ſignificat plagam alicujus internæ partis corporis. Et ſi procedente tempore minor fuerit odor & pus, fortaſſe naturam præſtare conjectare poteris. Si vero contraria fuerint, pronunciandum mortem futuram. Quinetiam ſi colliquamina continua innatantia, & veluti aranea apparuerint, malum eſt, atque proferendum eſt, vel renes læſos eſſe, vel corpus non ali, colliquatione præſente. Atque hac in parte hæc finiantur. Quoniam vero decentem menſuram fecimus huic libro, hoc in loco diſputationem terminamus, ubi percurrimus quæ in coloribus & ſubſtantiis & contentis, & quæ in hiſce ſpectantur, & in coronis & bullis & odoribus atque colliquaminibus innatantibus ad prævidentiam conferre ſolent. Quæcunque vero reliqua ſunt liber ſequens continebit. Namque forte in illo omne munus diſciplinæ hujus terminarimus. Illic etiam referenda ſunt, & quę decentia, & quæ relicta ſunt: quamvis accidat nos (cum homines ſumus) etiam aberrare, etſi in aliis multas cauſas invenerimus. Ignoſcat nobis prudentior, minime ſpectando id quod ſummum eſt in arte, ſed potius addat quodcunque contemplatus præter hæc adinvenerit in ægris & ſanis, tractationis utilitatem ſpectans.

Libri primi de prævidentiis ex Urinis,

FINIS.

A

ANNOTATIO CAPITVM
Eorum quæ libro ſecundo
DE PRÆVIDENTIIS
EX URINIS
continentur.

CAP. I. DE prævidentia ex Urinis hypoſtaſi privatis.

CAP. II. De prævidentia ex Urinis febrium deficientium.

CAP. III. De prævidentia ex Urinis continuarum febrium.

CAP. IV. De prævidentia ex Urinis profluentibus in unaquaque cordis affectione.

CAP. V. De prævidentia ex Urinis facta alteratione in pulmone.

CAP. VI. De prævidentia ex Urinis ab hepatis affectibus.

CAP. VII De prævidentia ex Urinis ab affectibus cerebri.

CAP. VIII. De prævidentia ex Urinis ab affectibus ventris.

CAP. IX. De prævidentia ex Urinis profluentibus à coſtarum paſſione vera & non vera.

CAP. X. De prævidentia ex Urinis ab affectis renibus & veſica.

CAP. XI. De prævidentia ex Urinis ab affectis colo & inteſtinis.

CAP. XII. De prævidentia ex Urinis ab affectis utero & podice.

CAP. XIII. De prævidentia ex Urinis ab affectibus extremitatum membrorum.

CAP. XIV. De prævidentia ex Urinis ſuper ægritudine, an velocius an tardius ſolvatur.

CAP. XV. Brevis repetitio capitum totius diſputationis.

CAP. XVI. Quonam pacto ad ejuſmodi diſciplinæ genus promotus ſit autor.

ACTUARII DE PRÆVIDENTIIS EX URINIS

LIB. II.

PRÆFATIO.

EXercitationem, ſtudiumque * præ- videntiæ, olim Hippocrates vir ſa- pientiſſimus adeo magna cura am- plexus eſt, ut etiam prognoſtica ſcrip- ta reliquerit. Atque poſt Hippocra- tem, tractata eſt ars à Galeno Pergameno uſque adeo, ut ſi quiſquam alius ſecutus eos fuerit (et ſi aliquid ipſi etiam prætermiſerint) is multum hu- rei providerit. Namque abſque ratione ſi quiſ- quam curationem aliquam fecerit, id fortunæ po- tius, quam artis opus eſſe probatur. Sed ſi qu- ratione ægritudinibus curandis operam dederit, pr- dixeritque tam præſentia quam quæ antea even- runt, atque ea etiam quæ ventura ſunt, cenſebitu- id eſſe artis munus omni veneratione colendum. Quinetiam non parvam, † perſuadendi gratia- atque autoritatem exercentibus affert ipſa præv- dendi facultas. Ægroti enim audientes ab his - quæ patiuntur, antequam ipſi revelarint, prom- ptiſſime ſalutem eorum his medicis credunt. Atq- medici ejuſmodi cum tuto fundamento, atque pe- currente ratione & dicunt & tractant ea qu- oport-

* προγνώσεως

† πιστὼ

ortet. Quinetiam fama bona per ora multorum agatur prævidentiæ in ægrotis quæ iis qui exercue-unt ſe, præbet ut digni fide habeantur. Cum igitur ulta ſint e quibus quiſquam exercendo parat rævidentiam, nihilominus quam alia extitit præ-dentia ex Vrinis. Non enim in hac qui ſe exer-tit, ut arbitror, etiam tantillo aberraverit à rævidentia quæ agenda ſit ſuper omnibus paſſioni-us humano corpori accidentibus. Igitur ubi in bro ſuperiore pertractavimus omnia quæ vide-ntur conſentanea eſſe ſuper coloribus & ſubſtan-is & contentis, atque aliis quibuſdam, nunc rompte reliqua diſputando ſubjunxerimus. Quo-am vero Vrinæ hypoſtaſi privatæ primum con-rre poſſunt ad prævidentiam faciendam, de eis imum dicemus, deinde de cæteris tractabimus: eluti ſunt ea quæ in differentiis febrium dici ſo-nt, atque in membris internis affectis. Atque æter hæc etiam quæcunque diebus decretoriis, & n decretoriis Vrinæ poſſint oſtendere.

Cap. I.

De prævidentia ex Vrinis hypoſtaſi privatis.

ETſi inter Urinas illæ quæ hypoſtaſi ca-rent, ſint malæ, ut par eſt, non parvam men differentiam ſortitæ ſunt. Siquidem in utis febribus circa initia & augmenta ſi non paruerint contenta, ſignificatur non parva rtutis debilitas. namque ad tantam imbecilli-

 tatem

tatem ipſa pervenit, ut ob vehementiam cau-
ſarum affligentium, neceſſariarum actionum
oblita ſit. In quo quid aliud quiſquam dicere
poterit, quam ægritudinem non perventuram
aduſque ſummum vigorem, defatigata natura.
Atque hiſce in febribus multæ vigiliæ fiunt,
immodicæ tumultuationes, * ſeminſaniæ, an-
xietudines, atque hiſce pejora, ægritudine mi-
nante mortem. Quod ſi febres mediocres fue-
rint, atque in initiis, & augmentis ejuſmodi
Urinæ apparuerint, evenit ut ſimilia accidentia
ſpectentur, ſed eo moderatiora, quo & virtus
ſit firmior, & febres mitiores extiterint. Siqui-
dem par eſt ut aliquando virtus ſe revocet, ubi
non adeo oppugnata fuerit à cauſis ægritudi-
nem inferentibus, atque concoctionibus indul-
geat, atque contenta præſentet, quæ alicuju
concoctionis ſigna ſunt. Accidit quinimo in-
terdum cum Urinę tenues, ac hypoſtaſi privat
ſint, febriſque fuerit mitior, ſi * aliæ quædam
concauſę aderint, ut abſceſſus generetur in al-
qua parte corporis, in qua ſe febris cumulat
collegerit. Concauſæ vero eſſe poſſunt hybern
aëris qualitas, † injudicabilis conditio, & mo-
tio erratica & incerta ægritudinis, atque æg
virtus mediocriter debilis. In initiis itaque
augmentis ægritudinum ſi Urinæ hypoſta
privaræ apparuerint, hæc ipſa prædicere pote-
ris. In declinatione vero ægritudinis ſi ejuſmo-
di Urinæ ſpectatæ fuerint, non multum dam-
nai

* παραφροσύναι *delyria.*

* ἕτερα τὰ συνεργὰ αἴτια.

† ἀκρισία, *q. d. criſeos & judicii carentia. quid autem vox ea ſit, exponit Galenus comment. 1. in lib. 1. epid.*

re eas oportet. Namque id quod ſtudebamus
nmo ſtudio, factum eſt; ſcilicet naturam ſu-
reſſe debilitati. In vigore vero & declinatione
ritudinis ſi illę Urinę apparuerint, videri po-
it id non eſſe alienum ſi natura veluti jam ſu-
raſſet, prius revocat ſe, deinde agit quæ ſua
nt, nutritiones parans corpori, oſtendenſque
Urinis contenta. Siquidem eo tempore quo
colligit atque refocillat, parva quędam attra-
, ne deficiens valeat munera prędicta præſta-
Atque ubi collecta fuerit, attrahit majorem
teriam nutrituram, atque tum manifeſta
ntenta exponit. Res, ut arbitror, ſimilis illi
quæ iis viris accidit, qui cum feris magnis
taverunt. Hi nempe ut vincerent, magnos
ores ſubivere. Ubi vero vicerunt, primum
nctis poſthabitis revocant vires, quæ labo-
erunt, ac deinde ſua ſtudia perſequuntur.
uinctiam interdum (veluti paulo aute dictum
) bullæ ubi apparuerint, ſatis ſunt pro con-
atis quæ nondum prius apparuerunt. Atque
cruditates, & obſtructiones accidere ſolet,
Urinæ ſine hypoſtaſi profluant in corpori-
s ſanis. Veruntamen ſi parvo tempore hæ
ſpiciantur, poterit reſiſtere homo ſanus. Sed
malum id protraxerit tempus, perquam facile
ægritudine corpori poteſt. Tu vero prom-
e prev················idere poteris, ubi ſciviſti quęnam ęgri-
dines in quibus affectionibus maxime pro-
nire ſoleant, nihilominus contemplatis &

ætatate, & diæta, & aëris qualitate, atque cæteris quæ in Urinis inſunt (quemadmodum ſuperius diximus) qua ad prævidentiam earum ægritudinum intendantur. Sed ratio quæ ſuper Urinis hypoſtaſi carentibus, quam fieri poſſit brevis, ejuſmodi reddi poteſt. Poſthac decens eſt ut de prævidentiis, quæ à prænotis Urinis in diverſis febrium generibus proficiſcuntur, dicamus.

Cap. II.

De prævidentia ex Urinis febrium defitientium.

FEbrium intermitentium, tertianæ inquam quartanæ, & quotidianæ, quæ ab obſtructione, & cruditate, atque etiam multitudine humorum ipſas accendentium generantur initiis frequentiſſime Urinæ abſque hypoſta[...] proveniunt: quemadmodum etiam ſuperi[...] dictum à nobis eſt. Ab hiſce itaque ſump[...] conjectura prævidere poteris longitudinis tempus. Siquidem ubi nondum genuina calidit[...] concoxit aliquam materiam, & paroxyſmi [...] febres in iis fiunt, tanquam pugnaret adh[...] natura ut concoquat humores affligentes, [...] eos excernat. Ergo par eſt ut quantiſper Urin[...] non participes concoctionis fuerint, tantiſp[...] paroxyſmi corripiant ægrum, atque eum affl[...] gant. Sed ubi concoctionis etiam parvum [...] gnum dignoſcitur, ſpes eſt hominem ſuperſ[...]

turu.

trum ægritudini, atque virtutem uſquequa-
que ſuperaturam ægritudinis cauſas. Namque
ſi in ſingulis paroxyſmis virtus tam parvum
quiddam alteret, & concoquat ut non ſentia-
tur, non idcirco exiſtimanda eſt ſuperaviſſe
morbum, cujus multa materia, & cruda & in-
hærens eſſe probatur. Ubi vero eo virtus per-
venerit, ut vicerit affligentem humorem tum
contenta, quæ concoctionis ſunt ſigna, in
Urinis manifeſta ſpectantur, atque teſtantur
naturam concoxiſſe, atque expuliſſe omne ex-
crementum, quod non hactenus expellere
quiverat. Veruntamen inter febres intermit-
tentes hoc excellit tertiana febris quod nubes
ſola in Urinis hujus inſpecta, ſatis fuit ad ſigni-
ficandam ſolutionem ægritudinis. Humoris
enim tenuis, ac qui facile digeratur, faciles
ſunt concoctiones, & * obſtructionum aper-
tiones. Et ubi facile natura incumbit, inibi ac- *ἀποφράξεις.
cidentia facillime diſſolvuntur. Quamobrem
oportet te prudentem ob hæc ipſa, ex tempo-
ribus cruditatis conjectare tarditatem remiſſio-
nis, atque ab initio concoctionis prævidere ce-
leritatem criſis, & judicii. Sed de ejuſmodi die-
bus etſi diſputatum ſit à Galeno in iis quæ de
criſi tractavit, fortaſſe tamen etiam nobis hac
in parte licuerit dicere mediocriter de eis,
quantum videatur convenire tractationi de
Urinis. Poſthac igitur ubi primo determina-
rimus de Urinis, quæ apparent in febribus con-

tinuis, quantum ratione noſtra exiſtimatum
ſufficere ad faciendam prævidentiam, deinde
de reliquis dicemus.

Cap. III.

De prævidentia ex Urinis continuarum febrium.

FEbres continuę ab humorum putrefaction genitę, quę qualeſque ſint vel ſimplices, vel complicatę ſignificant † ab inductis coloribus. Quantitatem vero putrefactionis, atque qualitatem humorum arguunt tum ſubſtantia Urinarum, tum contenta, de quibus diligentius diſputatum eſt. Nunc illa ſubdenda ſunt quæ videantur ſufficere ad prędentiam faciendam, ita ut hinc inchoandum ſit. Dum igitur facil coquuntur Urinæ, atque parvo tempore, ad i quod ſecundum naturam eſt, feſtinant, exiſt mamus celerem motionem eſſe, atque firmar virtutem. Sin vero Urinæ non citius, ſe tempore potius longo concoquantur, ſi mal fuerint, & diſtantes à mediocritate, oſter dunt celerem motionem ægritudinis, ſed vi tutis infirmitatem non parvam. Quamobrei hic ſuboritur metus magnus, ne priuſquam h perveniant ad concoctionem, virtus defatige tur. Quod ſi mediocriter malę ſint Urinę, ten pore vero tendant ad mediocritatem, arguu intelligi debere virtutem non firmam eſſe atque oſtendunt ægritudinis motionem ped tenti

† ἀπὸ τῶν ἐμφερομένων χρωμάτων.

entim fieri. Sin vero Urinæ celerrime alterentur, nec multum diſtiterint à mediocritate ſignificant virtutis firmitatem,non tamen ęgritudinis malitiam. Sed tamen oratio ſuper ęgritudinis qualitate, & affectione hinc videri poterit. Nam oportet Urinarum mutationes diligenter obſervare, atque intelligere à quibus ad quas tranſmutentur, atque an in Urinis *ignavia, & malitia ægritudinis appareat. Namque ſi contra ſe habuerint, illa †ſubdola & prava eſſe ſignificatur. Quinetiam præter hæc par eſt conſiderare tempus mutationum: atque ex hiſce conjectare poteris futuras criſes, ſive tardiores, ſive celeriores extiterint: de quibus paulo inferius diſputabimur. Nunc vero tanquam alio initio incepto dicamus de accidentibus unicuique principalium membrorum. Quando igitur vel aliqua inſignis intemperatura corripuerit aliquod è membris principalibus, aut humor defluxerit ad aliquod eorum non mediocriter affligens, ob hoc ipſum alterantur Urinę, ac eo magis, quo majores venas & arterias habet membrum quod paſſum eſt: quoniam hujuſmodi venoſa vaſa facilius ſenſerunt alterationem in corde factam. Non enim quolibet ex membris principibus male affecto ipſum manet immutabile: ſed cum ad aliqua membra pervenerit alteratio,ipſum etiam mutatur vel calidius vel frigidius redditũ.Deinde tractu temporis eo facto ceteris membris affectis, evidentiores tam

** εὐήθεια, i. ſimplicitas & non mala conſtitutio, quæ contraria τῇ κακοηθείᾳ.*

† ὕπουλα.

 pulſus

pulſus quam Urinę apparent, ſuntque imagi-
nes illius affectionis quæ intrinſecus eſt. Sed
oratio de pulſibus pulcherrime, & ſubtiliſſime
à Galeno vir ſapientiſſimo tractata eſt, unde
volentibus diſcere licet. Nunc vero nos ſubjun-
gamus quæcunque utilia diſciplinæ fore pu-
tamus.

Cap. IV.

De prævidentia ex Urinis profluentibus in unaquaque cordis affectione.

CVm demonſtratum ſit, cor eſſe ob calidi-
tatem intemperatum, tum Urinę alteran-
tur, atque acriores & tenuiores redduntur.
Atque cum jam ignis ipſum depaſcitur, tum
mediocres in initio ſpectantur colliquationes.
Paſſione vero procedente, etiam Urinę appa-
rent * oleiapparentes, & oleicoloræ atque olea-
cę. Quod ſi ejuſmodi alienus ignis depaſcen
adipem, attigerit carnem atque ſolida membra
tum illę hypoſtaſes inſpectabuntur, quas in he
cticis, & tabidis febribus conſiſtere diximus.
Nam ratione compertum eſt illas eſſe orebeas
& furfureas, & lamineas† & ſimilaceas. Frigidam
autem intemperaturam ſi cor patiatur, me-
diocriter alterantur Urinæ inclinantes ad al-
biores, atque contenta eis aderunt cruda, &
quantitate mediocria. Namque colores alte-
rantur mediocriter, ſi nondum compatiatu
hepar. Contenta vero mediocria, & crud
erun

* ἐλαιοφανῆ, ἐλαιόχροα καὶ ἐλαιώδη.

† κριμνώδεις.

unt, cum jam calor naturalis (qui alterare &
quere creditur) langueſcat à frigiditate quæ
ceſſit. Jamque ſi intendatur ipſa frigiditas in
rde, etiam langueſcet naturalis & genuina
liditas. Albæ præterea Urinę, & tenues
unt, atque hypoſtaſi privatæ. Sed ea mala
alitas ſi valde exceſſerit, tum contenta
rum redduntur livida & nigra. Atque for-
ſſe Urinę omni ex partę nigræ ſpectabuntur,
m aut melancholicus humor illuc profun-
tur ob extremam debilitatem genuinę vir-
tis: aut frigiditas induxerit tum mortifica-
onem, tum nigrores, qui ſunt mortifica-
onis colores. Namque contingit etiam alter-
rum eorum fieri. Hoc enim eveniet ob ex-
emam infirmitatem virtutis excretricis, cum
luc confluxerit nigra bilis, tumque homini
cidunt timores, & triſtitiæ, & * oris ſonitus † θρῦς, θρόος eſt φωνὴ ἄσημος.
nmodici. Illud vero eveniet, cum frigiditas
ultum fuerit exaucta, tum efficit Urinas ni-
ras, præſertim cum averſus fuerit color Uri-
am illuſtrans. Quod diſcere licet in nubibus
uæ quotidie apparent. Hæ enim cum rare-
ctæ mediocriter fuerint, tum illuſtratę pro-
rios colores oſtendunt, quæ nimis ſpiſſatę, &
raſſeſcentes nigricare ſpectantur. Nam Urinæ
rius fiunt † umbrilucę, exaucta deinde aſpe- * σκιαυγῆ.
itate procedente tempore nigreſcunt. Atque
oc pacto affecto corde, ejuſmodi Urinæ pro-
eniunt.

Cap. V.

CAP. V.

De prævidentia ex Urinis facta alteratione in pulmone.

QVoniam pulmo poſt cor promptius alteratur, etiam Urinas afficit, quacunque intemperatura ipſe fuerit affectus, de hac re prius diſputarimus, deinde de reliquis. Si igitur affectus ſit pulmo calida intemperatura, Urinæ mutabuntur ab iis quæ ſecundum naturam, ad ruffum vergentes. Et ſi creverit caliditas, etiam in Urinis colores excreſcere videbuntur, atque fieri rubeæ ac * vineæ. Cujus etiam rei argumenta ſunt ab iis quæ extrinſecus, veluti eſt mala ſpiratio, & ſitis, & linguæ ſiccitas, & nigritia. Frigiditate vero ſi affectus ſit pulmo, reſpirationes primo erunt tardiores, poſterius etiam pauciores: & abſque ſiti ægrot erunt, ac aërem quem inſpirant, frigidum ſentiunt, atque parvas tuſſes excitant. Eorum Urinæ vergunt ad album, non tamen vehementer. Namque pulmo membrum calidum eſt. Et cum parum alteraverit Urinas ad album, tum arguit magnam in eo factam eſſe refrigerationem.

* οἰνῶπα.

CAP. VI

Cap. VI.

De prævidentia ex Urinis ab hepatis affectibus.

SI hepar à calida intemperatura fuerit affectum, producet Urinas ruffas & ſubrubeas. d intemperatura ejuſmodi exaucta, Urinæ parebunt valde vineæ * & paſſeæ: atque tuſ- * κυανῆ.
magis moleſtabunt, atque ſites, ſi gibbæ rtes hepatis inflammatione laboraverint. uemadmodum vomitus potius excitabuntur, ſimæ ejus partes male fuerint affectę. Intemratura vero mediocriter frigida ſi hepar laboverit, Urinæ profluent pallidæ & ſubpallidæ. xaucta vero ſi frigiditas fuerit, Urinæ apparbunt albæ. Sed interdum in eis ſpectare eſt laſſitudinem cum albedine.

Cap. VII.

De prævidentia ex Urinis ab affectibus cerebri.

CErebro mediocriter affecto, Urinæ proveniunt ruffæ, atque ad ſubflavas inclinantes. Majore vero caliditate producta, ita t inflammationem adeſſe exiſtimetur, Urinæ ectantur vineæ atque * ſubſanguineæ. Con- * ὕφαιμοι.
ariæ hiſce provenerint, ſi frigiditate affectum erit.

Cap. VIII.

Cap. VIII

De prævidentia ex Vrinis ab affe-ctibus ventris.

VEntris & ſtomachi, qui ob calidam intemperaturam ceciderunt, mutationes per Urinas minus oſtenduntur. Namque frigida intemperatura cum correpti ſint, tunc Urinæ ita albæ gignuntur, ut eſt frigiditatis menſura. Calidiore vero intemperatura affectis ruffas & flavas profundunt: in quibus adeſſe ſolent ſtomachi dolores quæ καρδιαλγίαι appellantur à Græcis. Item ſitis & bilis interdum tenuis, atque croceæ vomitus, & ſatietas, & oris amaror, atque capitis dolores quidam modici. Quemadmodum in affectione mediocriter frigida laborantes ſunt appetentes, atque ſiti carentes. Sed frigida affectione exaucta, redduntur vertiginoſi, atque ſe regere nequeunt veluti animo liquuntur, atque * tremorem cordis ſentiunt, cibum potumque faſtidientes. Hæc igitur ipſa potius in intemperaturis puris dicta ſunt. Quod ſi materia quoque aliqua coiverit cum omnibus hiſce dictis has Urinas reddet. Namque cum Urinæ exiverint, craſſeſcent, atque contenta in eis cumulatoria ſpectantur, ut ægritudines in affectibus ejuſmodi diuturniores fiunt, cum humorum concoctionibus diſſolvatur ægritudo. Sed hæc quidem conc

* παλμόν.

ncoctiones & incoctiones, atque mutationes rinarum manifeſtare poſſunt: nos vero ad tera tranſeamus.

Cap. IX.

De prævidentia ex Urinis profluentibus à coſtarum paſſione vera & non vera

PLeuritidis Urinæ in initiis ſubrubeę ſunt, deinde procedentes rubeſcunt, atque viæ fiunt & craſſeſcunt, atque mutationibus tendunt, quæ ſint eventura. Humore vero gido ſeptum tranſverſum † moleſtante, atie perquam modicum dolorem movente, inimamque ſpirandi facultatem, eo quia peus aggravatum eſt ab eo, Urinæ albæ & teies, item conturbatę & craſſæ proveniunt. len porro à quacunque intemperatura corpiatur, etiam in ea Urinarum colores oſtennt. Atque facilius à frigidis corripitur homo que hi oſtendunt: tardius vero à calidis, ac n etiam multum hi oſtendunt.

† διάφραγμα.

Cap. X.

De prævidentia ex Urinis ab affectis renibus & veſica

REnibus & veſica affectis, ſimiles Urinæ proveniunt. Dictum eſt etiam de hiſce iis quæ de judiciis Urinarum, diligentius.

Atque

Atque de cæteris, quę eis accidere conſueverunt, ab illis dictis diſcere oportet. Quoniam vero ea membra fuerunt Urinarum vaſa, facilius cum quicquam ipſis acciderit, demonſtraverint, in promptu habentes modum demonſtrationis. Nam cætera membra ſolummodo, cum vehementer propria affectione alteraverint Urinas, nullum aliud ſignum evidens oſtendunt. Quamobrem cum aliqua debilis paſſio ipſis advenerit, non etiam prompte in Urinis illa ſpectatur. Hæc vero quoniam cæteris fuerunt poſteriora, ſerum collectum recipiunt, atque paſſiones proprias (etiam ſi mediocres fuerint) interdum demonſtrant. Id, tanquam mercedem, ipſa potius quam cætera membra recipientes, pro miniſterio quod naturæ præſtant.

CAP, XI.

De prævidentia ex Urinis ab affectis colo & inteſtinis.

COlo atque inteſtinis inflammatione laborantibus non etiam Urinæ colorabuntu ſecundum illa, quę magis naturalem caloren habent. Sed frigida intemperatura cum ejuſ modi partes corripiuntur, & ejuſmodi humo influxerit in ipſas, tum Urinæ ſpectabuntu albæ, & aqueæ. Atque ſiqua fuerit obſtructio in colo, tum Urinæ erunt hypoſta: pr

tæ. In inteſtinis vero ſi acciderit obſtructio, rinę erunt craſſę frequentius, atque lacti ſiles. Atque paſſione procedente, excretios erunt plures, atque crudiores. At nunc reuum eſt, ut de utero dicatur.

Cap. XII.

De prævidentia ex Urinis ab affectis utero & podice.

UTerus, qui ut membrum eſt principale, ita maxime alterat totum corpus, qua rripitur ab aliqua intemperatura. Ergo Uæ eo modo accidit ut ſint ſimiles tractu temris iis, quę ab intemperaturis aliorum memorum non adeo principalium eveniunt. Sed i in hiſce membris genitum ſit pus ab aliqua aſa, quod ſit ſane quam mediocre, id non erit dens in Urinis. Sed ſi fuerit excedens, tum ligetur in veſica pus, atque apparebit hærens ado matulę, quod manifeſtum erit & à ſpecie, ab odore. Atque priuſquam loquatur ægra, dixeris eam affectionem: dijudicaveris vero, non ſit veſicę pus, commovendo facile Urim, atque intelligendo nunquam indoluiſſe icam. Quinetiam cum menſes abſque ratioretineantur, uno jam menſe prętcrito, appait una cum contentis ramenta rubea innatare. ique procedente retentione, etiam rameneejuſmodi plura ſpectantur, atque Urinæ

* πλησιάσαντος δὲ, συνδιαδίδοται μὲν τῇ κύστει τὸ πύον, *cum vicinum ſit diſtribuitur & veſicæ pus.*

T color

color ad ſubrubeum, atque etiam ad rubeum tendit. Veruntamen ut orationi gratia aliqua afferatur, atque fides dictis non parva fiat, hanc ſubjunxero hiſtoriam, quæ incumbentibus hiſce ſtudiis erit perquam utilis. Mulier quæ dam dives, atque mollis, tres aut quatuor filios pepererat, quorum tres fere infantes mortui erant, ſolum unum audiebat mater. Atque quodam tempore prҽterito, ipſaque ambigente dum videret ſpem omnem ſuam in ſolo uno filio, qui repente tolli poſſet, fluctuare. Vere batur enim ne ſi puer moreretur, cogeretur alienis bona ſua tradere. Namque (ut dictum eſt) ubi amiſerat alios, quærebat modum qu alterum filium pareret, atque ſpem ſervare. Ergo (ut mos eſt mulieribus) deſiderium ape ruit, atque ſolutionem quærebat. Quidam dixere hanc ſolutionem, ſi menſium aliqua fie ret natura vel arte retentio (namque ipſi menſ plus juſto profluebant) conciperet. Quod per ſuaſa, rei operam dedit, ac vehementer reten ſunt menſes, unde conceptus ſpes magna ea tenuit. At vero ſecundus menſis erat, mulie que modice conturbabatur. Namque cum lato ſanguine menſtruo per uterum, neque l cus exeundi habebatur. Accidentia, ut videb tur, poterant eſſe ſigna conceptus. Namque initiis conceptuum ſimilia accidere ſolent. tertius aderat menſis, & paſſiones proceſſeran Ubi vero etiam quartus advenit mẽſis, tumq

cu

cum gravidis mulieribus, ſi quid præfuiſſet moleſtię, illud ſedatur: ipſi vero magis venter intumuit, atque accidentia pejora ſentiebantur. Igitur circa quintum menſem audivi ut mulier correpta eſſet ab ea paſſione. Erat enim mihi una ex maxime familiaribus. Quamobrem ad eam acceſſi, atque intrans vidi ipſam ſupinam jacentem in lecto, & ſalute acta rogavi, ut haberet, ac tetigi pulſum. Illa vero ſubtili ac pertenui voce reſpondit. Pulſus erant pertenues atque diverſi, atque † virtus genuina prope victa. Cutis veluti cortex mali granati, & color ejus vergebat ad icterum, & omnia quę circa faciem ſunt, multum attenuata, atque manus & humeros ſatis hærentes pectori habebat. Sed venter magnopere extuberabat. Quoniam vero oportebat etiam Urinam ſpectare, etiam ea erat tenuis, atque mihi viſa eſt mediocriter * ſubſanguinea. Contenta vero in eis ſubſidebant ad matulę fundum valde rubentia, atque veluti ſimilacea. Atque tunc mihi non poterat facile cognoſci paſſio, quæ non multum trita eſt breviariis libris medicorum, eo præſertim quod nemo ex iis medicis qui illuc frequentabant, paſſionem intelligeret, ſed putarent omnes aquam inter cutem eſſe. Quoniam vero paulo poſt legi de paſſionibus mulierum, doctuſque ſum quam grave eſſet retinere menſtruum ſanguinem, audiveramq; mulieri hunc retentum eſſe: deinde hac ratione ſuper ejus

† λεπτοὶ καὶ ἀνώμαλοι *tenues, & inæquales.*

* ὕφαιμα.

Urina ratiocinatus ſum, illam recta ratione illiuſmodi profluxiſſe. Nam partim ob manifeſtiſſimam collectionem ſanguinis in utero tumore effecto ejuſmodi, partim ob vicinitatem veſicæ ſanguine commiſto cum Urina, factum erat ut Urinæ colorarentur. Sed ob aſſationem ſanguinis apparuerint contenta * ſimilacea, atque rubea. Hoc pacto ab immodica menſtruorum retentione, præſertim ſi natura antea multa profluxiſſent, Urina alteratur, atque tractu temporis commutatur. Cæterum ut omnem hiſtoriam finiamus, reliqua ſubjungamus. Sextus menſis aderat, cum in ilibus exterioribus factus eſt abſceſſus, atque mollitus eſt tempore procedente. Ubi vero ſeptimus menſis advenerat, prorſus mollitum eſt medicorum emplaſtris, atque deinde apertum eſt, ac reliquo tempore defluxit ab eo ſanguineum pus: ſed venter a inde evacuabatur, quamobrem magna ſpes ſalutis & viro ejus oborta eſt, & medicis illuc frequentantibus. Quod non ita ſucceſſit: ſed paulo poſt evacuatio ſimul omnium ſpem perdidit. Nam ut arbitror quatuor dies poſt tumoris aperturam, venter evacuatus eſt re omni affligente, atque commiſſus eſt, mulier vero velut inanimis redacta, abſque reluctatione aliqua vitam efflavit. Hæc eſt hiſtoria, & ita ſe habuit. Tu vero diligenter hinc audiviſti, ut ratione vicinitatis parcipatus ſit color Urinis ob ſanguinem collectum in utero, utque mediocri collect

ſanguin

* κερμνώδη.

nguine, contenta ſola perparum alterantur. n vero collectus exceſſerit, etiam alteratio erit ajor. Sin autem uſque adeo excreverit, ut iam venter extumeſcat, etiam colores muntur Urinæ, atque primo in ſubrubeum anſeunt, deinde in rubeum atque ſubſanguieum. Contra vero tum aſperiora ſpectantur. milia hiſce accidunt, cum podex inflammaone diutius intumuerit, atque hæmorrhois ſque ratione retenta ſit, maxime ſi pridem ulto tempore ſanguinem profundere ſoleret, eritque humo multi ſanguinis, atque per um locum evacuaverit ſanguinem ſuperingeum. Namque tantum hæmorrhoidis retenl. diſtat à retentionibus quę in utero, quantum quæ ſecundum paſſionem ſunt, ab iis quæ undum naturam habentur, ceciderunt. Illa im tractu temporis confirmata, nititur rerti ad naturam. Excretionis vero ab utero fae ſecundum naturam retentio, majorem alationem in corpore & Urinis efficere poteſt, uamobrem quales Urinas retentio menſtruom unius aut duorum menſium effecerit, tales oque hæmorrhois retenta, reddet per multo ra tempora. Eadem ratione ſiquid aliud rit præter naturam in utero, hoc infuſum in inis ſignificationem quandam paſſionis pa- iis qui hiſce rebus diligenter operam nant. Sed de hiſce ſatis: poſthac dicendum eſt reliquis, ſiqua modo aliquo relicta ſint.

CAP. XIII.

De prævidentia ex Urinis ab affectibus extremitatum membrorum.

Cum manus, ac pedes affecti fuerint, vel ab intemperatura multum frigida, vel frigi- gido humore, aut ab intemperatura calida, ve materia calida quæ defluxit ſi cæterum corpu ſimul etiam ægrotaverit, tum in Urinis affe- ctiones eædem efficientes evidenter appare- bunt. Quamobrem quantum qualitas, & quantitas humorum ægrorum intendatur, tan tum etiam Urinæ tranſmutatę diſtabunt ab ei quæ ſecundum naturam. Quod ſi cæterun corpus per ſe ſanum fuerit, atque cauſa aliqu affligens influxerit ad extremas corporis parte ita ut hæ male habeant, non etiam mediocrite alteratæ apparebunt Urinæ. Sin vero illa cau *abundantius fluxerit, etiam Urinæ tum m diocriter ſpectabuntur alteratæ, cum vix paſſ aduſque cor pervenire videatur. Quinetia differentiæ colorum & contentorum arguu qualitatem, & quantitatem humorum, & co coctio, & cruditas tam morem ægritudin quam virtutis firmitatem oſtendunt, vel ſpacium temporis demonſtrant celeres & tar Urinarum mutationes. Operæpretium præter ea id etiam non ignorare, ut non p vas differentias habeant inter ſe corporis part

* πλησμίως.

Namq

[N]amque alio modo alterabit calefactus pes, & [al]io veſica calefacta. Item alio modo uterus, [al]io renes, & alio lien, alio tunica ſuccingens. [Q]uemadmodum illo modo caput, hoc modo [he]par, aut pulmo. Namque hęc magis parti[ci]parunt colorem, aut naturali proprietate, & [i]n propriis conceptaculis: aut vicinitate primi [ca]lidi, aut ſenſus magnitudine. Oportet enim [s]cientem proprietates, & vires uniuſcujuſque [m]embri, etiam ſingulorum menſuram pro[p]riam habere, tam cum mediocris caliditas ex[ſtin]cta fuerit, quam cum ob exceſſum corruperit [o]bjectum. Veluti contra cum qualitas fuerit [m]odice & immodice infrigidans. Namq; mem[br]a calidiora facile à cauſis calidis alterantur, & [co]nvincuntur, † difficilius vero à frigidis mo[ve]ntur. Quemadmodum frigida membra tar[di]us à calidis, celerius à frigidis afficiuntur. Si[qu]idem eorum quæ ſunt viciniora qualitati na[tu]rali temperatura & proprietate, unumquod[q]ue facilius alteratur. Veruntamen ut manifeſ[ti]us rem capias, hinc veluti exemplo, diſcere [li]cet. Hepate mediocriter caliditate affecto, ac[ci]dit ut Urinæ ruffæ atque flavæ proveniant. [Qu]od ſi ejuſmodi Urinę in colo ægro fuerint ap[pa]rentes majores, dolores ineſſe arguunt, atque [q]uiſquiſque arbitrari poterit, membrum pror[su]s inflammatione laborare. Quod ſi pes aut [ma]nus patiantur, atque Urinas ejuſmodi pro[tu]lerit, dixeris ægrotantem diſrumpi dolore,

† ſerius tardè

atque uri. Nam quantum diſtiterint membra à primo calido eo majore etiam caliditate alterantur. Eadem ratione res ſe habet in frigiditate. Namque hepate correpto ab intemperatura aliqua frigida, Urinę ſubalbidæ ſpectantur. Altero aliquo membro remotiore refrigerato, non ita facile etiam Urinæ mutantur. Ergo etiam principalia membra ſi ab aliqua fuerint paſſione correpta facilius Urinas alterabunt, ratione principatus. Remotiora vero vel ſi pejori morbo affecta fuerit, mediocriter Urinam alterabunt, atque tarde. Quamobrem hinc ratiocinandum eſt, eo pejores affectiones eſſe in eisdem Urinis, quo membra affecta unde profluunt, magis diſtiterint poſitione, & proprietate a principio. Atque oportet virum prudentem eo pacto animadvertendo in Urinis diſquirere proprietates membrorum, atque affectione eorum per ea quæ in Urinis ſpectantur ratione cognoſcere atque prædicere. Poteſt nimirum plurimum conferre huic propoſito diligens inſpectio differentiarum partium nervoſarum venoſarum. Præter hæc quæcunque prop. quatuor temporibus anni, & ætatibus, & temperaturis, & conſtitutionibus morborum a paruerint, hæc mitiora exiſtimare oporte quam quę aliena eſſe contingit. Item quæcu que facilius concoquuntur & tranſmutant hæc demonſtrant naturam firmam eſſe, que humores concoqui & alterari celerrir

Quæ vero vel temporis tractu mutantur, vel
nutata in pejora proceſſerint, illa reprobare
portet, atque putare animal parvo momento
ndigere ad interitum incurrendum. Verun-
amen ut hiſtoriam hac in parte referam diſpu-
ationi convenientem, ad alia convertar. Senex
uidam familiaris meus in febrem incidit, atque
nale habebat. Quod ubi audivi (undecima tum
rat dies) ad eum viſendum ivi. Erat vicinus,
tque vir probus. Inveni illum ſupinum jacen-
em, atque ſubtuſſientem, ſputaque craſſa cum
onitu excreantem. * Sordesque illi circa oculos * λῆμαι.
on parva hærebat. Sed ſputa non nimium ma-
a erant, niſi quod procedentia etiam in ven-
rem deſcendebant, eumque emolliverant plus
uam par erat. Pulſus ejus erant hominis vehe-
nenter febrientis, cætera vero erant obſcuri.
Jrinę ſubrubeæ, atque deinde rubeæ apparue-
unt. Sextadecima, parum mutatę ſunt Uri-
æ erga moderatius. Iterum effectæ ſunt craſſę
k rubeæ, & † ſubſanguineæ circa contenta. † ὕφαιμα.
Venter etſi multa excreviſſet, nihil tamen adju-
it. Ad hæc per ventrem una cum excrementis
mediocris quantitas ſanguinis evacuata eſt, ita
it ob hæc viſus ſit homo emori. Et ego non
mplius acceſſi, neceſſitate quadam ad alia me
ogente: ſed audivi tribus poſt diebus homi-
nem mortuum eſſe. Videbatur igitur ille majo-
em febrem, quam quę ſenem deceat habuiſſe,
dque hyberno tempore. Nam cum ejuſmodi

ἐκταράττειν. *concutere.* res accidit, conſuevit non mediocriter † concutere virtutem naturalem, ita ut tractu temporis cadat. Quinetiam ab aſſidua ſiti febris vehementia arguebatur. Tuſſis non parum hominem moleſtabat. Quod vero non videbatur natura facile vincere materiam, demonſtrabant per tot dies cruditates Urinarum. Namque opus erat multo longiore tempore, ſi ſigna ſalutis præceſſiſſent, ut hinc profecta ad ea, quę ſecundum naturam conceſſiſſent. Hoc enim quod ſecundum naturam habet, tantum temporis longitudinem requirebat. Quamobrem procedente tempore, pejores ſubſtantiæ, & contenta Urinarum ſpectabantur. Quid igitur quiſquam aliud ab hiſce putaverit, quam futuram eſſe mortem, paſſim cadente virtute? Hoc pacto oportet virum mente præſtantem vaticinando prævidere futura, atque mutationes Urinarum ad bonum, * hilariter accipere atque prænunciare. Contra vero execrari momenta ad malum inclinantia. Quinetiam mutationes longiore tempore factas, arguere ægritudinis tempus multum protrahi: & quæ matutino potius fiunt mutationes, has oſtendere breviori tempore ægritudinem terminatum iri. Ergo ſi prima die Urinæ concoctæ apparuerint, tertia vel quarta ægritudinem ſolutum iri proferas. Quod ſi ſecunda vel tertia concoctę fuerint, ægritudinis ſolutionem pervenire uſque ad ſeptimam. Quod ſi quarta dies etiam

* χαρέντας.

incoctam

coctam Urinam oſtenderit, non etiam ſi
uicquam fiat, ipſa hebdomada criſim morbo
oſuerit. Namque criſes quæ in hebdomada
unt, quarta potius antea aperit, atque oſten-
t, præmittens prava quædam concoctio-
s ſigna. Quemadmodum contra in malum
utata, ſi valde prava ſigna præmiſerit, mor-
m in ipſa hebdomada inferet. Sicuti quoque
ndecimæ octava eſt index, & undecima deci-
æ quartæ, atque alia alius, veluti in libris de
iſi ſapiens Galenus tractavit. Atque tempo-
m productiones hac ratione conſiderando
inveneris, cum in ternarium & quaternarium
mne tempus ægritudinis dimenſus fueris. Se-
undum quam rationem etiam principium ſe-
undum latitudinem dictum dimetimur.

Cap. XIV.

De prævidentia ex Urinis ſuper ægritudine, an velocius, an tardius ſolvatur.

IN morbis † acute motis, evenit interdum ut aliquid anticipet, contra vero ut aliquid minuatur in iis quæ moventur tardius, ſive evaſuri, ſive morituri ſint homines in ægritudinibus ipſis. Siquidem, ut exemplo utamur, ſi quarta die appareat concoctionis exactæ ſignum in morbo peracute moto, jam * nondum plena ea quæ incepit hebdomada, ſequetur criſis, ſi contigerit, materia ob celeritatem præſul-

† *ὀξυτέρως κινουμένων, qui velocius moventur.*

* *οὔπω καθαρῶς ἠργμένης ἑβδόμους, i. inclinante ſexto die, & ineunte ſeptimo.*

præſultante. Sin vero ægritudo moveatur ſegnius, tum vix etiam perfecta hebdomada criſis reddetur, uſque adeo ut opus ſit etiam media octava ad criſim faciendam. Contra vero, ſigno nobili pravo, die indice inſpecto, in ægritudine acute mota, ſexta die præripietur homo. Quemadmodum octava, ſi ægritudo ſegnius moveatur. Sed de criſi diſputatio, & dierum productionis numerus ab hiſce poterit comprehendi. Licet tamen exactius ſcire ſtudenti, ac exercere, qui legerit librum illum qui de criſi à Galeno compoſitus eſt. Præter hæc illud non ignorare oportet. Namque tempore vehementiæ ægritudinis, Urina quam fecerit ægrotans, multo pejor apparet, quam quę fiunt horis remiſſionis, idque optimo jure. Namque tum Urina ea apparet, cum caliditas quę concoquit, incumbit aliis. Nam etſi in iis appareat aliquid incoctum, hoc tamen eſt ſignum inclinationis caliditatis naturalis ad alia. Cum enim erga majora atque affligentia vehementer vires omnes colligendo intendat & habeat natura, tum neque facile nutrit, neque alterat, neque concoquit, ſed interpoſita inter duo mala eſt, tanquam utrunque eorum ſubitura. Putatur enim neutram actionem perfectam exequi. Namque ſi, cum ob unam operam fuerit afflictata, neutiquam facile convenientia expedire quiverit: longe majores errores commiſerit, ubi diſtenta multis actionibus, agere quicquam fuerit

aggreſſa.

ggreſſa. Quando autem humores vicerit, ita
t concoctionem in ipſis fecerit, tum melio-
es colores & ſubſtantias Urinarum oſtendet,
uam quas in paroxyſmis apparere contigit.
unc etiam projiciuntur contenta ſecundum
itionem concoctionis. Quod ſi natura aggre-
iens & irritata, nihil eorum quæ debet perfe-
erit, & Urinæ ſimiles in paroxyſmis, & in re-
hiſſionibus videantur, ſignificatur natura non-
um materiam vincere. Atque hac ratione
oportet conſiderare ea, quę ſimul quoque fe-
untur. Namque ſi motiones morbi fuerint ce-
res, natura vero concoctionem nullam oſten-
erit, atque hoc pacto procedatur, metus non
arvus adeſſe debet, ne defatigata virtus pro-
riam actionem amittat: quo quid poteſt eſſe
eterius, cum mors his inhæreat? Quamobrem
rænunciandum id eſt, conſideranti diligenter
mul omnia quę ad ægrum pertinent. Si vero
gritudinis motiones fuerint tardiores, mode-
iores quodammodo ferentur paroxyſmi, con-
dendum eſſe nunciaveris, ac ſi tractu temporis
gritudinem ſolutum iri cenſeas, modo virtus
t firma. Namque etſi lateat naturam in ini-
is colluctatam eſſe, appar atque non hacte-
us materiam vincere, etiam cruditates non
ontemnendæ ſpectantur. Sed jam incepto
empore videtur concoquere, atque paſſim ma-
rię præſtare, etiam æger facilius paroxyſmos
olerat, atque concoctionis ſigna cernuntur.
Sed

Sed tractatio de prævidentia ex Urinis, ut arbitror, adepto hac in parte fine, in eadem etiam omnem diſputationem de Urinis concludit. Non enim amplius ſermonem extendere, neque circa eadem eodem modo convolvi, atque verſari operæpretium eſſe probatur.

Cap. XV.

Brevis repetitio capitum totius diſputationis.

Cum hactenus tractatum de differentiis Urinarum, atque de judiciis exegerimus, ac pręter hoſce alios de cauſis Urinarum, velut nunc demum eos qui de prævidentiis, viſum nobis eſt nihil relictum eſſe, quod referre oporteat. Nam in unaquaque diſputationis parte tractata ſunt, quæcunque ſpectant ad colores & conſiſtentias & quântitates chymatis, & contenta, & quæ in contentis eſſe dicuntur & apparent, qua mutantur ſecundum colorem, & ſubſtantiam, & quantitatem, & lævitatem & aſperitatem, & poſitionem in ſpacio ipſo chymatis & quæcunque ſuper bullis dicta ſunt, & odore & colliquamine innatante. Quinetiam ſubjunctę ſunt diſputationibus pręd ictis, quæcunque membrorum ſympathiæ * & primar affectus ſunt: & intemperaturę, & actiones, & cruditates, & genera, & ſpecies febrium, & longitudines, & brevitates ægritudinum, & qu ſpectant ad mortem & vitam. Quorum ali

* πρωτοπάθειαι.

eviden

videnter ſunt expoſita, alia prętermiſſa: quod num hæc ſunt compræhenſa ex illis inventa iſcuntur. Præter hæc & quæcunque licet ſcire li, qui librum hunc exercuerit. Jam juſtum ſt, ut etiam viſum eſt, ut hac in parte omnem rationem ſuper hiſce terminemus, petentes id b his qui ſcripta hæc lecturi ſunt, ne prompti nt in maledicendo, noſque ab omni culpa vindicent. Quod ſi reminiſceremur eorum quæ initio facultatis hujus dicta ſunt, ſubdendum tiam hoc ipſum ortaionis curriculo eſſe videar.

Cap. XVI.

Quonam pacto ad ejuſmodi diſciplinæ genus promotus ſit autor.

Am pridem Philoſophiæ parti naturali operam dederam, eamque pro viribus eram adeptus, cum etiam cupiditas quędam me ſubivit edicæ artis capeſſendæ. Aggreſſus itaque ſum ontemplativam ejus partem, atque in ea omnem operam, ut par erat, contrivi. Quinetiam nimadvertens hinc medicę artis partem curatoriam, quæ hominibus amica eſt, hinc partem, quę cum philoſophia conſentit, exhoruiſſem illa inſudatione, quæ curandis ægris orporibus aſſidua delegatur, niſi ſuccurriſſet agna ratione perveſtigandas eſſe ægrorum aſſiones, ita ut in illa exercitatione videbatur

mihi

mihi abſtinendum eſſe à valida quadam mo-tione in iis rebus, quarum antea nullam ul-la ratione contemplatus eſſem. Itaque vehe-menter hiſce ſtudiis inhæſi, atque pro viribus incubui, multis rationibus adhibitis, ut ſi-gnificationibus paſſiones comprætenderem. Putabam enim curationem in qua nulla eſſet adhibita contemplatio, tutam nullo pa-cto fore: eam vero in qua certa ratio domi-naretur, tum tutam, tum faciliorem exiſte-re. Veruntamen cum tractu temporis eo pa-cto procederent, etiam aliquid ſubjungere ipſi arti meditatus ſum, ut id in arte ipſa eſſet cauſa cognitionis, & ſi cernerem omnia rationum conamina medicam artem adjuvantia, plena eſſe ingenii & diſciplinę, maxime illa quæ glo-rioſus ſapientia & arte Galenus introduxit: Dum ſcientiam de Urinis quærerem, ut me ipſum exercerem, reperi pauca quædam de ipſis, neſcio quo pacto ſparſim ſcripta ab ii qui artis ejuſmodi fuerunt exploratores. Ipſ vero inſpectis ſingularibus Urinis tam in ho-minibus ſanis, quam ęgris, perpauca princi-pia collegi: atque illa animadvertendo, & ra-tione indagando, brevi eo perveni, ut uniuſ cujuſque cauſas indagatas rediddiſſem, uſqu adeo ut poſſem ab Urinarum ſignificatione ab-ſolute dijudicare. At vero ubi tractu tempor animadverti illas inventiones ſanequam vera eſſe; cognovi cauſas certas illorum effectuur

adin

inveniſſe, & reliquorum, tanquam à quibuſdam optime habitis principiis, profectus um ad judicia & prævidentias ferendas. In uo non parum contulit ſociata diſciplina de ulſibus atque reliquiæ quædam, quæ ſcriptis traditæ ſunt ab antiquis viris. Unde viis ſum aliquid arti medicæ ſubjunxiſſe, ut ictum eſt. Namque hac ipſa parte maxime ancam eſſe medicam artem inveniens ſumo ſtudio eam perficere aggreſſus ſum, ac inptum, concedente Deo, ad finem perduxi. t ſi noſtra hæc diſputatio videatur aliquo odo conferre ſanis & ægris hominibus, tanuam veritatis ſequax, Deo omnium bonoum largitori gratiæ ſummæ habendæ ſunt. os vero nefas eſt, ut quiſquam accuſet nomie ignorantiæ. Quod ſi etiam quicquam erramus (nam errare perquam facile contingit) ſe idem inventor noſtrum errorem deleat, que oſtendat, & veritatem demonſtret, uandoquidem vehementer amarem. Si dum rca res graves tractando viſus ſim aberraſſe, rtaſſe quoque gratias actas feremus, ſi (dum s maximas primus prænoverim ac tractarim) ſputatio aliquo in loco claudicans, ut viderer dare maledicis anſam me carpendi, caſtiretur, ac reciperet rectitudinem convenienm ad cognitionem capeſſendam. Ad hæc actatio de omnibus ſigillatim non ſolum bis exiſtimata eſt difficilis, verumetiam

aliis quibuſvis viſa eſt non facilis. Neque eo quod unum totum quod artis eſt, collegimus, illud utile nobis eſt (pluribus enim indigemus, ut totum hoc ipſum tractemus, præſertim quæ nos auditores etiam cupimus, ut conſequamur, idque reſpuentes prorſus ipſum totum artis.) Sed quoniam quæ univerſalia ſunt, paucis verbis & rationibus continentur, atque faciliora ſunt ad capiendum promptioraque ad pronunciandum utilia ſunt. Cumque oporteat dividendo explorare, uſque ad quædam liberè procedere poteſt oratio. Nam ubi ad maxime propria, particulariaque perventum fuerit, tum ad ulterior prohibetur progreſſio. Particularia enim diſtributa ſunt infinitudinis natura, & ratio deficeret ſi hinc ad ulteriora procedere aggrederetur, veluti compertum eſt. Qamobrem quæcunque referri poterant per ejuſmodi univerſalia ſuper humore Urinæ, & contenti ac cæteris, nos diximus, inque cunctis (arbitramur) veritatem oſtendere magnop re enixi. In quo ſi quicquam dignarum r tionum videatur aperte prætermiſſum, h ipſum potentia quadam in dictis, ut put continetur. Quoniam vero tractatio hæc n ſtra expoſita eſt viris prudentibus, forta etiam ipſi exercendo ab hiſce ſingularia fac lime cognoverint, & quæcunque comp cari poſſunt, & non poſſunt. Quineti

fa

facillime ex hiſce tanquam manuducti, prom-
ptiores fieri poterunt reddendo in compli-
catis tam judicia, quam prævidentias. Nam-
que nobis viſum eſt negotium potius ſuper-
uum iterum eandem rationem repetenti-
bus, dum complicaremus quæ complicari
poſſent, atque ſuper hiſce rationes reddere-
mus. Illud autem intelligendum eſt, ejuſ-
modi noſtram præſentem diſputationem ve-
nti primitias quaſdam eſſe in arte. Exercen-
tibus vero ipſam licebit ab ejus auxilio plu-
imum adjuvari. Sed conſpectanti artis me-
dicæ partem hominibus amicam, atque de-
ſideranti introducere ea quæ videntur ho-
minibus collatura, licebit frui bonis ex arte,
que introducere ſi quid aliud videatur de-
cere, Maxime autem conferentia ſunt, quę
ad prævidentiam faciunt, & curam acciden-
tum corpori humano ægro. Illorum autem
ui verum omnium ſcientiarum ſub ipſis
arare nituntur, moleſteque ferunt ſicubi
hicquam quiſquam vitæ humanæ utilita-
s attulerit, altiſſimos linguæ ſtupores fu-
endos eſſe. In quo potius ad invenien-
um eſſet medicamen affectum qualitate
ontraria ejuſmodi morbis, ut recte cavere-
mus ne linguæ aliorum in periculo eſſent
ubeundi ægritudines tam pravas. Verunta-
men fortaſſe præſentaneum atque pertina-
iſſimum medicamen videri poterit adverſus

V 2 hunc

hunc morbum hoc ipſum, in Deo ingenita confidentia, erga homines, cum quibus conn ſuetudinem habemus, conſtantiæ mediocri tas, atque verborum, rationumque noſtræ rum exacta quædam conſideratio.

Finis libri ſecundi

DE PRÆVIDENTIIS

EX URINIS

qui ordine ſeptimus eſt, atque ultimus totius hujus de Vrinis, operis.

URINARUM
PROBATIONES,
JODOCI WILICHII
RESELLIANI,
ILLUSTRATÆ
SCHOLIS
MEDICIS,
HIERONYMI REUSNERI LEORINI
D. MED.

His acceſſere remedia plurima ex Urina deſumpta.

A

P L A T O
IN
D I A L O G O
Περὶ πρακτοῦ.

Οὐκ ἄρα πάνυ ἡμῖν οὕτω φροντιστέον ὅ, τι ἐροῦ-
σιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλ' ὅ, τι ὁ ἐπαΐων περὶ
τῶν δικαίων, καὶ ἀδίκων, ὁ εἷς, καὶ αὐτὴ ἡ
ἀλήθεια.

IN LIBRUM IODOCI WILICHII, Medici & Philoſophi eximii, DE JUDICIIS RINARUM, Procœmium,

HIERONYMI REUSNERI LEORINI, D. Med.

INter auguſtas Athenienſium leges, hæc non poſtremum ſibi vendicat iocum: quæ ſancivit: ne quis patrem aleret, qui filii animum, à primis mox unguiculis, doctrina imbui non curaſſet. Nam, cum eo maxime tempore, in ſtudiis honeſtam navare operam debeamus, & poſſimus: quo vegetæ ſunt vires, ...umque corpus in flore eſt: peſſime plurimi ...i ipſis conſulunt, qui auream Solonis ſenten...m, ſusque deque faciunt, qua præcipit, ni... magis ſpectandum eſſe, quam vitæ finem. ...ot hac mundi ſenecta, inveniuntur paren... , qui ludicras, ac frivolas Myrmecia dis ...henienſis, & Calliſtrati Lacedæmonii artes, ...ſaltem dignæ ſunt, quæ nomen hoc merean...r) veræ Philoſophiæ, quæ ſola immortales ...ſacræ beatitudinis arce collocat, præferant? ...de hoc plærique omnes faciunt adoleſcentu..., ut animum ad aliquod ſtudium appellant, ...: ἐκπλεθρισμῷ, aut ἀκροχειρισμῷ, aut pugilatu ...ius exercere, aut equos alere, aut canes ad ve...ndum, aut mercatura quæſtum lucrari maxi...ium, ita ut ingenium eſt hominum à labore

proclive

proclive ad voluptatem, & ſocordiam. Nequ
declinatum quicquam ab aliorum natura ullum
repetitas, ut in eodem omnes videantur lud
docti, ad Muſarum contemtum. Quos ſi qu
velit in viam revocare, ſurdis narrantur fabula
Immo non verentur obgannire ſapientioribu
cum juvene illo apud Comicum:

Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes judice
Qui æquũ eſſe cenſent, nos jam à pueris illico naſci ſen
Neque illarum affines eſſe rerum, quas fert adoleſcenti
Ex ſua libidine moderãtur, quæ nunc eſt, nõ quæ olim fu

Hi, ſi formam & ætatem ſuam, cum violis Ma
tiis, & narciſſis vernis conferrent, qui bre
temporis momento, aura hac fruuntur, her
ſe contra ſenectutem, quæ mille eſt expoſi
periculis, & vitæ moleſtiis, tanquam advert
tempeſtatem imminentem, melius præpar
rent, inſtar ſagacis nautæ, qui procellas futu
non præſentit duntaxat, verum etiam oper
dat, ne illis deſtituatur, quorum præſidio, i
petus imbrium, & vortices Aquilonios, abſ
naufragio, ſuſtinere poſſit.

Quæ res, ſi ulli, medicinæ certe ſtudioſo,
ræ eſſe debet, qui inprimis inter Dogmat
ſectæ aſſeclas, nomen cupit profiteri ſuum.
tis enim hujus difficultas, non ſex aut nov
Methodicorum menſes, neque σωδρομὴν
θεωρικὴν, ἢ συναγχικὴν, & συμπαρατήρησιν Empiri
rum, neque τέχνωσιν καὶ φύσιν Theſſaliorum tan
requirit, ſed totum vitæ curſum, & multo
tius ingenium, multoque plures rationes, q
ex unius cerebri ſcrinio depromi poſſunt,
quis velit illotis manibus in Muſarum ſa
ria irrumpere. Idem evincit præclara, &
bilis entium variorum contemplatio. T
enim rerum cognitione præcellit medici
omni

mnium, quæ mundus gremio ſuo coërcet, uæque ex hiantibus terræ faucibus eruuntur, ires & naturam ſcrutetur, & illorum ſcienam ſolerti demonſtrandi, ratiocinandique via onſequatur, quas demum ad unius hominis ſaitatem referat. Horum amplitudinem, ſi aliuot ſæculis cuiquam primoribus ſaltem labris elibare licebit, is ſciat, ſe ingentes Machaoia paleſtra feciſſe progreſſus, neque oleum operam, (uti perperam vulgus autumat) erdidiſſe.

Quis igitur adeo ὀξύθυμος, aut πυριφλεγὴς erit, nos ideo dente Theonino arrodat, quod verante hac noſtra ætate, in id omnes, & animi, corporis nervos intendimus, ut circa media lum tuto verſari poſſimus, quandoquidem mmum illud plurimisque hactenus denegam ſcientiæ culmen, & faſtigiorum multorum ſtigium attingere nequeamus?

Ut autem quis felicibus auſpiciis, deſtinatam etam attingat, neceſſe eſt, ut præter naturam, ua ἀνεπερατίστη κενεὰ πάντως,) καὶ φιλοπονίαν, habeat ὴν τῆς ἀληθείας ἐρωτικὴν μανίαν, ὥσπερ ἐνθουσιασμόν. uod quidem veri indagandi vehemens & ſaax ſtudium, hominis philoſophi, omnium ne mortalium liberrimi præcipua eſt dinitas.

Porro, veritas, non ex Ariſtotelis, non ex ippocratis, non ex Galeni, alteriuſve Coryæi, decreto, cenſu, nutuque æſtimanda, onderanda, cognoſcenda, ſed ex ipſa rerum atura. Ad hoc autem opus eſt certa methodo, uam concinne cum Homero Iliad. 8. σειρὴν ...ὑσείην appellabimus, qua Jupiter mundum uniſum colligatum regit, licet Socrates in Theçto Platonis de Sole interpretetur. Cujus rei

Veritatis norma ipſa rerum natura.

Veritas methodo cognoſcitur.

Methodus catena Iovis aurea.

rationem adferens, ὅτι, inquit, ἕως μὲν ἂν ἡ περι-
φορὰ ᾖ κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος, πάντα ἐστὶ καὶ σώζεται, τὰ ἐν
θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις; εἰ δὲ σταίη τοῦτο, ὥσπερ δεθὲν, πάντα
χρήματ' ἂν διαφθαρείη, καὶ γένοιτ' ἂν (τὸ λεγόμενον) ἄν-
ω κάτω πάντα. Id eſt, quamdiu & motus, & ſol cir-
cumferuntur, omnes & deorum, & hominum n
res exiſtunt, atque conſervantur, quod, ſi illa a
tanquam vinculo compacta ſtarent, omnes res
haud dubie perirent, & , (ut ajunt) ſus deque
ferrentur, inverſo, ſcilicet, naturæ ordine, ita
ut omnia peſſum irent.

Methodus Promethei ignis.

Et quid impedimento eſt, quo minus metho-
dum, ignem cæleſtem Promethei, quem Palla
dis auxilio de cœlo detulit, cum Ramo nomi-
nemus? Non hercule illa hominum eſt inven-
tum, ſed donum Deorum. Nam cum primo
humani generis ætate, in ſcientiis omnia vaga
diſperſaque ferentur, tum Prometheus, tan-
quam proviſor cœleſtis, ſuis quæque termin
concluſit, στοιχεῖα primo, intermedias ſuba
ternorum differentias, & ὑπάλληλα medio, εἰ
κῶτατα, infimo loco collocans. Principia eni
merito primo loco diſponuntur, quia ſu
ἀπλούστατα, αἰτιώτατα, ἀρχοειδέστατα, ἐπιστημονικώτατ
immo ipſamet ἀρχὴ, αἰτία, ἐπιστήμη, quia facillim
quia maxima κατὰ χρείαν, καὶ δύναμιν, ut Gal. 9.
placit. Hippocratis & Platonis loquitur.

An ſit unica methodus Ariſtotelica, & quidem vera, ut Ramus vult.

Et hæc unica & vera eſt μέθοδος; ἕξις ſcilic
ὁδοποιητικὴ μετὰ λόγου, quæ ab univerſalibus ad ſi
gularia perpetuo progreditur. Hac ſola & u
ca intelligentiæ, & memoriæ via, procedim
à prioribus & abſolute notioribus, ad con
quentia ignota declarandum. Contra, ſi à ſp
cialibus ad generalia progredi voluerimus:
duo contrariorum elenchorum ſophiſmata
curſuros nos, Ariſt. 1. de part. animal. c. 1. & 4.

Ph

yſ. auſcult. cap. 1. fideliſſime hortatur. Primo
im ea tenebris plus quam Cimmeriis invol-
mus, quæ Sole meridiano clariora reddere
pimus, dum nempe ab obſcurioribus abſo-
le & ignotioribus, ad abſolute illuſtriora &
tiora procedentes, totam mentis intelligen-
m turbabimus, ὕστερον πρότερον committentes.
cundo, tautologia, & confuſione repetita-
m rerum, memoriam obruemus: nam ne-
ſſe erit in ſingulis particularibus univerſalia,
ſingulis ſpecialibus generalia quælibet, non-
m definita & demonſtrata repetere. Quod
rcule iſta Compendia, magno cum diſcen-
m diſpendio in ſcholis non trivialibus mo-
, verum etiam Academicis conventibus, fa-
nt. Et ſane res ipſa loquitur. Hos tam multos
rationum cumulos, lex quoque prudentiæ
ὅλου πρῶτον, ex floridiſſimis philoſophiæ cam-
radicitus bipalio convenienti tollit, quæ
a facit, ut vere ſciatur, quod ex primo ortu,
teque, & quatenus ipſum, ſcitur. Quibus
etibus, corruit Galeni ὁδοιπορία διττή, ὁδὸς ἀνα-
τική, καὶ διαιρετική (huc refer ὁριστικήν) ἄνοδος
θετική, ἢ γνώσεως. Hunc ordinem, hanc viam,
nc methodum unicam & veram, Ariſtoteli-
e ſacram (quod tamen παράδοξον ἄδοξον eſſe
rique ex Philoſophis vociferantur, odio tan-
n Vatiniano erga bonum Ramum, Dictato-
n Logicorum martyrem, ducti) hanc dici-
s methodum, qui contemnunt, nunquam
n nutant, & innumeris imbrium, nymbo-
nque procellis huc illuc percelluntur, ὥσπερ
ἀνερμάτιστα πλοῖα, ut Plato in Theæteto lo-
tur. Immo, dum hoc modo ſeu ſola manu,
entia apprehendatur, dum nimio perſua-
is doctrinæ faſtu turgent, nihil ſciunt. τό γε

 μὲν

μὴν ἀγνοεῖν ἐστὶν, ἐπ' ἀλήθειαν ὁρμωμένης ψυχῆς, παρα-
φόρου ξυνέσεως γιγνομένης, οὐδὲν ἄλλο πλὴν παραφρο-
σύνη, inquit Plato in Sophiſta.

Quæ confuſio & ignorantia, ſi ullam artil medicæ partem, illam profecto, quæ de Urinaa ejusque natura, cauſis & judiciis agit, tantoperr inquinavit, ut vix aliqua ſpongia inveniri poſſ ſit, quæ nævis hiſce ſit mundando, niſi in amæ niſſimos medicinæ campos, nectare philoſôphi co roſcidos, excurramus. Ut alios ſilentio præ tereamus, qui in eadem paleſtra deſudarum Quot enim tricis libri ipſorum de Urina invi luti ſunt? Quæ ſaltem veſtigia methodi alicu jus? Ubi erit filum Ariadnes, cujus virtut & vi, innumeras Labyrinthorum ambages ſ perare poterimus?

Encomium libri de Urinis wilichii.

En tibi, Lector candide, librum D. JODO WILICHII, medici & philoſophi clariſſin de Judiciis Urinarum, omnibus numeris a ſolutiſſimum. Hic vir, hic eſt, qui certa m thodo diſſipatas rerum familias cóſpirare fec qui obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dub fidem, vetuſtis novitatem, dedit. Hic pro gacibus rerum umbris, res arduas, pro con ſis, ordinem, pro nugis, fucisve, ſeria lucul ter proponit. Teſtis eris, benevole Lector duxeris, turpe eſſe homini philoſopho, ex a rum laboribus, & vigiliis, noſtræ ſocordiæ, trocinia quærere.

Quæ omnia, ut perfectiora ſint, noſtris Sc lis, non limam, ſed lumen tantum, adferre nabimur, ſequuti conſilium Galeni lib. 3 de ficul. reſpirat. cap. 2. ubi monet, boni eſſe terpretis, veterum librorum lectionem c ſervare, paucisque quibuſdam appoſitis, immutatis, auferre dubitationem omn

P

ius demonſtrando, ipſam autoris ſententiam ſe habere, & non aliter: tum probando rei ritatem, mutare vero lectionem in totum, merarii eſſe hominis. Autor noſter illa dunkat, ex immenſo voluminum medicorum lago, certis cancellis incluſit, quibus mecus ægri thalamo adſtans, indiget. Nos grata ncordia ad mellificium perficiendum conſpibimus, veritatemque in umbrarum carceris detentam, ſtrenuo, (quantum quidem in bis eſt,) animo, liberabimus, liberatamque ſempiternam orbis memoriam diſſeminabius. Et hæc quidem methodo Ariſtotelis à nos propoſita faciemus, ex ſententia legum quiſſimarum, veritatis κατὰ παντὸς, juſtitiæ καθ' τὸ, & ſapientiæ καθ' ὅλου πρῶτον.

Nec veremur ſonoros crabronum ſtrepis, qui magnitudine ſolum terribiles ſunt, uleis vero deſtituuntur. Vociferentur, quanm poſſunt, eructent in faciem noſtram, fœdas ventriculi muccilagines, quærant pro avi meliſſa, craſſiſſimas lactucas, & urticas ortuas, dicam nobis impingant grandem ud Peripateticos, Stoicos, & Epicureos, qui i ſua ſcita & edicta prætoria promulgant, à ibus ne quidem unguem tranſverſum diſcent omnes, qui apud magiſtrum nomina proſſi ſunt. Interdicant nobis aqua & igni, quod ſt-habitis authenticis Galeni Canonibus, ovas, easque forſan ipſorum cerebello abrdas, obtrudere Chimeras audeamus. Perpeo illud Philemonis in ecdiazomeno nobis nte oculos eſt, nihil eſſe jucundius, & doto viro dignius, quam ferre poſſe conviantem. Quoniam, ſi ille, cui convitium fit, iſſimulaverit, in ipſius autorem redundat.

Et

Et hinc tendit ad ardua Virtus, Virtus preſſa
prementes opprimens. Nobis unica veritas cu-
ræ eſt, quæ adeo valida exiſtit, ut omnes huma-
nas cogitationes ſuperet, ſicut ſcite Aeſchi-
nes contra Timarch. ſcribit: *fremat orbis, rugiat*
Orcus. Ad veritatis autem cognitionem, opus
eſt philoſophica ingenii libertate, non coacta
diſcernendi, judicandique facultate, ad pla
citum hujus, vel illius magiſtri ſummi. Crimen
hoc læſæ majeſtatis facillime expiari poteſt:
abſque ſupplicio capitali, & bonorum confiſ
catione. Hinc egregie Pythagoras, *Idem facit*
inquit, *qui abſynthii amaritudinem, & qui orationis li-*
bertatem tollit.

Hæc Cyrene, niſi Ariſteo ſalebroſam han
viam ingredienti, ſuppetias tulerit, non eſ
quod ſperet, ſe Proteum vinculis coercere, pr
arbitrio poſſe. Sic demum, ſic Philoſophi à vu
go, ſic liberi à mancipiis, ſic ſapientes à temer
riis diſcernentur. Neque Galeni autoritas
tanto apud nos pretio eſſe debet, ut cum a
quid adfirmat, illi citra experientiam propria
propriamque inventionem debeamus præſta
fidem, quod ipſe Galenus de ſe, Galen. lib.
de diffic. reſpirat. cap. 8. pulcherrime adſerit

Certo quoque nobis perſuademus, noſt
hæc, ad unum aliquod diſputabilium theorem
tum genus, optimo jure revocari poſſe, quæ
Ariſt. 1. Topicor. cap. 9. recenſentur, neque e
eſſe naturæ, ut apertam & omnibus aſinis m
tam, vel obſcuram prorſus habeant cauſa
qua demonſtrentur, aut pœnam, & ſenſum, m
autem πλὴν ἐκ λόγου κρίσιν requirant.

De lana caprina more mulierculartum, So
ſtarumve non rixabimur. Neque nobis ani
eſt, omnia ad vivum reſecare. Multa tant
p

paulo accuratius ſubtrutinam philoſophicam revocabimus, quam ab aliis hactenus factum, magna cum jactura comperimus. His addemus matularum medicarum delineationes, colorumque variorum diſcrimina ita dilucide explanabimus, ut quilibet ſtudioſus ſanctiſſimæ hujus artis, facillime, absque impenſis, illos penicillo, ſub privato Lare depingere poſſit.

A doctis & candidis, (Zoilos enim & invidos nihil moramur amplius) ut Apelles à prætereuntibus, errorum noſtrorum notationem, ac medicinam convenientem, non tamen cauteria & actualia, flagitamus. Nam nequaquam illius farinæ homines ſumus, quorum Galen. lib. 1. de element. c. 2. mentionem facit, qui vitio ſibi verti putant, priſtinas deponere criſtas, ac mutare ſententiam in melius. Hujus admonitionis & cenſuræ candidæ, non à nobis duntaxat, ſed etiam ab aliis liberis ingeniis, doctrinæ ſolidæ ſitientiſſimis, immortales ſunt reportaturi gratias.

Sacro Sanctæ igitur ac individuæ Trinitatis invocato numine, quod recepimus, id nunc aggrediamur, ſingulisque ordine capitibus ſub incudem revocatis, adeo ſuccincte, & Laconice veram ſententiam de Urinis decernamus, ne Lerneam Hydram nobis ſecari, quis jure dicendi anſam hinc arripiat, uno abſciſſo capite innumeris ſubinde repullulantibus. Tuum erit, Lector optime, noſtros conatus & hoc tyrocinium, æqui bonique conſulere, tuaque benevolentia, & humanitate creſcenti plantæ fulcimenta ſudesque ſubjicere, ac ſic nobis anſam præbere de gravioribus cogitandi, cum creverit ætas, creveritque ingenium. Vale, quiſquis es, &, ne prius, quam legeris & intellexeris, judica, ſi philoſophus & eſſe, & nominari vere cupis.

SUMMA

SUMMA TOTIUS OPERIS,

QVatuor conſtituit WILICHIUS *operis hujus partes. In prima agit de generalibus quibuſdam conditionibus, & judicio ſubſtantiæ Urinæ, breviter quidem, at diligentiſſime, ut nihil hic deſiderari poſſit, cum revera ex ſubſtantia magis, quam e colore Urinarum, concoctio vaſorum ſit ſpectanda. Quandoquidem vero ſubſtantia cum colore ſemper eſt conjungenda, & hic cum illa, optimo ordine in ſecunda parte, de differentiis colorum eorumque cum ſubſtantia Urinæ συζυγίᾳ, & copulatione ita luculenter, methodice & perſpicue diſſerit, ut aliis facile palmam præripiat. In tertia aggreditur enarrationem cauſarum copioſæ & paucæ Urinæ. In ultima informat medicum, quibus cautionibus de contentis, ſic judicare poſſit, ut ſalutem ægro, ſibi vero ipſi decus & famam immortalem concilIet.*

Quæ in Urina conſideranda.

Et hercle hæc quatuor in omni Urina judicanda à medico accurate ſunt conſideranda, niſi velit ipſum cum macula inſcitiæ, ludibrio muliercularum exponere, nempe ſubſtantia, color, isque cum ſubſtantia conjunctus (quo etiam perſpicuitatem & puritatem referimus) quantitas, denique trium regionum contenta, ſive παρυφιστάμενα.

PAR-

DE URINÆ Inſpectæ dijudicatione.

PARS PRIMA

CAP. I.

Cujuſnam Medicinæ pars eſt, Urinæ dijudicatio.

VRinæ dijudicatio, non contemnenda pars in ea medicinæ parte, quæ σημειοτικὴ *nominatur, compræhenditur, quæ utique per ſigna morbos, eorumque cauſas exquiſite indagare tagit. Sunt autem ſigna aut concoctionis, aut uditatis. In ima alvo, egeſtiones, in genere veoſo, Urinæ, in membris ſpiritalibus, ſpiritus, gnificant morbos & cauſas.*

SCHOLÆ MEDICÆ E URINIS HIERONYMI REUSNERI.

TRitum eſt vulgo dictum, ubi deſinit phyſicus, ibi incipit medicus. Quod omnes erpretantur de principiis, quę medico phyius ſuppeditat, Avicen. lib. 1. ſen. 1. doct. 1. 6. cap. 1. Et ſane non inepte, dummodo cabulum Phyſici non adeo ſtricte ſumatur, put hodie accipi ſolet cum Galeno lib. de ſa. tuend. ad Thraſyb. cap. 28. Nam & de thematico intelligendum, ut, ſi quæras, cur unda & orbicularia vulnera, & ulcera, non

facile glutinentur, ſi præſertim corpus fuerit
δυσελκὲς, licet omnia κολλητικὰ ἢ συμφυτικὰ
medicamenta, & ἐπίδεσμον, qui fit faſcia glu-
tinatoria, adhibeas, Mathematicus reſponde-
bit, quia, ut circumferentia in circulo, ſic lab
in ulcere rotundo nimium diſtant, ac abho
rent à ſe mutuo. Omnis autem glutinatio p
contactum fit.

Phyſica demonſtratio ab effectu.

Quanquam etiam ſententia illa, non abſu
de, de modo procedendi, intelligi poſſe videa-
tur. Sicut enim Phyſicus utitur demonſtratio-
ne ſigni, & effectus, ſi cauſæ ipſius ſubjecti ſi
occultæ, & per hanc demonſtrationem in cau-
ſæ cognitionem pervenit: Ita in medicina, om-
nis inveſtigatio ab eo, quod ſenſibus perſpi-
cuum eſt, in abſtruſas morborum cauſas, me-
dicum deducit, quodque ortu & cauſarum or-
dine poſtremum exiſtit, inveſtigatione pri-
mum ocurrit, ut ſymptoma aliquod mani
ſtum, ſeu ſignum, quod certis conjecturis
partis affectæ ſuſpicionem nos pertrahit. A
3. Ethic. Nicomach. cap. 3.

Genera ſymptomatum.

Signorum autem ſive ſymptomatum (
iiſdem enim hæc uſurpabimus, exemplo
leni comment. Aphor. 12. lib. 1. nam, ſi c
quid ſenſibus noſtris obvium eſt, quod a
latens comitatur, ſignum illius ſit, merito
ptoma, quia conſpicuum eſt, & interiore
quo fluxit, morbum indicat, ſignum v
bitur, Gal. in defin. medic.) tria ſunt ſu

g

genera: actio læſa, dum ſcilicet, aut non fit, aut male, & quidem hic, aut diminute, aut depravate excrementorum vitium, aut in ſubſtantia, aut qualitate, aut quantitate, & ſimplex corporis affectus præter naturam. His ſignis utimur, ad omnem corporis ſtatum, quæque in eo eveniunt, cognoſcenda, ſive jam ſit conſtitutio corporis ſalubris, ſive inſalubris, ſive neutra. Maxima autem eſt ſignorum neceſſitas in ſtatu contra naturam. Medicum enim non ſolum morbum, verum etiam illius naturam, differentias, modum generationis, locum affectum, cauſas, rationem ſolutionis, ad unguem perſpectam habere oportet, monente Galeno 3 de ſymptom. cauſ. cap. 1. & Democrito in epiſt. ad Hippocratem. Aſt horum omnium cognitionem, cum illa in intimo corporis receſſu condita, ſenſus noſtros effugiant, ſolis ſignis, tanquam certis rerum indiciis, mens adipiſcitur, ut jam oculis cernantur, quæ antea magna obſcuritate involuta jacebant. Gal. comm. 2. lib. 1 Prorrheticor. textu & lib. 1. de criſib. cap. 3. & lib. 1. de loc. affect. cap. 2. & 3.

Recte igitur Urinæ dijudicatio, non contemnenda pars σημειωτικῆς ſtatuitur, ſine cujus interventu, nunquan medicus, in cauſæ morbi abſtruſæ cognitionem perveniet. Ut mirum idcirco non ſit, tam magnam in ea collocare fiduciam, non ex vulgo duntaxat multos. ſed etiam

An aliquid tribuendum ſit Urinæ.

etiam ex doctioribus plurimos. ἰσχόμενα enim i
id eſt, humores, interiores cauſæ ſunt, ſanitati i
quidem, ſi naturæ legibus tenentur, morborum
vero, ſi de naturæ bonitate decedunt. Urinam
autem eſſe excrementum ſecundæ concoctio
nis, quæ fit in venis, ubi ἰσχόμενα ſunt, adſeri
mus, ut poſtea probabimus. Teſtabitur igitur d
felici αἱματώσεως ſtatu, id quod Gal. quoqu
lib. de tot. morb. tempor. cap. 3. adfirmat.

An in morb. indicationes curandi à cauſa conjuncta petendæ.

Ita in morbis indicationes curandi à cau
interiori primo petendæ. Cum enim acciden
nempe morbus ſemper indigeat cauſa efficie
te, quæ ſit τὸ εἶδος ὁμόγονον, καὶ διδόμενον
εἶναι τῷ ὄντι, ut Ariſtot. 11. cap. 2. poſter. analy
& 7. metaphyſ. text. 59. ſcribit, pro explora
eſt, manente cauſa, morbi formam mane
illaque ſublata formam quoque auferri.
quod prima requirit indicatio, quæ, quid
agendum, docet. Ut vero αἴτιον συνεχὲς, fo
mam nempe morbi, recte & ſcite appræhe
damus, atque ad hujus normam, indi
tiones θεραπευτικὰς apte inſtituamus. Uri
nos & auribus, & oculis captos in abdita
narum penetralia, ubi cauſa morbi ſedem
bet fixam, & in naturæ myſteria ducit, d
quaſi digito monſtrat, cujus partis vitio,
qua ſordes & inquinamenta, ſi qua inſu
corradit, ſecumque rapit Urinæ), ſanguific
minus finem conſequatur, naturæ conven
tem, unde cauſa morborum.

Qui

Quibus, cum ipſa experientia, optima re-
rum magiſtra adſtipuletur, quis non obviis
ulnis, matulas ægrorum Urina refertas exci-
piet? Partim, ut hinc anſam arripiat, certius
iudicandi de morbo, & ejus cauſa interiori,
partim vero, ut, cum homines, quæ illis eve-
niunt, nobis præcognita vident, non ſolum ar-
tem ſacram extollant, illiusque profeſſores ad-
mirentur, ſed etiam facilius ſeſe ſuamque ſalu-
tem illis committant, ad omniaque remedia
toleranda promtos exhibeant. Ut de vulgi ca-
lumniis nihil dicamus, quibus ars noſtra, ſi quę
alia, ſubjecta eſt, quas facile evitabit medicus,
qui in hac palęſtra exercitatus, omnium diſpo-
ſitionum corporis humani naturam, even-
tumque prænunciabit.

Porro ab Urina ſumuntur inprimis ſigna
πέψεως, ἀπεψίας, σωτηρίας, τὰ δ᾽ ὀλέθρου δη-
λωτικὰ, καὶ κρίσιμα. Non tamen negandum eſt,
inde peti quoque σημεῖα τὰ παθογνωμονικὰ,
quæ ſunt συνεισβάλλει τῷ νοσήματι. Id quod medici
Illuſtrates plurimum obſervant.

Qualia ſigna ab Urina ſumantur.

Reſtat quæſtio à Gentili quoque in com-
ment. ſuper Avic. lib. 1. fen. 2. doct. 3. cap. 1.
quæſt. 1. ventilata. Utrum à pulſu deſumta ſigna
ſanitatis, vel mortis certiora ſint, quam ea, quæ
ab Urina? Quæ brevis & dilucide decidenda.
Ut in iis, quæ igne elixantur, accidit, ita in cor-
de intumeſcit, qui per ἕψησιν quandam coqui-
tur, ſanguis. Illo intumeſcente, in arterias fervor

Utrum à pulſu certiora ſigna mortis ſumantur, quam ab Urina.

& ſpirituoſus ſanguis derivatur, unde dilatan-
tur omnes arteriæ, nam ſunt veluti totum
quoddam cum corde, & cum totum redditu[r]
majus ſimul, ac acceſſerit pars, non poteſt una
pars dilatari, quin eodem tempore dilatetur
Quomodo fiat pulſus. totum. Sine hujuſmodi amplificatione, non fieri
poſſet diſtributio alimenti in omnes partes. E[t]
hæc eſt διαστολή, quę fit à ſpiritu vaſa tendent[e]
quo efflante in habitum corporis, & diſtribut[is]
ſanguine particulis, neceſſe eſt tumorem cordi[s]
& vaſorum deſidere tamdiu propter pondu[s]
donec novus ſpiritus iterum repleat ac diſten-
dat. Et hæc eſt συστολή, motus contrarius prio-
ri. Atque ideo hoc fit, cum, quod non ſit con-
tinua generatio eorum, quæ tota ſimul fiu[nt]
tum, quod omne mutatum, mutetur prius,
quod mutatur, ejus aliquid prius mutatum ſ[it]
ut Ariſtotel. 6. Phyſic. text. 2. 55. & 87. &
de cœlo text. 21. ſentit.

Si itaque vires cordis & anima vitalis conſ[iſte]-
bunt, continua ſanguinis generatio in co[rde]
erit, continua partium nutritio, continuus m[o]-
tus cordis, continua aſteriarum pulſatio. Ad[eſt]
enim calor, efficiens pulſus, adeſt mate[ria]
alimentum effervescens, quod ſequitur mo[tum]
cordis, adeſt finis, diſtributio ſpiritus vitæ,
mentique aderit quoque forma, elatio à ſpir[itu]
& reſidentia à pondere. Contra deficienti[bus]
viribus & facultate vitali allucinante, ut in m[o]-
ribundis, deficit paulatim pulſus, dimin[uitur]

di[...]

latatione, & aucta contractatione.Nam con-
ictatio non fit à facultate animæ vitialis, fu-
rines expellendi gratia, uti Galenica Schola
tumat, ſed ſequitur pondus corporis cordis,
arteriarum, quod pondus derelinquente
titu, nihilominus ſupereſt, & deſtitutum
tentatrice, rectriceque anima, gravius, mo-
ſcilicet naturali, urget ac premit. Dilatatio
tem continuam ſpiritus generationem ſequi-
, quæ in moribundis minima eſt, laborante
æ officina.

Quis igitur ambiget, multo certiora ſigna
atis, & mortis à pulſu ſumi poſſe, qui à ſon-
ſalutis procedit, quam ob cauſam, pulſum
licandum in ſiniſtri potius, quam dextri
chii carpo cenſent, ut & ideo quoque, ne
licium propter hepatis, & fellis calorem in-
turbetur, quam ab Urina, cui nullum cum
de commercium, & quæ clarius jecoris,
arum, humorumque ſtatum, quorum ad-
niſtratione corpus univerſum gubernatur,
rbosque in his genitos repræſentat, quam
s, corporisque robur?

Pulſus in ſiniſtri brachii carpo tangendus.

CAP. II.

DE NECESSITATE ET UTILITATE URINÆ

Quot nam ſunt commoda Urinæ inſpectæ?

OCto ſunt præcipua. I. eſt, quod affectionum in jecore, atque ve certiſſimum judicium. Tympani dividitur, vel dijudicatur ex cauſ vel frigida, vel calida. Si calida tunc Urina rubet in hoc morbo, tunc calor hep tis eſt reſtinguendus, curatur quidem in prin pio & juventute, ſed ſi negligatur, non eſt cu bilis. Si eſt cauſa frigida, facillima eſt curatio Ita hepaticus, quando laborat ex calore, tunc v tus concoctrix laborat in hepate, & tunc ſequi eos hydropicos fieri, in hoc morbo venæ meſar obſtruuntur, & ſic ſuccus ad neceſſaria per att ctivam non attrahitur.

II. Facit ad patefaciendum mores homin propter temperaturas. Nam ſi ſanus homo quenter, (nam ſemel atque iterum certis de ſis mutari poteſt) pallidam, aut ſubrufam craſſa ſubſtantia minxerit, pituitoſus erit. Si va erit, aut ei proxima, cum tenui ſubſtantia lioſus, ſi ſubflava, craſſioris conſiſtentiæ, atra rius erit.

III. V

III. *Urinæ inſpectio ducit nos ad cognitionem rborum per conſenſum.*

IV. *Non ſolum monſtrat morbum, ſed etiam rbi cauſam.*

V. *Quia quatuor tempora morborum hinc oque patefiunt.*

VI. *Indicat intentiones curativas.*

VII. *Quod per hanc fiat exploratio coctionis, præſertim ejus quæ fit in ſanguine & hepate.*

VIII. *Propter criſium dignotionem, atque c eſt vel ſalutis, vel mortis præſagium. veluti ſi rina nigricat maxime, aut ſi viridis, & veneta, t livida anteceſſerit, mortem prædicit, tanquam alis caloris extinctionem. Ita paſſea Urina, ſi e permanſerit, icterum diſſolvi, judex Urinæ edicet. Ita in febribus, ſi craſſa micta fuerit, aut ulo poſt reſidet craſſitudo, & attenuatur ſuper-, aut craſſa permanet, illic quidem parum inæ-alis turbulentiæ ſupereſſe ſignificatur, & mor-m haud ita multo poſt coquendum, hic vero buc eſt reliqua in ſanguine perpetua agitatio, morbum vigere non eſt obſcurum.*

SCHOLÆ.

NOrma ſcholarum noſtrarum ſi aurea illa Galeni lib. 2. de fac. na tur. in fine cap. 9. ſententia. *Stu dium*, inquit, *eorum laudandum eſt, qui vel explanant recte dicta à ſapientibus, vel ſupplent, ſi quid omiſſum eſt eis.* Non enim fieri poteſt, ut quis idem incipiat, perficiatque. Contra culpandi ſunt qui adeo ſunt delicati, ut nihil diſcere eorum quæ recte ab aliis dicta ſunt, velint, & q adeo ſunt ambitioſi, ut ſtudio novoru dogmatum, ſemper aliquid aſtute textant cavillentur, partim ſponte prætereuntes, pa tim callide oppugnantes. Paucis itaque ſecu dum hanc regulam philoſophicam Galeni uſus hoſce examinemus. De primo certum e ex Urina de omnium partium totius corpo affectibus minime fallax judicium fieri poſſ præcipue autem iecoris, propter magnam v narum illic concurſum, tam in cava, qua gibba parte, non autem, quod hepar ſit pri cipium & φύσεως, & διοικήσεως venarum quam hypotheſin admodum vacillantem, p rimi nobis ex Galen. lib. artis parvæ cap. & 1. de uſu part. cap. 16. & Aretæo lib. 1. cauſ. & ſign. Chronic. cap. 13. obtrudunt. N illorum ſententiam amplectimur, quor Gal. com. 6. in Hipp. lib. 2. de nat. hu ment

An hepar venarum origo.

ntionem facit, ut & Ariſtot. 2. de part. m. cap. 9. & lib. 3. cap. 4. *Omnes venæ ſunt tinuæ venæ cavæ, & cum ea conſentiunt.* Hip-. lib. de locis in homine. *Hæc autem ori- vel è corde, vel è jecore. Sed non è jecore, ergo rde.* Probatur aſſumptio ipſa αὐτοψίᾳ. Ve- cava cordi adſiſtens, capaciſſimum è ſe ra- m promit, qui membrana ſua, fere dimi- m cordis partem exterius ambire ſpecta- , & in ejus molem ſparſus exhauriri. Im- , ubi dextrum cordis ſinum involvit & ve- , adeo magnus eſt, ut hunc multi non ve- n, ſed membranam dicere malint ex ſiniſtro æ cavę pariete profectam, quæ mox ut cor ngit, in illius ſubſtantiam degenerat, pror- nque obliteſcit. Tranſgrediens vero diaphra- a, poſteriori jecoris ſedi amplo ſinu excepta, tum adnaſcitur. Et revera ibi tenuina potius illamenta venæ cavæ conſpiciuntur, quæ, ſi s voluerit cum trunco venæ cavæ in corde parare, conferat ſane cum canibus catu- & cum matribus hœdos. Nec cava tran- or, ut hepar perforat, cujus παρέγχυμα, ſi ceretur aliquamdiu in aqua tepida, conta- cet & decidet, relicto retis cujuſdam ex in- meris venulis conſtantis, tenuiſſimo con- u penitus illæſo. Quod in vena cava à cor- eparanda nunquam fiet, licet affuſo quoque o radicato (quod vel metalla duriſſima in orem ſolvit,) peraliquot menſes in fimo

magi-

magiſtrali, vel balneo Mariæ putrefacias, & i
Pellicano circules. Et, ſi vena cava oriretur à jo
core, omnes venæ haberent continuationem
cum jecore, quod in vena arterioſa non fit, ne
que in venis toti meſenterio propriis, quæ a
glanduloſa quædam corpora finiunt, cum ca
teræ omnes verſus portas referantur, ut ipſe
met Galen.4. de uſu partium ex ſententia qu
que Herophili ſcribit. Statuimus itaque recti
venam cavam originem ſumere è corde, nu
quaquam ex hepate, & neceſſario oſculis com
mitti radicibus venæ portæ. In quem errorem
quoque Galenus incidit, hæc negans. Na
cum intuitu perſequi nequiret tenuiſſimaru
venularum ductum, pronunciavit non eſſe
quod ipſe videre non potuit. Portę radices à c
pillaribus in extremo hepatis ambitu quaſi
choatæ, ſenſim in majores colliguntur & c
ſcunt, donec prope verſus medium omnes
cavo jecoris in unum coëant caudicem, ubi p
mus in totum corpus ingreſſus eſt. Hæc con
nuatio vera eſt, non igitur iſtarum propa
num novus erit exortus, nec ideo dicendu
portæ venam primum in hepatis viſcere β
ςησιν nanciſci, ſed in corde ob cavam. Dein,
fieri poteſt, ut ſanguis extra vaſa prop
cordis calore deſtitutus, aut non concreſc
& hinc corrumpatur, aut particulæ non
glutinetur ? quomodo iterum in vaſa ve
cavæ aſſumetur ? quomodo denique hep
cor

An Vena portæ committatur orificiis venæ cavæ.

pus, tenuiſſima membrana veſtitum, con-
re humorem ſanguineum poterit, in tan-
iſcere inſperſum? Quin admota fiſtula, ſi
es truncum venæ portæ, videbis, quoque
inflari venam cavam. Ut de ictericis nihil
amus, in quibus bilis à veſica fellis obſtructa
urgitans primo inficit maxime ſanguinem
æ portæ, quæ deinde communicat ſangui-
n venæ cavæ, cujus rami ad exteriora totius
poris tendunt. Vena igitur cava arbor eſt,
e unica innumeros ramos per totum cor-
mittit undequaque, qui ſanguinis & huic
mixti ſeri ſunt vehicula.

Quare de omnibus morbis corporis ex Uri- *Omnium venarum una concoctio.*
udicare poſſumus, quia omnes venæ ſunt
tinuæ venæ cavæ, & ab illa oriuntur, non
m eſt diverſa coctio venæ cavæ & venæ
æ, non igitur diverſum quoque judicium
Urina de partibus, ad quas rami venæ por-
eferuntur, ab iis, quibus vena cava propa-
s communicat, uti Galeni opinio perperam
tur adfirmare.

otus autem, (quem ut ichoris, ita quoque
næ materiam primam judicamus, ut po-
probabitur) defertur in ventriculum, in-
na, venas meſaraicas, venam cavam, venas
lgentes, renes, ureteres, veſicam. Et hæc
munis eſt via. Verum videmus, cum ſtre-
in calefacta bibulorum arena deſudamus,
n nos reddere Urinam crudam, nihil aut
omni-

omnino parum à potu aſſumpto differentem
Jam ſi propoſita via ad veſicam illa Urina detu-
baretur, magnam certe mutationem adipiſcere-
tur. Gal.3.de fac.nat.cap 15.hujus rei cauſas h
proponit, primam qualitatis convenientiam
dum propter hanc partes circa ventriculum
avidius potionem arripiunt, præſertim ſi
vinum, quod juxta eundem comment. apho
18, part. 2. τάχιστα ϰαὶ ἀθροώτατα nutrit. Secun-
dam, humoris tenuitatem, cum tenuia citius
facilius digerantur. Tertiam, vaſorum laxit-
tem. Ultimam trahentis facultatis renum
bur, ſeu, (quod melius eſt) naturæ ſerum e-
pellentis virtutem. Verum hæc opinio, cu
non videatur ipſum rhombum attingere, que
deſcribere conamur, compendiarii alii ſeceſſ
inveſtigandi, qui ſunt arteria trachæa, arte
An aliquid potus in pulmones deferatur. magna, arteriæ emulgentes, veſica. Licet aute
Hippoc. lib. 4. de morbis, ut & Eraſiſtrat
apud Plutarchum, multis machinis hanc arce
demoliri conentur, longe tamen plures ſu
rationes, quæ faciunt, ut huic opinioni palm
tribuamus, quam exoſculati ſunt, Plato in Ti-
mæo, Plutarchus ſympoſiac. Decad. 7. pr-
blem. 1. Aulus Gellius noctium Atticaru
lib. 17. cap. 11. Gal. 8. de placit. Hippoc.
Platon. cap. ult. & lib. 2. de ſimpl. medic.
cultat. cap. 17. & com. aphor. 17. part. 2. A
quid itaque potus ad pulmones deferri, his
tionibus tam ἀπὸ τοῦ διότι quam ὅτι ductis m

o explorato habemus.

I. Si canem ad eam ſitim redegeris, (quod ile conſequeris, nam natura ſiccum eſt ani-l,) ut aquam nigro colore tinctam bibere atur, & mox thoracem aperias novacula tiſſima per στέρνον recta traducta, nigro co-e infectos pulmones deprehendes.

II. Natura non fruſtra tam amplas emul-tes arterias condidit, ſed hanc ob cauſam, nagna ſeri portio per eas percolaretur.

III. Idem Galeni experimento paret. Nam uis copioſam aquam in os recipiat, deinde o reſupinatus orificium gutturis paululum riat, (hoc enim in noſtra poteſtate eſt ſi-,) ſentiet aliquid potus illabi, quod titilla- & ſi paulo id copioſius ſit, tuſſim excita-quæ diſcuſſo potu, ſæpiſſime titillationem rt.

IV. A potu, propter humectatos pulmones, us procedunt ἀποπλύσματα καὶ πτυελισμοί. c quoque ſputum e pulmonibus tuſſi re-um, colorem vini refert, quod modo bi-is.

. Dicitur in communi proverbio. Canto-mant humores. Et hercle recte. Nam can- aliqui àdeo amant cantharos, ut rectius à haris, quam canendo nomen derivent n. Cum nimia in canendo contentio vocis umpta humiditate, aſperitatem inducens, gratiam obſcurat, gutture ſæpius vino, aut

nobili

nobili Torgenſium Zytho irrigato, cantore admodum delectantur, & dulcius octavas ſua & decimas quoque ſi modo prata bibant, ca nunt. Unde, ex ſententia poëtæ, *fluit meliu poſt pocula ſermo.*

VI. In lipothymia infuſo in os vino Ma vatico, aut aliqua aqua moſchata, momen recreatur cor. Nulla autem eſt alia via, p quam tam cito poſſit permeare ad cor, qua per arteriam trachæam & magnam.

VII. Nonne ſolemus affectus pulmonis, tuſſim & infarctus, curare potionibus, & ec gmatis? Certe neceſſe eſt, ut aliquid illorum pulmones deferatur. Ideo quoque medici hibent hic viſcida & tenacia, ut oleum am dalarum dulcium recenter extractum, cum caro Candi, item eclegma ſanum & expertu de pineis nucleis, & ſimilia, Item in expec rando Spiritum Vitrioli rectificatum, & cir latum eo uſque, donec violæ odorem refe omnisque roſionis ſit expers, miſcent c oxymelle, vel alio ſerapio, ut, cum tenui admodum ſit partium, diutius inhæreat c quo majori copia in pulmones extillet. Sic lib. 1. de facult. aliment. cap. 29. *utitur o cum melle, ad craſſos thoracis, ac pulmonis hu res expurgandos.*

VIII. Peripneumonici ſæpiſſime per ſe tas Urinarias ingentem puris copiam ming Via eſt hæc, de qua Gal. 6. de loc. affect. ca

ſiniſtrum cordis ſinum, in magnam arte-
m, indeque in arterias emulgentes, renes &
icam. Idem in pleuriticis accidit, quorum
s non ſolum per venæ appellatæ ſine pari ra-
lum à Fallopio obſervatum expurgatur, qui
pſummet ſiniſtrum emulgentem inſeritur,
um etiam per hos ductus. Raro enim pleura citur inflammatione, quin etiam in con- ſum rapiat pulmones vicinos. Id quod non tum ſymptomata multa, ut tuſſis, & ſputa mplurima, quæ ex illa membrana exangui ndum Galenum lib. 2. de facul. nat. cap. 3. ueunt prodire, teſtantur, verumetiam ipſa averum ſectio docet. Contra Hippocrates his telis petit. *In pleureſi pulmones quoque laborant.*

. Pulmo cavus eſt, & eſt in ipſo fiſtula, e faciunt ad formationem vocis. Si autem us deferretur in pulmonem, fieret obſtru-, & ſic impediretur vox. Reſp. Transfuſa tio potus, per interiorem arteriæ tunicam dat, ut pulmones irrorentur, non autem, ar gurgitis, qui concitato impetu fertur, re- te totus per mediam fiſtulam irrumpit. l. com. aphor. 17. part. 2. Atque idcirco tuſſim irritat, nec ullum penitus, vel titilla- is, vel obſtructionis ſenſum efficit, dum nde per trachæam illabitur.

I. Procedit potus in gulam & ventrem, & is in reliquum corpus diſtribuitur. Ergo in pulmones.

III. Si potus ferretur in pulmonem, non
autem ventriculum, cibi redderentur ſicci, nec
concoquerentur, propter meliorem ciborum
confuſionem & ſequeſtrationem impeditam, a
ſicuti in Spagiricis deſtillationibus addimu
aquam.

IV. Medicamenta alvum ſubducentia, in
potu ſumpta, extra ventrem procederent, ne
ſuperne, aut inferne dejicerentur.

V. Purgantia pulmones exulcerarent, pro
pter σαλαγμὸν, & pituitam capitis in pulmo
nes deſcendentem.

VI. Homines vino nigro repleti, nigra quo
que recrementa excernunt, quod indicium eſt
potum ſeu vinum per ventrem ad inteſtina de
mitti.

VII. Allium, rutam, cepas, raphanum, co
medentes, reddunt, ſecundum Galenum quo
que lib. de attenu. victu. cap. 1. Urinam ma
olentem. Quæ demonſtrationes omnes evi
cunt, potum potius in ventriculum, quam pu
mones ferri. Ad has ſex argumentationes bre
viter reſpondemus, cum Platone & Galen
maximam partem potus deferri ad ventricu
lum, quia ſecundum Hippoc. lib. 4. de mo
bis, contigua eſt & annexa ipſi ventriculo, gu
hominis, noctes atque dies patens & hians j
nua. Nihilominus tamen etiam aliquam po
tionem in pulmones deferri, conſtanter adf
mamus.

VIII.

VIII. Si potus deferretur in pulmones, his
pletis, homo neque reſpirare, neque loqui
ſet, & ſequeretur ignis animalis φθορὰ per
ισιν. Idem teſtatur experientia, quod ali-
ndo hinc tanta tuſſis excitetur, ut ſtrangu-
onis & ſuffocationis immineat periculum.
ſp. ex Plutarchi ſententia, hoc tum demum
i, cum tanta fuerit potus copia, ut ſpirituum
m occupet. Ideoque natura ſagax ἐπιγλωττί-
, membranam cartilaginoſam, laryngis ori-
o ſuperpoſuit, ſitu tertiæ, cartilagini artæ-
di contrario, quaſi moderatricem, obicem
perculum, prohibendi, admittendive, quod
alutis uſu foret, ut radice ſua, edulia qui-
n omnia defenderet ab arteria, dorſoque
tomachum detruderet, potum autem par-
tur inter ſtomachum & pulmonem, & qui-
n, ut pedetentim influeret. Et hæc cauſa eſt,
od aves ἐπιγλωττίδα non habeant, quoniam
trahendo, aut ſorbendo, ſed potius immer-
oſtro, potum paulatim tranſmittendo, ir-
ant & humectant arteriam. Potus autem
im non excitat, juxta ſententiam Galeni
2. de ſimpl. medicam fac. cap. 17. quia
tinus rapitur ab inſtrumentis, & facile quo-
que diſtribuitur, nec ſpiritus vias coacer-
us infarcit. Nam mox à cordis ſiniſtro ven-
ulo, aër humore plurimo madens excipi-
, hinc in arteriam magnam mittitur, ab hac
rterias emulgentes. Ut hinc appareant me-

 dicorum

dicorum noſtrorum nugæ, qui ex Gentili ſ[...]
per Avic. lib. 1. ſen. 4. cap. 1. Paragr. 15. c[...]
mant, pulmonem fortiſſimis indigere remed[...]
ratione diſtantiæ, opus enim eſſe, ut hæc pri[...]
tranſeant per venas meſaraicas, & poſtea ad h[...]
par deveniant, hinc ad cor, tandem ad pulm[...]
nes. Mirum eſt ipſos non addidiſſe ſaphena[...]
aut baſilicam. Ultimum argumentum Hipp[...]
cratis eſt, ſi ad pulmones deferretur lac, n[...]
poſſet nutrire infantes. Hujus ſolutio, licet [...]
dictis pateat, hoc tamen addemus, idipſum [...]
dargui exemplo phthiſicorum, qui ſolo lac[...]
maxime autē humani uſu, è mammillis hau[...]
curantur ſaluberrime. Gal. lib. 5. methodi, m[...]
dend. cap. 12. & lib. 7. cap. 6. ſcribit, Euripi[...]
nem, Herodotum & Prodicum, tantam in [...]
cte ad corpora tabidorum reficienda fiduci[...]
habuiſſe, ut etiam illos, qui phthoë cor[...]
buerant, ex ipſa mulieris papilla lac ſugere ju[...]
rent. Unde neceſſario convincitur, lac quo[...]
in pulmones, quorum morbus phthiſis eſt, [...]
ferri. Quanquam non negemus, ex conti[...]
lactis uſu, ſanguinem, qui ad pulmones de[...]
tur, poſſe contrahere qualitatem lactis. Ex [...]
Sole meridiano clarius eſt, Urinæ maxim[...]
vim eſſe, præter affectus jecinoris & renum [...]
judicādis difficillimis pulmonum & arteriar[...]
morbis. Quæ notatio, cum ab autore no[...]
omiſſa ſit, brevibus pertexenda fuit, ſicut [...]
ſequens. Recepta eſt à Galenicis opinio, n[...]

An ex Urina morbos nervorum cognoſcere poſſimus.

m[...]

odo ex Urina de affectibus nervorum, ut paryſi, tetano, ſpaſmo, poſſe judicium fieri, uod videlicet materia in nervis hærens, per llas ſemitas, ad venas emulgentes, devenire ſſit, cum illi è cerebro ſecundum ipſos, hæ ve ab hepate oriantur, neque mutua fruantur cietate. Horum veſtigiis, poſteri pio zelo, ncipiorum inſtar, inſiſtentes, contra illam imæram, ne quidem muſſitare, auſi fuent, perpendentes admonitionem Ariſtotelis . 6. Ethic. Nicomach. cap. 11. ubi vult, ſeorum pronunciationibus, & opinionibus ſque demonſtratione, non minus quam deonſtrationibus attendendum eſſe, quia name ex ipſa experientia uſum habent, & princi intuentur. Quæ res fecit, ut nemo hactes (quod ſciamus) Camarinam movere, & æſtionem hanc vel perfunctorie duntaxat, uti canes è Nilo bibunt, aggredi voluerit, n nimirum ex Urina morbos nervorum coſcere poſſit ſagax medicus. Nos dubii hujus, ui ſane, veritatem, ſi ulterius progredi non ebit, penicillo ſaltem adumbrabimus. E ceri priore, ut molliore parte, nervos ſentien originem ducere, è poſteriore vero, & ex næ medulla, movẽtes nervos derivari, omnes e cum anteſignano ſuo Galeno lib. de odorat. tr. cap. 2. ſentiunt. Et perperam ſane. Licet aum hæc opinio, adeo validas in illorum animis dices egerit, ut nullo rationum bipalio evelli

poſſe videatur, non tamen de cæpto viæ cur
ſolius veritatis deſiderio moti, deflectemu
hinc exorſi, quod nervus nihil ſit aliud, qua
Nervus eſt vena. vena, quæ in nervi naturam in cerebro deg
neravit, vas ad ſpiritus, ſive floris ſanguinis v
hiculum in extremas & longinquas part
pro ſenſu & motu deſtinatum. Cum autem
venarum ſtatu & morbis, ex Urina, con
cturam facere poſſimus, quid impediet, c
minus ex eadem, de nervorum quoque affec
bus, aliquid certi pronunciemus? At hic inſ
get contra nos Davus quidam, vino Hip
cratico ebrius, qui ſtrenue vociferabitur, p
poſitionem vel non eſſe conſonam princi
κατὰ παντὸς, vel non convenire ponti aſi
rum, vel demonſtrationem habere nimium
motam, & longe difficiliorem, quam ut il
cerebro ſuo turbulento aſſequi valeat. Ver
aliquantiſper edormiſcat hoc villi, donec
mis diſcuſſis, & σκληροφθαλμία ablata, ip
hominis naturam penitius rimari poſſit, &
bita metamorphoſi ex Davo Oedipus fiet.
rebri uſus eſt, ut cum ex ſanguine in corde
vente tenuiſſima pars ſublimatur, ſua frig
tate eam temperiem ſanguini præſtet, c
faciat, ne optima pars ſanguinis in auram
neſcat, & ſic officium ſentiendi, & move
intercipiatur. Hippoc. lib. de carnib. Ariſt
de part. anim. cap. 7. Gal. lib. 2. de tem
cap. 3. Avic. lib. 3. fen. 1. cap. 2. quamvis l

ſc

n. 1. doct. 3. cap. 1. contrarium doceat. Simile videmus accidere in deſtillationibus Spagiricorum, qui fiſtulam, ſpiræ inſtar variis anfractibus recurvam, ſpiritus recipientem, vaſi aptant, in quo aqua frigida continetur, cum vitra recipientia, propter nimium ſpirituum fervidorum impetum (præpedito nempe effluxu propter ſigillum Hermetis) frangantur, cum vero, ut hujus refrigerationis beneficio, temperati ſpiritus, placide ſe phlegmati in recipiente inſinuent.

Sanguis autem ille, cum ſit tenuis & ſynceras, ideo circa cerebrum capillares, ac frequentes venæ ex cava & aorta ſparguntur, quæ illi ſanguini ſint ad cerebrum deferendo. Harum illæ, quę ad caput feruntur, calvariam ingreſſę, partim πλέγμα δικτυοειδὲς, multiformi nexu, citra tamen ullius membranę copulationem, reti aſſimilem contextum ſtruunt inter os σφηνοειδὲς, & duram meningem, partim vero ſinus craſſæ membranæ conſtituunt, è quibus vaſa ſanguinis in tenuem membranam ſparguntur. Ab his membranis, tenui quidem extrinſecus, illo vero plexu intrinſecus, tenuiſſimas cerebrorum venulas recipit, quæ cerebri ſubſtantiam ingrediuntur. Hæ licet in cadavere minus conſpicuæ ſint, ſic tamen oſtendi poſſunt, ſi quis cerebrum animalis paulo ante jugulati ſciſſum comprimat, ſanguinis ſubſtantia ex venulis, alias extra vaſa ſanguis incorruptus ſervabitur

quod ἀδύνατον) minutiſſime infinitis loc[...]
exudare cernitur. Hæ venulæ ſi in cerebro d[...]
ſinerent, nec ulterius ad diſtantia ſenſus & mo[...]
tus organa deferrentur, inutiles fuiſſent. Gal.[...]
de ſympt. cauſ. cap. 8. & lib. de rig. tremo[...]
& palpit. cap. 3. & 5. Quid enim opus cereb[...]
tanta copia ſanguinis temperati, quem cer[...]
preparat aliis partibus? Deinde, ſi nervi, aut no[...]
ſunt venæ, aut cum venis non continui, quo[...]
Galenus ſentit, neceſſe eſt, ut exeat è vaſis ſa[...]
guis ſpirituoſus, in laxam & viſcidam cereb[...]
ſubſtantiam, quæ illum facile imbibet, & phr[...]
nitin generabit, & poſtquam ſemel egreſſu[...]
habuerit ex tunicis continentibus, in nerv[...]
reaſſumatur, aliiſque vaſis iterum claudatu[...]
Hem, quale hoc eſt, ἐπικαπεράσαι? Qu[...]
nullo pacto fieri poteſt, cum natura ſpirit[...]
ſit dilatari & diffundi undequaque non aute[...]
cogi. Quæ hic tam admiranda & occulta (h[...]
enim excuſatione calva utuntur) erit ἀνα[...]
μωσις? Ut de corruptione extra vaſa futur[...]
nihil dicamus. Continuas igitur aut eaſde[...]
oportet eſſe venulas ingredientes cerebrum, [...]
ex eodem egredientes ad ſenſuum inſtrumen[...]
Nullum vero aliud corpus egredi videmu[...]
cerebro, præter nervos. Nervi igitur nihil ali[...]
ſunt, quam venæ in naturam nervoſam muta[...]
Nota cauſam errati Galenici. ut recte ſentit Ariſt. 3. hiſtor. anim. c. 3. & 5. V[...]
dentur autem nervi prope cerebrum ideo ca[...]
didiores, quia venulas illas, propria quodam [...]
mo

odo ſubſtantia exutas, natura, cerebro quaſi
mento fulcire voluit, non autem, quod ſub-
ſtantiæ ſimilitudine originem referant. Hiſce
ſtipulatur ipſa quoque experientia. Quoties *Quomodo paralyſis in colicam deſinat.*
ralyſis deſinit in colicam, intermittentes fe-
res, articulares morbos, & hi affectus contra in
am? Pro explorato habemus, colicam, febres
arthritidem, materiam habere hærentem in
nis, paralyſin vero in nervis. De modo maxi-
a hic controverſia. Plurimi materiæ morbi-
æ tranſpoſitionem inculcant. Hæc ſi admitti
beret, neceſſe eſſet, ut materia colicam faciens
peretur in cerebrum, ſi in nervos pervenire
beret, qua ſolum in nervos via patet. Quod
contingeret, quibus non ſymptomatibus ce-
bri lethalibus, tales expoſiti eſſent? Immo il-
s tunc bene valere capite cernimus. Deinde,
m ſecundum ipſos venæ cum nervis non ſint
ntinuæ, afferant modum, quo illa materia
oſculis venarum, quæ inter tunicas inteſti-
rum inſeruntur, poſſit ſurſum, contra natu-
lem motum, tam longinqua via, ſine certis ca-
nlibus, in nervos ſeſe inſinuare. Qui erunt ſa-
llites, qui humorem comitabuntur, ut extra
ſa prolapſus & fluctuans, neque dextrorſum,
que ſiniſtrorſum, ſed recta linea (vah abſur-
um abſurdorum) in ſolos nervos, virginis mo-
eſte inſtar, pedetentim & placide ſe conferat?
Quidam hunc medium terminum invenerunt,
t dicerent, omnia ſublunaria eſſe poroſa, &

probant, quia videmus, ſi quis infundat vinu
in cyathum ligneum ſiccatum, aliquam vi
portionem ſeſe in poros cyathi inſinuare, ite
ſpongia attrahit in ſuos poros aquam, ter
item Sirii fervore exucca reddita, poros vo
ciſſimos aperit, omnemque humorem in alvu
recondit. Nonne igitur omnia ſublunaria poro
ſa? Ergo & corpus humanum, quod refertu
eſt poris quamplurimis. Quid igitur obſtat, q
minus humor ille faciens colicam, per poros ill
ſeſe in nervos inferat, paralyſinque creët? W
nugas nugaciſſimas. Inductione iſta Ariſtote
ca non pertrahent in ſententiam ſuam Ti
rum, aut aliquem Melibæum, qui neſcit, ad i
ductionem neceſſario requiri omnium ſingu
rium ſimilium veritatem & conſenſum, (oſt
det enim ruſticus ille miſer, & ſimplex,
acuto Logico, marmor, ſaxa, ſilices, met
quam plurima, niſi à Spagiricis ſint ſoluta
alia multa ſublunaria carere poris) multo
nus Philoſophum, qui paulo acutius ipſas
rum naturas ſcrutatur. Deinde, ut demus
illis, corpus humanum eſſe σπογγῶδες, q
hoc ad materiam paralyſeos? ubi eſt me
iſte terminus? Urgent illos priores aculei.
teria ex vaſis ruet, non concreſcet, per occu
poros materia illa craſſiſſima, lenta, rancid
viſcida, ſurſum feretur contra ſuam natu
è vaſis elapſa, à nervis hoſpitio excipietur.
non hic pons eſt aſinorum? an non hæ dem
ſtratio

[..]ationes, & medii termini ſenſum ac pænam [..]ſiderant? Sed non eſt mirum, cum corpus [..]manum ſit admodum poroſum una cum ca[..]re, diebus præſertim Canicularibus, poris [..]mium laxatis, rationem exire. At utinam [..]rems tandem aliqua veniret, quæ efficeret, [..]ntrahendo poros, ne ratio, καὶ ἡ ἐκ λόγυ κεί[..] tam crebro è cerebro evolaret. In cujus ta[..]en locum πυκνωτικὰ φαρμακὰ ſubſtituantur. Alii, cum viderent has tricas, ex Gal. 4. de rat. [..]ct. in acut. com. 27. & Fernel. lib. 5. Pathol. [..]3. duplex genus paralyſis propoſuere, unum, [..]jus cauſa in nervis conſiſtit, alterum, in vaſis, [..]orum repletione & conſenſu nervi partium [..]frigerantur, & ſpiritu influente ac facultatis [..]ommeatu deſtituuntur. Quæ ſententia cum [..]on minus à ſcopo aberret, quam prior, recte [..]cimus, Colicam in Paralyſin deſinere, cum [..]ontinuo ductu materia ab inteſtinis per venas [..] cerebri venulas, quæ nervi ſunt, fertur. Ex [..]ſce omnibus, complexionem hanc neceſſario [..]ferimus, ex Urina nervorum quoque affe[..]us cognoſci poſſe, cum ex illa pateſiant mor[..] venarum, quarum ramuli tenues & capilla[..]es ad cerebri baſin delati, in nervos degene[..]ant, ut luculenter eſt modo demonſtratum.

An mores à temperamento.

Alter uſus eſt, quod ex Urina in tempera[..]enti, & ex hoc in morum cognitionem per[..]enire poſſumus. Quo ſenſu omnia illa acci[..]ienda, quæ ab Ariſtot. 7. Politicor. cap. 13. de mutatione

mutatione morum, in medium afferuntur. Et revera morum quædam ſemina nobis inſeruntur, naturę primordiis conſentanea, quę ſi quis velit tollere ac corrigere, Æthiopem citius album reddet. Ingeniti enim temperamenti tanta vis eſt, tantum robur, ut nullis artibus, aut diſciplinis prorſus mutari, multo minus è ſtatu ſuo deturbari poſſit. Nam corpus noſtrum non tantum ex mollioribus particulis, quę cum ſint patibiles, & ad modum ceræ flexibiles, facile à ſua temperie decedunt, ſed etiam ex ſolidis conflatum eſt, quibus cum propter fibras firmiſſimas plurimum inſit firmamenti & roboris, nulla vi ſic labefactari poſſunt, ne ingenium & corporis priorem naturam redoleant. Calor & humiditas faciunt ad multi ſeminis generationem, Gal. lib. 2. de temper. cap. 2. Semine multo generato fit priapiſmus, & genitalium titillatio ac pruritus. Huic libidini ſi non frænum injiciat metus pœnæ, vel diſciplina, erumpet in actum, & fiet ſcortator. Calor præterea facit tales audaces, & bellicoſos. Unde, ex ſententia quoque Ariſt. 2. Politic. cap. 7. videtur, qui primus fabulatus eſt, non irrationabiliter Veneram Marti conjunxiſſe, quoniam omnes hujuſcemodi homines proni ſunt ad Venerea, illiſque obnoxii. Idem de invidia, quæ omnium vitiorum fœdiſſimum apte à Galeno lib. de cogn. cur. an. morb. c. 7. appellatur, dicendum. Hæc, ira concepta, in commotionem

æſtuati

uationem ſpirituum incidit, quam evidens
citas excipit. Hic æſtus erumpit per linguam
ledicam, cum non habeat juſtam cauſam in-
endi manus. Ut egregie invidia ſit arbor, cu-
radix, eſt malevolentia, cujus frondes, ira
odium, cujus flores, irriſio & contemptus,
jus fructus, æmulatio & detractio, cujus fo-
, livor & pallor. De hiſce ex Urina pronun-
are poſſumus. Si Urinæ corona erit craſſa &
uoſa, frigidius cerebrum indicabit, unde ta-
ſomnolenti, timidi, ignavi, hebetes, indo-
es, fluxilis memoriæ depræhendentur. Sic, ſi
erit corona flava & tenuis, indicabit cere-
um calidius, hinc illi erunt iracundi, vegetes,
daces, temerarii, inconſtantes, ingenioſi.
uam ſententiam Plato nobis quoque reliquit,
τε ὀξεῖς, inquit in Theæteto, καὶ ἀγχίνοι, καὶ μνήμονες,
τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύρροποί εἰσι, καὶ ἄττοντες φέ-
ται, ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, καὶ μανικώτεροι, ἢ ἀν-
ειότεροι φύονται. οἵτε αὖ ἐμβριθέστεροι, νωθροί πως ἀπαν-
σι πρὸς τὰς μαθήσεις, καὶ λήθης γέμοντες. Qui vehemen-
ſunt natura & calidiore temperamento, ſunt
genioſi & memores, ſæpenumero etiam ad ira-
ndiam vehementi quodam impetu proni, &
ultabundi varie deferuntur, nō ſecus ac naves
tinaculis minime ſuffultæ, & inſaniores verius
uam fortiores natura ſunt comparati. Qui con-
a graviori ſunt naturæ indole, ſegniores quo-
mmodo ad diſciplinas capeſſendas accedunt,
obliviοſiores exiſtunt. Quod cum Platone
al. quoque com. 39. in Hipp. l. 1. de nat. hum.

& Gentil.

& Gentil. in Avic. lib. 1. ſen. 1. doct. 4. cap. 2
aſſerunt. De ſimilibus idem eſto judicium.

De aliis uſibus nihil eſt, quod annotemus
cum ipſorum veritas ſit omnibus nota, præter
quam de ſeptimo, addamus documentum no
tabile Fernelii lib. 3. Pathol. cap. 15. quo aſſe
rit, Urinam, quæ nullo renum vitio ſit inqui
nata, non ſemper ſanguinis & ſuccorum eju
coctionem, & conditionem oſtendere. Nam
Urina nonnunquam citrina, craſſa & turbid
mejitur, & detractus ſanguis nihilominus ex
quiſite purus conſpicitur, ut in quartana per
ſæpe, & in tertiana intermittente, atque in icte
ro, cum bilis in venas prorumpens, ſanguin
tantum ſero permiſcetur, ipſo ſanguine no
infecto. Unde turpiter errant, qui ab Urin
craſſa & rubra protinus mittendum ſanguinen
clamitant. Eſt & nonnunquam Urina, & co
lore, & ſubſtantia, & hypoſtaſi ſecundum na
turam, cum tamen detractus ſanguis color
& ſubſtantia vitioſus appareat. Id fere contin
git in ſtatu & ante criſim continuarum fe
brium, cum perfecta eſt Urinarum coctio, ne
dum tamen natura ullam noxii humoris ve
cuationem eſt molita. Sed hæc rariora ſunt.

*Quid medico agendum, ut Urinam humanam
aliis Urinis, & liquoribus diſcernat.*

Sæpiſſime medicos, juniores inprimis, dec
piunt, & irrident mulierculæ, dum ipſorum p
ritiam exploraturæ, Urinam vaccæ, vel ali
ru

n ſubjugalium, quæ longe craſſior eſt humana, judicandam offerunt. Huic malo ut occurratur, notandum, liquores hoſce ſimiles urinæ humanæ eſſe, hydromel, ſyrupum acetoſum, jus cicerum, aquam crocomyrrheam, urinas bovis, ovis, capræ, capreoli, aſini. Quę omnia ſolo odoratu diſcernuntur. Non autem decet, immittere naſum aquilinum in matulam, ſed ſequenti modo apte fieri poteſt. Finge te, aperta matula, velle aliquid in Urina videre, admotis oculis, una cum naribus, percipies momento vaporem & odorem humanæ Urinę proprium. Aut ſemoto vitri regumento, collum ejus manu una apprehende, altera fundum, hic manum ſummam naribus admove, ſimulans, te velle tergere aliquantulum, ſed modeſte, ſum, & ſic depręhendes fœtorem Urinæ. Et hæ cautiones maxime locum habent, cum in Urina nullum ſedimentum apparet. Illud autem experimentum de corpuſculis in Urina natantibus, nullius eſt momenti. Quot enim inveniuntur Urinę, in quibus nil tale conſpicitur?

TABULÆ OCULIS SUBJICIENTES
Ideam totius Doctrinæ.

Tres ſunt, in alitudine corporis Urinæ, regiones.

Caput, Suprema aut regio, aut ſuperficies.

Venter, Ima, quæ eſt matulæ fundus.

II. Pectus, Media, quæ intra ambitum utrumque continetur.

I. SUB-

I. SUBSTANTIA.

- *Subſtantia Vrinæ mi-ℇta*
  - *Tenuis*
    - *Talis permanet.*
    - *Paulo poſt conturba-tur.*
  - *Craſſa, quæ eſt ſæpe turbata, aut perturba-tur, & vel*
    - *Attenuatur, dui... craſſiores pa...tes reſident.*
    - *Craſſa perma-net.*
  - *Mediocris.*

II. COLOR.

- *Albus*
  - *Intenſus*
    - *Criſtallinus*
    - *Niveus*
    - *Aquoſus*
    - (all three:) *eſt extremæ cr...ditatis.*
  - *Remiſſus*
    - *Lacteus*
    - *Glaucus*
    - *Charopus*
    - (all three:) *mediocris coctionis.*

Subpa...

bpallidus, apud Actuarium ſubſpiceus, hic tingitur à bile.

lidus, Actuario ſpiceus.

rufus, aliis ſubfulvus, aliis, & Actuario ſubaureus, hic eſt temperata coctio.

fus, fulvus, aureus Actuario, Græce πυῤῥὸς

flavus Actuario ſubcroceus.

vus, Actuario croceus, Græce ξανθὸς.

rubeus	Rubeus, ἐρυθρὸς.	
eus.	Paſſeus.	Venetus.
idis.	Oleaceus.	Lividus.
		Niger.

SUBSTANTIÆ ET coloris copulatio.

Albæ.		Albæ.		
		Lacteæ.		
Pallidæ.		Charopæ,		Craſſo.
	Craſſæ	Subrubeæ, cum		
Rufæ.		ſedimento, vel		Subrubeo, &
		Rubeæ.		
Flavæ.		Nigræ,		lævi.

III. QUANTITAS

Quantitas: Multa. Pauca. Mediocris.

IV. CONTENTA.

Subſtantia contentorum. { *Tenuis.* / *Craſſa.* / *Mediocris.* } *Eadem eſt aut* { *Lævis.* / *Aſperat* / *ſeu di* / *vulſat.* }

Eorundem {
- *Color.* { *Niveus.* / *Subpallidus.* / *Pallidus.* / *Flavus.* / *Subrubeus.* / *Cruentus.* / *Venetus.* / *Lividus.* / *Niger.* }
- *Quantitas* { *Multa.* / *Pauca.* / *Mediocris.* }

}

CONTENTA IN SUMMA regione.

Nubes, *Nebula,* νεφέλη

- *Bullæ*
  - *à loco, in*
    - *Tota ſuperficie.*
    - *Corona, quæ ſæpe non eſt.*
    - *Medium corpus vergentes.*
  - *à ſitu*
    - *Perpetuatæ.*
    - *Diſperſæ.*
  - *à colore*
    - *Concolores.*
    - *Aureæ.*
    - *Albæ.*
- *Pinguedo.* — *Puncta oleacea.*

CONTENTA IN MEDIA regione.

ἐναιωρήματα, *ſuſpenſio, ſublatio, ſublime, ſublimentum.*

IN TERTIA REGIONE

- ὑπόστασις, *ſedimentum, ſubſidentia.*
  - *Orobea & ervalis.*
  - *Furfurea.*
  - *Laminea,* πεταλώδης.
    - *candida.*
    - *Rubea.*
  - *Similacea.*
- *Capilli.*
- *Pus.*
- *Sanguis.*
- *Arenulæ & alia quædam.*

Cap. III.

DE DEFINITIONE URINÆ

Quid eſt Urina?

ALiis eſt Urina, ſanguinis intra venas colatura. Aliis eſt ſeroſa quædam humiditas. Et ſicut eſt ſerum in lacte pars aquoſa & tenuis, itemque ſanies diluta, ita & aquoſa ſanguini, ut ſit fluxibilior, eſt permixta, quæ abundans, vi naturæ excretricis, per venas emulgentes, ex cava vena, derivatur uſque in renes, ubi veluti per incerniculum in ureteres, & exinde in veſicam fit fluxio. Atque ſicut veſica bilis redundantem bilem ex jecore attrahit, & ſplen atram bilem, ita venæ emulgentes, ſeroſam humiditatem exugunt, & tanquam ſuperfluam, alio pro excretione propellunt.

SCHOLÆ.

IN omni generatione & mutatione ſubſtantiali, ſemper reſecantur partes quædam ſupervacuæ, quæ formæ introductionem in materiam ſubjectam impedire poſſent. οὐδὲν γὰρ ἐκ π... γίνεται, καθάπερ οὐδ' ἐν τοῖς ὑπὸ τέχνης δι... γημένοις. οὐδὲν γὰρ ἂν ἔδει ποιεῖν. νῦν δὲ τὸ ... ἡ τέχνη τῶν ἀχρήςων ἀφαιρεῖ, τὸ δὲ ἡ ...

In omni generatione ſunt excrementa.

nquit bonus Ariſtot. 3. de gener. anim. cap. 11. ulla res ex tota re generatur, ſicuti & in iis fit, uæ ab arte elaborantur. Quod ſi ſecus ſe ha-eret, non requireret aliquam operam. Nunc tem inutile ſi quid ſit, id aut à natura, aut ab te detrahitur. Omnis vero generatio eſt ade-io novæ formæ, & ἀγωγὴ ad ſubſtantiam. ova autem forma, quia nova eſt, novum & verſum à priore forma, materiæ apparatum ſiderat, & remotionem partium veteris for-æ, quæ advenienti formæ non quadrant.

Porro concoctionem cum Ariſt. 4. Meteo-l. cap. 2. & Gal. 1. de fac natur. cap. 8. ad neratione m referimus. Nec abſque ratione. ψις γὰρ ἐςὶ τελείωσις ὑπὸ τȣ̃ φυσικȣ̃ καὶ οἰκείȣ ϱμȣ̃, (à quo ἡ ἀρχὴ τῆς τελειώσεως συμβαί-) ἐκ τῶν ἀντικειμένων παθητικῶν, ταῦτα δ' ἐςὶν, ἰκεία ἑκάςῳ ὕλη. Ideoque, ὅταν πεφθῇ, πετε-ίωταί τε καὶ γέγονε. Concoctum eſt perfectum genitum. Perfectio autem intelligitur de futu-, ſive ſuccedente forma. Nam, etiamſi panis in triculo mutatus corrumpi videatur, dum pri-nam ſaporis, odoriſque gratiam non ſervat, uti iſtonicus credidit, teſte Celſo in prꝗfat. lib. 1. fit men ibi τελειώσις, quatenus panis vertitur in ylum, longe nobiliorem ſubſtantiam, ex qua la, ſicut & ex virium prꝗſtantia, concoctionis, e ἐψήσεως ſalubritas ponderanda eſt & ꝗſti-anda. Hinc τὸ τέλος, τοῖς ἡ φύσις ἐςὶ. ἡ φύσις δὲ, λέγομεν, ὡς εἶδος καὶ ȣ̉σίαν. Nec credendũ eſt, *Concoctio eſt generatio.*

 Galenum

Galenum in alia fuiſſe opinione, cum coctio-
nem definit eſſe alterationem nutrientis in pro-
priam qualitatem ejus, quod nutritur, 2. de fac.
nat. cap. 4. 3. de ſympt. cauſ. c. 3. & 3. de facu
natur. cap. 7. Per alterationem enim non in-
telligit eam, quæ fit per qualitatis depoſitio-
nem & mutationem in contrariam qualitatem
eodem manente ſubjecto, ut lib. 1. de ſemi-
cap. 14. & lib. 1. de fac. nat. cap. 6. vult,
ſpecificam & primam ab eo lib. 1. de hum.
commen. 1. dictam alterationem, quæ fit, cu
ex ſpecie alia ſpecies inducitur, depoſita ve-
natura. Sic ex cibis generatur nova ſubſtan-
chylus: ex chylo, ſanguis, quæ omnia, ſepo-
priſtina forma, prorſus novam adipiſcun-
Forma certe chyli eſt alia, quam ſanguinis
tamen ſanguis ex chylo fit. Supererunt ig-
ſemper quædam τὰ περιττώματα, quæ,
non poſſint adſimilari, vel vegetationi non
vient, & ideo nullius uſus ſunt, in animalis
pore, vel ipſi impedimento erunt. Etſi e
Alimenta non ſunt prorſus ſimilia nobis. ſecundum Gal. lib. 3. de temp. c. 2. & li
de ſimpl. medicamen. fac. cap. 10. alim-
ſubſtantia ſua convenire debeant nutri-
corpori, nihil tamen ejuſmodi nobis appo-
menſa poſſe, autor eſt idem 1. de ſanit. tu
cap. 3. è quo comeſto, & in ſubſtantiam
tium nutriendarum vertendo, nulla pe
pars, tanquam περιττεῦόν τι, reſecanda ſit.
quam quoque cauſam, tot concoction-

a

lterationes neceſſe eſt ſubeat cibus, antequam
ctu alat. Idem teſtatur experientia. Nam quo-
idie excernimus multas eſculentorum & potu-
entorum reliquias, per alvum, veſicam, nares,
alatum, &c. Quam excretionem concinne
Ariſt. 1. de gener. anim. cap. 28. dicit ſaluta-
em, cum excrementnm corpori ſit ideo con-
rarium, quod aſſimilari nequeat, licet calor
iu, multumque in ejus elaboratione fruſtra
ſe exerceat. Ariſt. 4. de part. anim. cap. 2.
Gal. 2. de facul. nat. cap. 12. Unde ἔνδεια τῆς
ροφῆς, καὶ μάρανσις, cum nova calori nativo in
abulum ſuggeri nequit ἀναθυμίασις. Et hæc
non tantum de abſoluta iſta coctione intelli-
enda, in qua id quod coquitur, priorem amittit
ormam, ut meliorem naturam nanciſcatur, ſed
tiam de altera ſpecie, quæ eſt γένεσις κατὰ μέ-
ρος, cum tantum res dicitur cauſa quantitatis,
el qualitatis concoqui, ſalva manĕte ſubſtantia
pſius ſubjecti. τοῖς δ' εἰς ὑποκειμένην τινὰ μορφὴν
ὸ τέλος ἐστὶ τῆς πέψεως; ὅταν τοιονδὶ γένηται, καὶ
οσονδὶ τὸ ὑγρὸν, ἢ ὀπτώμενον, ἢ ἑψόμενον ἢ σηπό-
ενον, ἢ ἄλλως πως θερμαινόμενον. τότε γὰρ χρή-
ιμόν ἐστι, καὶ πεπέφθαι φαμέν. Sic vocamus Uri-
nam coctam, tali conſiſtentia, tali colore, &
alibus contentis apparentem, quæ indicant,
am fuiſſe caloris nativi vim, ut τελείωσιν indu-
ere potuerit, quæ eſt quædam adæquatio, per
quam craſſiora attenuantur, tenuiora incraſ-
antur, ὁμογενῆ καὶ ὁμόφυλα conjunguntur, ἑτε-

Duplex πέψις.

Urinæ coctio.

ϱογῶν vero ſecernuntur, ex ſententia Ariſt. 4.
Meteor. cap. 3. Thaddæi Florentini ſupra
Prognoſt. ſent. 13. Galen. lib. de tot. morb.
tempor. cap. 6. συμβαίνει δὲ τοῦτο πάσχειν ἅπα
σιν, ὅταν κρατηθῇ ἡ ὕλη καὶ ἡ ὑγρότης. αὕτη γάρ ἐστ
ἡ ὁριζομένη ὑπὸ τῆς ἐν τῇ φύσει θερμότητος.
Si autem Urina non eſſet dictis conditionib
prædita, philoſophus diceret, calorem non ſa
potuiſſe materiam illam coquendo perficere,
qua Urina extunditur. διὸ καὶ ὑγιείας σημεῖα
τοι αὗται, καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήσεις, καὶ ὅλως τὰ περιττώ
ματα, καὶ λέγεται πεπέφθαι, ὅτι δηλοῖ κρατεῖν τ
θερμότητα τὴν οἰκείαν τοῦ ὑγροῦ. Quo quid clar
dici poteſt? Quanquam & hæc ad πέπανσιν com
modiſſime revocari poſſunt. ἔστι δὲ ἡ φυμάτι
καὶ φλέγματος, καὶ τῶν τοιούτων πέπανσις
ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ πέψ
Et πέπανσις ἐστὶ πέψις τις. Apparet ſimilitud

De numero coctionum, & cujus excrementum ſit Urina.

Quare, cum cujuslibet coctionis, ſua ſ
excrementa, ſequitur, tot eſſe genera exc
mentorum, quot ſunt coctiones. De num
igitur coctionum, & in quam claſſem Urina
collocanda, videndum. Coctio certa corp
temperie, (à qua omnes actiones, & functio
ſecundum Galen. lib. de ſub. fac. nat. profi
cuntur) perficitur, quæ facit, ut cibi, dum exq
ſite permiſcentur, & mutantur, depoſita o
qualitatum exuperantia, in illum mediocrit
ordinem recidant, qui ſit naturæ alendæ i
neus. Variam igitur partium temperiem, v
quo

...ioque ſequetur coctio, varium excrementum. ...am nulla eſt in homine pars, ſive ſimilaris, ſive ...ſſimilaris, cujus natura & temperatura non ...fferat à natura, & temperatura alterius Gal. 1. ... fac. nat. cap. 3. τρέφεται ἕκαστον μόριον ἐξ ...κείας αὐτῷ τροφῆς, ἣν ὀρθῶς ἂν εἴποιμεν εἶναι ...τὰ φύσιν ἑαυτῷ, inquit recte Galen. commen. ...hor 17. part. 2. Una quælibet idcirco pars, co...et ſibi ſuccum cognatum, membrana ſuum, ...teria ſuum, lien ſuum, qui alteri parti minus ...nveniet. Hanc innumeram coctionum, ſe...m, medici non inepte cancellis hiſce incluſe...nt, ut ſit triplex coctio, ventriculi, venarum, ... habitus corporis, Gal. lib. 3. de ſymt. cauſ. ...p. 1. lib. 3. de temper. cap. 1. aphor. 15. lib. 1. ... I. Coctionem in ventriculo fieri, nullis fi...arum adminiculis, ſed proprio, ingenitoque ...e influente calore, (non enim duplex hic ...or eſt) adeo certum eſt, demonſtrationem ...n deſideret. Præparatio cibi fit in ore, dum ...ntibus ibi conſtructis manditur, & volubi...te linguæ ita molitur, ut non levem conver...nem accipiat. Hinc maſticatio ab Ariſt. 2. de ...t. anim. cap. 3. nuncupatur nullius quidem ...ncoctionis cauſa, ſed adjumentum duntaxat. ...bi enim illa minutatim diviſio facit, ut calor ...ilius conficiendo opus ſuum expediat. Hu... primæ coctionis reliquiæ quæ potentiam ...λώσεως, & venarum meſeraicarum exu...m effugere, quia nullius uſus exiſtunt, in

colum inteſtinum & rectum à natura deturbantur. Excrementum hoc dicitur Græcis κόπρ[illegible] καὶ ἀπο πάτημα, Latinis ſtercus.

Inteſtina chylificant. Cum autem dicimus, ventriculum facer[e] χυλὸν, non excludimus inteſtina, in quibus vera alimenta perfectiſſime elaborantur, qu[æ] exiguum tantummodo coctionis veſtigium (ſi quis lynceis oculis rem rimetur) in ventricu[lo] acquiſiverunt. Qua in ſententia, præter A[...] ta. lib. 1. de cauſ. & ſign. Chronicor. morbo[rum] cap. 15. eſt quoque Ariſtotel. 2. de part.ani[m.] cap. citato, & Gal. 3. de fac. nat. cap. 4. ite[m] Averroës ſuper Avicen. partic. 1. Cantic. [...] Idem αὐτοψία ἀνατομικὴ ἢ χειρεργικὴ, & rat[io] nes ex limpidiſſimis Sapientiæ laticibus, ſca[tu]rientes evincunt. Nam experientia ipſa red[ar]guit, falſum eſſe Galenum, qui 3. de fac. n[at.] cap. 4. ſcribit expreſſe, ventriculum poſt [...] ſumptos cibos, undequaque eos complecti [...] liſque adhærere, (quam ob cauſam & quic[...] ventriculo rotundam, & globoſam figu[ram] communicatam dictitant) pylorumque [...] tempore ad unguem eſſe clauſum, at conſ[...] mata coctione, ventriculum cerni motu c[...] plexus moveri, inteſtinorum ritu, pylorum[que] tem recluſum. Si cani exhibeas panem, & [...] ris duabus, vel tribus elapſis illum ſeces [...] ventriculo panem offendes pauxillum, ob [...] ſticationem, à priore forma & natura m[...] tum, in inteſtinis vero χυλὸν perfectum, [...]

ὑγρῦ καὶ ξηρῦ σύστασιν, τῶν ὑπὸ θερμότητος
εφθέντων. Pylorus enim, janitor ille, cujus
unuseſt, prolabentia è ventriculo alimenta
hibere, non adeo exacte clauditur, ut ne quidē
us tenuiſſimæ aciem tranſmittat, licet duo
a glanduloſa tubercula, πυλωρῶ intus aſſiſten-
,enixe laborent, ut cibo, non niſi exquiſite
mminuto, omnem viam & exitum præri-
ant. Quoties, cum frigidum haurimus po-
m, à cœna, frigoris vim manifeſte in inteſti-
s momento percipimus? Ita è vulneribus hy-
chondriorum, quæ ad omentum & gyros
teſtinorum uſque penetrant, cernimus non-
unquam chylum profluere, nondum conſti-
ctionem perfectam adeptum. Quo etiam re-
rimus illos, quibus per laxatum umbilicum
i nondum penitus mutati exeunt. Et quod
ſcrimen eſt, inter ſubſtantiam ventriculi, &
bſtantiam inteſtinorum? an non inteſtina æ-
e obtinent duplicem tunicam, colore ſimi-
m ac ventriculus? Unde δωδεκαδάκτυλον,
uod protinus ab ima ventriculi parte, omnium
ctiſſimum enaſcitur, (quamobrem & ἔκφυ-
ſ appellatur) nullis anfractibus eſt intortum,
orum uſus in jejuno, ileo, cęco & colo inteſti-
hic eſt, ne alimentum confeſtim & ſubinde
bens, gulæ, inſaturabiliſque abdominis ſer-
tuti nos manciparet. Melius igitur cibi è ven-
culo in duodenum, cum nulli gyri impediant,
cident, & in hoc tamdiu moram trahent, do-
nec

nec χύλωσις abſoluta fuerit. Pręterquam, quod vix veriſimile eſt, tantam à voracibus Sycophantis, & Gnathonibus deglutitam ciborum diverſorum colluviem, à ſolo ventriculo, (cujus amplitudo, ſecundum Hippocrat. lib. de ſtructur. homin. quinque palmorum capacitatem non excedit,) contineri poſſe. Unde neceſſario hanc complexionem inferimus inteſtina chylificare, ut & ventriculum, & ſtercus eſt tam ventriculi, quam inteſtinorum excrementum, etiamſi Gal. 3. epidem. com. 6. part. 2. in alia ſit opinione. Et tantum de prima concoctionis officina. Tranſeundem jam ad alteram, quæ eſt αἱμάτωσις, & θησαύρισμα ſanguinis, vitę theſauri. De hac magna eſt controverſia. Quidam cenſent, illam carni hepatis, quam παρέγχυμα nominant, adſcribendam. Gal. l. 4. de uſu part. cap. 12. & lib. 3. de fac. nat. cap. 13. & medici ex noſtris plærique, qui non verentur, pro Galeno, vitam paciſci. Alii contra multo rectius profitentur, naturam venis, ſanguificationis vim indidiſſe, neq; illas tantum ὑποδοχὰς eſſe humoris alterandi. Gal. quamvis ſibi minime conſtet, ut eſt hominis Græci ingenium, idem plurimis in locis teſtatur, ut lib. 2. de fac. nat. cap. lib. 2. de fac. aliment. cap. 6. lib. 4. de uſu part. cap. 12. & 10. lib. de differ. morb. cap. 3. Andr. Veſal. ſummus ille anatomicus & acutiſſimus naturæ ſcrutator lib. 3. anatom. cap. 1. La. Joubert. Decad. 1. Paradox, 4. Jacob. Sch

Venæ ſanguificant

us lib. de primo ſanguificationis inſtrumen-
. Plurimæ venæ & arteriæ exiles per hepatis
ſtantiam diſſeminatæ ſunt, quas illius πα-
ρχυμα partim cava, molli & inæquali ſuper-
ie, eminentiis organorum ſubditorum con-
uenti amplectitur, ſtabilit ac fulcit, partim
ore ſuo tanquam pulvinari, fovet, promo-
que αἱμάτωσιν, eo modo, quo ἐπίπλοον, &
n coctionem ventriculi juvant. Hę venæ ne-
e ab ipſo parenchymate pendent, (ſeparari
im tuto maceratione vel elixatione poſſunt)
que ab ipſo oriuntur, ſed potius hoc ab ipſis.
us enim fuiſſe oportuit fluidum ſanguinem
propaginibus illic effuſum intra ejus tuni-
n, quæ illic ex peritonæo in morem veſicæ
rmata fuit. At quod poſterius γϱνέσει eſt,
n poteſt principium eſſe ejus, quod prius
έσει eſt. Quomodo igitur caro iecinoris ἐπίϱ-
ον δύναμιν venis communicabit? Item, cum
undum Galeni decretum, venæ portæ oſ-
a non communicent cum oſculis venæ cavę,
omodo ſanguis ex vena portæ in hepate, de-
nbitur in venam cavam? Oportet, ut extra
a in ſpongioſam hepatis carnem ruat, neque
men concreſcat, aut imbibatur.

Et quaſi venæ meſeraicæ non obtinerent *Sanguis venarum meſeraicarum perfectus.*
ergiam, ſanguinem abſque parenchymatis au-
o fabrefaciendi, quo omentum, pancreas, in-
ina, meſenterium & vicinæ partes aluntur.
c eſt, quod obganniant, chylum in meſeraicis
rubeo

rubeo quidem imbui colore, ſed qui ὑπογεσ-
φλὼ tantum, non τελείωσιν ſanguinis comite-
tur. Aſpectus ipſe demonſtrat hoc falſum eſſe,
ſi quis tantum cum laniis verſetur. Abſolutiſſi-
mus ſanguis eſt. Alias quoque ſequeretur ho-
abſurdum, partes illas imperfecte nutriri. Ne-
que ideo licet inferre, τελείωσιν hanc in meſ-
raicis, mixtione remeantis perfecti ſanguin-
per truncum lienarem venæ portæ fieri. Nu-
la enim videtur hic ratio, qua demonſtretu-
nam quam primum chylus meſerei venas a-
tingit, fit ſanguis. Concludimus igitur, natu-
ram in venarum fabrica & ἀλλοιωτικὸν ὄργαν-
τοῦ αἵματος, & τόπον ejuſdem intendiſſe. Hu-
ſanguinem venæ, dum tanquam canales
alimento in extremas & minutiſſimas par-
culas deducunt, ſubinde magis coquunt, c-
nec eam perfectionem nactus ſit, ut cambiu-
fiat, & actu nutriat. Quo autem facilius diſt-
butio hæc alimenti procedat, ſanguis in co-
vexo jecinoris, tenui & aquoſo ichore p-
funditur. Hujus pars utilior, & mitior, una c-
ſanguine in venas defertur, & ſanguinem i-
coctione, & fibrarum copia craſſiorem rec-
tum diluit, & tanquam vehiculum expedit
graciles & perquam anguſtas meſenterii
jecoris venas, adeoque extrema corporis de-
cit. Quod natura quoque in ipſo fœtu ob-
vavit. Venarum enim uteri, per quas ſan-
ad embryonis nutrimentum defertur, de-

enæ cavæ trunco , ſiniſtra ab emulgente ſi-
tra explantatur , ut ſcilicet majori ſeri copia
ori, ſive placentæ fungoſæ uteri ſuppeditata,
ilius in tenuiſſima umbilicalium venarum
illamenta eſſet ὄχημα τῆς τροφῆς. Ob hanc
oque diſtributionis cauſam potum adſumi-
s, ut & ideo, quo melior cibi confuſio & ſe- *Cur potus*
eſtratio fiat , ceu chimici in deſtillationibus *ſumatur.*
dere ſolent aquam , aut alium liquorem ſtil-
tium convenientem, denique, ut partes, &
ινδρώσιες, ac συγχονδρώσιες blande irrigen-
, ne continuo motu areſiant. Quo triplex
potus diviſio apud Gentil. in Avic. lib. 1.
. 3. doct 2. cap 7. referenda, cum dicit, po-
n eſſe vel commixtivum, qui debet fieri inter
ndum , cum omnis digeſtio fiat per com- *Potus tri-*
ctionem, vel delativum, qui debet fieri jam *plex.*
ta & completa concoctione , vel denique
s extinctivum, qui quocunque tempore, in
convenit. Potus autem non abſolute intel-
ndus pro eo, quod abſque maſticatione de-
titur, & cum fluidum ſit, ſecundum partes
res dividitur, citoque in nutrimentum tran-
ſed pro quibuſvis rebus potulentis, quæque
e aliquam humiditatem habent reconditam,
o ſenſu uſurpatur ab Hippocrate, teſte Gal.
m. aphor. 11. part. 2. Hic humor, poſtquam
endi munere perfunctus eſt , quia alendo
pori minime accommodatus, tanquam πε-
ιεῦόν τι partim per venas eaſdem, non quidem
ſuo

ſuo impetu, aut renum & veſicæ attractione
ut perperam Gal. credit, ſed venarum, ob mo
leſtiam illatam expellentium vi, in renes,
hinc per ureteres in veſicam detruditur, fitq
Urinæ materia, partim vero per cutim erum
pit, & quidem vel inſenſibiliter, per διαπνοιᾳ
λόγῳ θεωρητὸν, attenuatus nimirum vi calor
& ſpiritus in halitum, vel ſenſibiliter abſum
tur, ſpecie exſtillantis aquæ per poros cu
Galen. 1. de ſanit. tuend. cap. 12. & 4. de r
vict. in acut. morb. ſent. 17. Hippocr. lib.
aliment. Quanquam non negari poſſit,
quam ichoris partem, ſtatim ſanguine in
nam cavam tranſſumpto, in renes ſecerni.
quod in vinolentis videmus, qui pleni rimar
ſubinde mingunt potum vix mutatum, c
gravet naturam, & alterari nequeat.

Urina excrementum concoctionis in venis.

Ex his itaque manifeſte conſtat, Urin
eſſe excrementum ſecundæ concoctionis,
fit in venis. Quo etiam bilem, & omne al
αἷμα νοσῶδες, παχύτερον, ὑγρότερον, λεπτ
ρον, μελάντερον, ac omnino θολερώτερον r
rimus. Quorum illa per alvum, horum
xima pars per Urinas ſecernitur, materi
que hypoſtaſi præbet, ut infra probab

Ichor eſt pituita.

Quæ etiam cauſa eſt, ut Ariſtot. 2. de
anim. cap. 4. 1. de gener. anim. cap. 18.
hiſtor. animal. cap. 19. ἰχῶρα ad pituitc
excrementum revocarit, cujus duas ponit
cies, unam, φλέγμα, τὸ ὑδατῶδες αἱμο

cra

ſſius ac ἄπεπτον, & περίττωμα quidem ve-
n χρησίμης πρώτης τροφῆς, & αἵματ☉ χά-
, quod ulteriore coctione in alimentum ce-
re poteſt. Alteram ἰχῶρα ſpeciatim dictam,
uiorem & ἀκράτητον, ἢ ἐξ ἀνάγκης ἰχῶρα,
puta ἄχρηστον, cujus ideo deſperata πέψις eſt,
od in naturam prorſus aqueam degenerave-
neceſſario idcirco per Urinas & ſudores ex-
ni debet. Huic ſententiæ videtur quoque
s. lib. 2. cap. 12. aſſentiri.

Quod de hepate diximus, idem de liene di-us: quem nequaquam receptaculum craſſi us & fæculenti ſanguinis facimus, quem ip-enuo elaboret ad ſui nutritionem id autem, od nutritioni ipſius eſt ineptum, in ventri-um transfundat, ut ſua aciditate conſtrin-do, ventriculi actiones roboret, & cibi etitum excitet, quemadmodum plerique Gal. lib. 2. de facult. natur. cap. 9. lib. 1. de nor. commen. 1. lib. de atra bile cap. 7. aliis- infinitis locis exiſtimant. Sed lien αἱματο-σιν juvat, dum τὰς ἰκμάδας τὰς περιττὰς tit, ne copia & frigiditate ſua, venarum onem interturbent. Vnde Ariſt. lienem ν ἧπαρ, & ὥσπερ ἀντίζυγον hepati, 3. de part. nal. cap. 7. & 4, vocat: Plato vero, referen- aleno lib. 4. de uſu part. cap. 7. ἧπατ☉ αγεῖον, autor denique lib. de reſpir. ſanguifi-onis organum eſſe ſignificat. Cui ſententiæ, er Aretæ. lib. 1. de cauſ. & ſign. Chronic.

Lien non eſt receptaculum melancholici excrementi.

cap.13. & Alexandrum Aphrodiſ.ſect.2.prob. 44. Hippocrates quoque ſubſcripſit, dum lib. de morb. fœminar. affirmat, lienem ſuſcipere à ventriculo ichores, (quo alias lib.4. de morb. & lib. de aëre aq. & loc. ὕδωρ & ὕδρωπα nominat,) cum ſit ἄραιος, καὶ σπογγοειδὴς, κα... μένος κατὰ τὴν κοιλίαν. Hinc, (ut alias cc... monſtrationes hujus aſſertionis Achilleas om... tamus, quod videlicet lien capacitate & va... tam craſſo ſucco aptis deſtituatur,) idem Hi... poc. lib. de intern. affect. dicit, medicamen... quæ dantur ad lienem, per veſicam deb... purgare, item in lib. de extern. affect. bilio... qui magnum lienem habent, & ideo mali co... ris ſunt, malaque contrahunt ulcera, v... Urinas ſubduci. Quo reſpiciunt etiam me... noſtrates, dum σκελοτύρβην, ſive εἴλεον αἱ... τίτην Hippocratis lib. de intern. affect. cu... volunt. Exhibent enim διουρητικὰ & quæ ſu... res promovent, dum vident, atrabilarem il... fæcem longe ſpiſſiorem eſſe, quam ut ſur... aſcendens gingivas erodere, & cum frigid... ulcera χειρώνια, non ſecus ac affluxus acr... humorum, aut nimius uſus τῶν ῥυπτικῶν... τμητικῶν, procreare, & ſic Scorobutum i... cere poſſit. Galen. 3. de loc. affect. cap. 5.... & lib. de atra bile cap. 2. Et certe, cum ... ſanguificent, cur αἱματοποίησις denegand... numeræ illi ſoboli venarum & arteria... quas recipit lien? Hujus excrementum ſi...

Scorobati in ratio.

vacu...

acuum, tam craſſum, quam tenue, partim er hæmorrhoidas, partim per arterias ſpleni- as ad renes expurgatur.

Et hinc vera reddi cauſa poteſt, cur in phia- una ſanguinis arterioſi plus contineatur ſeri, uam in phialis tribus ſanguinis venoſi. Alii ſudationem afferunt. Alii occultas oſculo- m venarum, & arteriarum ἀναστομώσεις. Sed, æter illos ductus, quos ſupra de pulmonibus, quos defertur potus, attulimus, hæc vera jus rei cauſa eſt. A vena portæ, rivuli com- ures venarum, in ventriculum & inteſtina untur. Hæ venæ, concurſu ſuo, magnum ncum venæ portæ conſtituunt, qui biparti- finditur, quaſi in duos ramos diremptus, a ſua parte, & quidem ampla, in partem con- xam iecinoris, multiplici ramorum ſerie, ſeſe nuat, quibuſdam in ipſam iecoris ſubſtan- m hiantibus, quibuſdam vero recta in venam am deſinentibus. Alter ramus in lienem ittitur, cujus venæ quamplurimæ capillares tranſitu, ventriculi fundum petunt. Hujus uli quidam in lienis ſubſtantiam hiant, & i diſperguntur, ubi plurimę & grandes ntur arteriæ, ab aorta paulo ſupra arterias ulgentes ortæ, quidam evidenter commit- tur oſculis ramificationi arterię aortæ. Cum ue lien ſit fons ſanguinis ſeroſioris, & in plurimæ ſint venæ, quæ ex ventriculo res hauriant, plurimæ item ſint arteriæ,

Cur in arteriis plus ſeri, quam in venis.

grandiores venis, ſemper hiantes, cauſa appa-
ret, cur in arteriis plus ichoris contineatur
quam in venis.

Et tantum de ſecunda coctione, quæ fit in
venis, cujus excrementum eſt οὖρον, οὔρεον ſive
οὔρημα, Latinis Urina, & Lotium. Reſtat terti
& ultima coctio, quæ fit in ſingulis partibu
dum ſecũdarii iſti humores, in partium ſubſta
tiam concedunt, illique aſſimilantur perfecti
Hujus ſupervacanea ſunt, quæ per ἄδηλον αἰ-
σθητὸν διαπνοὴν, vaporis ſpecie, exhalant: ſud
res item, reliquiæ ſeroſi humoris, quæ demu
poſthanc tertiam partium elaborationem eji
untur, ſputa, mucus, βλέννα καὶ μύξα, & ſimil

DE MATERIA URINÆ.

DE materia Urinę, varię apud varios m
obſcuri nominis autores ſunt controv
ſiæ. Quidam cenſent, hanc eſſe potum alte
tum, & ſpoliatum tantum ſuis accidenti
colore, odore, ſapore. Alii, præter pot
ſerum ſanguinis illi commixtum. Prioris
nionis aſſertores ſunt Ariſt. 1. de gene
anim. cap. 18. ſect. 2. probl. 21. & probl.
& ſect. 13. probl. 1. Hipp. lib. 4. de morl
de rat. vict. acutor. tex. 88. Plato in Ti
Avicen. lib. 1. fen 1. doct. 4. cap. 5. circ
nem. Gentil. in Avic. lib. 1. fen. 2. doc
tract. 2. cap. 1. Gal. lib. de atra bile cap. 2.
uſu part. cap. 16. lib. 1. de fac. nat. cap. ult

adv

dverſus Lycum Macedonem, ſectæ Eraſiſtra-
æ aſſeclam, diſputat. 6. epidem. com. 5.
xt. 15. Hieronym. Mercurial. lib. de Urinis
p. 3. Poſtriorem ſententiam tuentur Hip-
c. in Coac. prædict. Ariſt. ſect. 2. probl.
Gal. 1. de tuend. valet. cap. 12. 3. Epidem.
mm. 1. text. 5. in arte parva cap. 94. & 99.
. 2. de facult. natur. cap. 2. lib. de tot. morb.
npor. cap. 3. Rationes jam utriusque partis
eviter ponderandæ, ut veritas illuceſcat.

Prioris opinionis fautores hiſce nituntur fun- *Potum eſſe materiam Urinæ*
mentis.

. Videmus animalia illa, quæ vel nunquam,
parum bibunt, deſtitui veſica, neque Uri-
n colligere. Hinc Ariſtot. 3. de part. anim.
. 8. ſcribit, Veſica non omnibus animali-
data eſt, ſed iis tantum quæ pulmonem ha-
t ſanguineum. Caloris enim exceſſu, qui in
membro continetur, ſitibunda hæc om-
n præcipue animalium ſunt, cibique indi-
non modo ſicci, verum etiam humidi co-
oris, itaque excrementum etiam copio-
Urinam nempe, contrahi neceſſe eſt, uti
ujus conceptaculum exiſtere quoddam,
mobrem omnia, quæ pulmonem habent
uineum, veſicam obtinent. Quæ autem
arent pulmone, & vel parum bibunt, quo-
n fungoſum pulmonem habeant, vel po-
quidem aſſumunt, ſed cibi gratia, ut faciunt
ta & piſces, vel etiam, quæ penna, aut

ſquama, aut cortice integuntur, hæc tum prc
pter humoris aſſumpti exiguitatem, tum, quia
quantum excrementi, Urinę videlicet, contr
hitur, in pennas, ſquamas & cortices abſi
matur, veſica carent, excepta teſtudine ma
na, inter corticata, quæ pulmonem habet ca
noſum, ſanguineum & ſimilem bubulo, terr
ſtris autem proportione majorem. Adde etia
quod propter ſuperficiem obdenſam, & pr
duram, inſtar ſilicis, humor difflari, evapo
reque minime poſſit, ideo neceſſe eſt, ut in
ſicam ſubſidat. Idem repetit Philoſophus 4.
part. animal. cap. 1. & 3. lib. cap. 9. de reni
loquens.

II. Animalia, quæ multum potant, mult
etiam reddunt Urinæ, & contra. Cujus
exemplum dilucidiſſimum in noſtris Ger
nis habemus, qui in popinis bibunt, ut ſem
bibant, repudiata prorſus lege illa Lycu
quam, (ut Xenoph. de republ. Lacedæm.
bit,) Lacedæmoniis præſcripſit, ὅπως,
διψέῃ ἕκαςος, πίνῃ, ſublatis potionibus
neceſſariis, αἱ σφάλλουσι μετὰ σώματα, σφά
δὲ γνώμας. Idem evincit trita à medicis re
Urinam debere quantitate reſpondere
aſſumpto.

III. In iſchuria, ſtranguria, & dyſuria
Urinæ ſupprimuntur medici ægris omne
tum interdicunt, ne augeatur Urina
aucta morbus incrementum acquirat.

ſervant in diabete, cum adeo immoderatum Urinæ profluvium, ut adſumpta potio, nimutata, profundatur, non ſecus ac in lieniis fit, quæ ταχεῖαι τὲ εἰσι, καὶ κατὰ πάντα ἐτάβλητοι τῶν σιτίων διαχωρήσεις, ἤτοι δι ... ωσιν ἐπιπολῆς κατὰ γε τὴν γαστέρα, ἢ κατὰ τὰ ... ερα συνισαμένην ἢ δι' ἀῤῥωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως.

IV. Qui aquas thermales bibunt, eas paulo ...t (maxime, ſi ſint διουρητικαί,) per veſicam ...dunt, nullam mutationem adeptas, ut ſunt ...rimis aquæ ſalſæ, & nitroſæ, quæ ſua abſter...e & vellicatione, naturam ſtimulant, ad ...retionem, viasque expediunt.

V. Gal. lib. 7. method. med. cap. 6. ſuadet, ...d Urinam movendam, exhibeamus vina, ... celeriter tranſeant ad veſicam. Ita quoque ...a movet Urinas, quia, cum nihil nutriat, ...rime à natura expellitur, unde auget ma...m Urinæ, & propter pondus, momento ...rnitur.

VI. Si materia Urinæ non eſt potus, nulla ...i alia materia poterit. Nam è cibo ſoli...e, vix extundi poterit, cum ipſe indi... liquore plurimo, cujus vi, in anguſtiſſi... meatus deduci, & in illis concoqui poſſit. ... viſcera hunc humorem veſicæ communi... Non enim continent in ſe tantam ſeri co..., reſpondentem Urinæ, immo illa hume... deſiderant à potu.

VII. Idem teſtari videtur hiſtoria illa, quam Rembertus Dodonæus in obſervat. medicinal. cap. 48. recitat, de viro ſene, qui vigente ætate, tantopere vini Rhenani potatione delectabatur, ut aliquot amphoras, citra ebrietatem exhauriret, verum poſt octuageſimum annum quamprimum biberet Rhenanum, etiam in exigua quantitate, Urinę ſtillicidio correptus fuit, ab aliis vinis nullam offenſam percipiens. Simile quid accidit in cereviſia Lipſienſium, quam Raſtrum nuncupant.

VIII. Videmus, Urinas quotidie mutari, ad mutationem potus. Hauſto vino, alia erit Urina, quam, ſi hauſta fuerit cereviſia. Qui hauſto vino rubro, Urina diverſa erit ab illa, quæ ex vino albo exſtringitur.

IX. Juvenes ebrii plus & frequentius min[gunt], quam ſenes, quia his corpus, præ nim[ia] ſiccitate, humorem nimium attrahit, atque im[bibit], illis vero, cum humidi ſint & calidiſſim[i], ideoque exiguum potus à corpore eorum a[b]ſumatur, excrementum humoris nimii, ex p[o]tu in veſicam confluit.

X. Oleum ad arcendam vinolentiam val[et], ſorbitumque facultatem præſtat potandi, du[m] potum, viis expeditis, lubricitate ſua, ad me[a]tus Urinarios deducit.

XI. Ariſt. ſect. 3. probl. 15. quærens, cur [in]exercitati magis, quam exercitati ad vinol[en]tiam uſque potare, & citius ebrietate corr[ipi]

poſſi[nt]

poſſint, reſpondet, inexercitatos humidos eſſe, excrementisque abundare, quæ exercitati in bibendo, cum Urina, profundunt, unde ſicci ſunt & ſiticuloſi, quod facit, ut plus bibere poſſint, cum non multum humoris vinoſi, in ventre ipſorum remaneat. Humores vero excrementitii, in inexercitatis, quia non ſunt conſueti expurgari, vini aditum ad veſicam intercipiunt, unde propter moram in corpore, caput facilius petit. Quod in illis quoque fit, qui, inter bibendum, ventriculum multis cibis, maxime autem pane, (quem multum Gal. lib. 1. de nat. hum. commen. 36. recte pituitoſum nominat,) infarciunt. Ex his argumentis liquet, materiam Urinæ ſuppeditare potum, immo potum eſſe ipſiſſimam Urinam.

Contra, poſterior opinio quædam in his deſiderat, & quidem jure, ob has rationes. *Serum materia Urinæ*

I. Si potus tantum eſt materia Urinæ, quomodo, & qua fronte, medici poterunt de tot corporis affectionibus, vaſorum concoctionibus, & criſibus, ex Urina inſpecta, prædicere? Neceſſe eſt, ut aliquam Urina habeat communitatem, cum ſanguificatione & vaſis.

II. Fœtus in utero non bibit, & nihilominus Urinam colligit, quam per genitalia excernit, non autem οὐραχόν, ut Gal. 15. de uſu part. cap. 5. vult. Hic enim in ſolis quadrupedibus reperitur, ut & tunica ἀλλαντοειδής. Licet enim funiculus quidam, baſi latiore conſpiciatur, *Fœtus excernit Urinam per pudendum.*

 qui

qui à ſuperiore fundi veſicæ ſede, in homine enatus, ad umbilicum fere uſque protenditur, sic tamen ſenſum inſtar ſubulæ, & ἀποξηραινομένων τῶν μορίων, circa regionem umbilici, attenuatur, ut neque aciem tenuiſſimæ acus, ab interiori veſica, admittat.

Urina fœtus, non eſt acris.

Nec eſt credendum, in Urina fœtus illam eſſe acrimoniam, quæ eſt in adultis, alias ſequeretur pernicies & corroſio ſecundinarum, & vaſorum umbilicalium, maxime amnii. Nam ſanguis, quo ἔμβρυον in utero nutritur, primo elaboratur in jecore matris, deinde in placenta fungoſa uteri, demum in hepate infantis.

III. Gal. lib. 1. de loc. affect. cap. 1. ſcribit Urinam exiviſſe cuidam adoleſcenti, ad heminas quatuor, ſive libras tres, qui integris tribus diebus, neque cibum, neque potum ſumſerat. Idem Marcus Gatinaria, de puella quadam Mediolanenſi, 18 annos nata refert, quæ per 40 dies, quotidie 15 libras Urinæ excrevit cum potus & cibi non æquarent pondus quatuor librarum.

IV. Quoties natura in criſibus, morborum materias, per Urinas expurgat, & quidem copioſiſſime, licet quis non bibat? Idem de diureticis dicendum, quæ Urinas movent, quantitate, longe medicamenta propinata ſuperantes.

V. Sanguis fit fluidus, non ob cibos ſolidiores, ſed ob ichorem, qui cum in venis ſu

muner

unere perfunctus eſt, debet expurgari. Aſt purgabitur ejus aliqua portio, ſed minor, r ſudores, reliqua vero, quomodo? an non r Urinas? Nam fieri nequit, ut ichor ille rtatur in corpus fibroſum & durum.

V I. Æſtate multo plus bibimus, quam yeme, & tamen hyeme plus mingimus, quam ſtate. Neceſſum eſt, ut ſerum admiſtum ateriæ potulentæ conſtituat unum corpus. ſtate, venæ ſitientes indigent ſuo ſero, od hyeme libenter renibus concedunt. Ut e ſudoribus nihil dicamus, quorum eadem t materia cum Urina. Ergo falſum eſt, Uriæ materiam eſſe potum duntaxat, leviter ſalm alteratum, quo ad colorem, odorem & porem, cum fieri non poſſit, ut materia polenta, tot paſſa alterationes & coctiones, in entriculo, hepate, liene, venis, arteriis, ſalva ermaneat. Duplex igitur ſtatuenda Urinæ materia, humidi alimenti, ſive potus pars altenta, & ſerum venarum, quod tamen & ipſum boles eſt materiæ potulentæ, cujus naturam uoddammodo exuerit. Reperitur autem ſeum in omnibus, etiam ſanis, quod teſtatur ena ſecta. Nam ſi quis ſerum phiala excipiet, hil differit ab Urina.

Duplex materia Urinæ, potus & ſerum.

Serum in omnibus eſt

Illorum vero opinionem, qui in διαφορη-σεῖς, ad colliquationem, vel συμφύτου τῆς ὑγρό-τητος, vel ſolidę partium ſubſtantię, ex Gal. 3. de ſympt. cauſ. cap. 2. confugientes, novam

Urinæ

Urinæ materiam introducunt, infra cap. 24 ex profeſſo, refutabimus, ne longioribus amb-bagibus lectori in definitione moleſti ſimus: quanquam Galen. 4. de differ. pulſuum cap. 2. præcipiat, tyrones longis definitionibus, & de-ſcriptionibus rerum, de earundem natura eſſe docendos, cum preſertim hic multa, ab aliis non diligenter tradita ſint. Opinionem Heracliti & Aſclepiadis, qui putarunt, potum in halitus & vapores converti, qui poſtmodum veſicam penetrantes ibi concreſcant, tandemque in Urinam degenerent, refutavit ſatis ſuperque Gal. 1. de facult. natur. cap. 13. Quo lectore remittimus.

CAPUT IV.

QUÆNAM EST URINA OPTIMA?

Hippocrat. in 2. præſag. ſenten. 2. eam ſic definit. Hæc Urina eſt optima, cujus ſedimentum eſt candidum, læve, & per omne temp[us] æquale. Hæc nota eſt Urinæ optim[æ] ex ſedimento, quod eſt candidum, læve, hoc e[ſt] ut Gal. declarat, συνεχὲς καὶ ἀδιάσπαστον, *con[ti]nuum & indivulſum, læve enim aſpero oppo[ni]tur. Ita æquale eſt, ut in totum ſemper ſimile c[on]jungatur, & conjunctum maneat.*

Ac vero ex contentis, hæc definitio nondum eſt oluta, niſi & aliarum partium acceſſio fuerit ta, veluti de ejus ſubſtantia, quantitate & co- e, præſertim in homine, ſecundum omnia tem- ato, cujus videlicet ſubſtantia eſt mediocris, us quantitas potui reſpondet, cujus color eſt ſub- fus, & ſubflavus.

Eſto igitur Urina optima, ſubſtantia & quan- atis mediocris, coloris ſubrufi, ſedimenti candi- lævis, & æqualis. Et ſi quæ Urina plus æquo aut uperaverit, aut defecerit, aut immutata fuerit, t illegitima.

SCHOLÆ.

Roponit autor Urinam optimam, quę ſit norma, & regula reliquarum, cujus typum dicus ſemper ante oculos habeat. Verum non pliciter de Urina optima mox quicquid buccam venerit, pronunciandum, ſed prius, nes circumſtantiæ ætatis, ſexus, anni, & æ generis accurate perpendendæ.

I. Urina puerorum & infantium

Urinæ puerorum & infantium, ſubſtantia nſtant craſſa, colore albo, à ſubaureis & ocroceis parum recedente, quantitate mul- hypoſtaſi cumulata. Licet enim calore undent multo, vix tamen is ſeſe exerere po- t, propter nimiam humiditatem, unde co- remiſſior. Quo etiam accedit illa voracitas inſatia-

inſatiabilis, & perpetuus fere ſomnus, quæ omnia multas cruditates gignunt, unde illa hypoſtaſis aucta.

II. Urina Iuvenum.

Urina juvenum, ſubſtantia conſtat ſubcraſſa, magis tamen ad tenuitatem quandam declinante, aurea, vel ſubcrocea, pluribus quam virorum contentis.

III. Urina virorum.

Urina virorum, ſi temperantes ſint, quam proxime ad optimam accedit, & inculpatam valetudinem, ob integram concoctionem ſequitur.

IV. Urina ſenum.

Senum Urinæ tenues ſunt, albæ, cum hypoſtaſi pauca, ob calorem nativum marceſcentem, & diminutam nutritionem.

V. Urina mulierum.

Urinæ mulierum ſubſtantia ſunt præditæ craſſiuſcula potius, quam tenui, ut quidam contendunt contra ipſam experientiam, turbidę, non pellucidæ, ut virorum, colore albo liveſcente, quantitate multæ, hypoſtaſi impura, copioſa, craſſa, & alba. Quæ fiunt à remiſſo calore, & otio uſitato.

VI. Urinæ vernæ.

Urinæ ſecundum anni tempora.

Sic ſecundum anni tempora, mutantur quoque Urinę. Nam initio veris minguntur quantitate majori, albæ & ſubſpiceæ, contentis pluribus, craſſioribus & crudioribus, de-

defectum concoctionis. Quia calor adhuc debilior eſt, quam ut ſentinam illam humorum, hyeme collectam, ſuperare poſſit, unde quoque illa multitudo. In progreſſu, à ſpiceis & ſubſpiceis, ad ſubrufas & ſubcroceas fit tranſitus, ſubſtantia redditur æqualis, contenta mediocritatem acquirunt, ob calorem mediocritatem adeptum.

VII. Urinæ æſtivæ.

Æſtate incipiente, ſubſtantia tenuiori ſunt, colore ſubaureo, & ſubcroceo, hypoſtaſi tenuiori, alba, lævi & æquali, ob calorem acriorem, materias in corpore contentas, attenuantem. In progreſſu & vigore æſtatis (quia calor nativus evocatus ab ambiente, & bilis augetur, ſudoresque plurimi fiunt) redduntur Urinæ ſubſtantia admodum tenui, non multę, aureę & croceæ, & hypoſtaſi pauca & tenui, ad album declinante.

VIII. Urinæ autumnales.

Adveniente Autumno, ad mediocritatem concedunt, ſunt paucę, tenues & pellucidę, hypoſtaſi pauca, non tamen culpanda. In progreſſu, mediocria omnia redduntur, dum ſcilicet coactus propter ἀντιπερίστασιν calor, concoctioni melius incumbere incipit, quam æſtate factum fuit.

IX. Urinæ hibernæ.

Cum vero hyems, niveis hirſuta capillis, advenit, Urinę ſubſtantia tenui minguntur, cryſtal-

cryſtalleæ, lacteæ & glaucæ, cum ſubſidenti
copioſa. Calor enim nonnihil revocatus, cru
dos humores aggreditur, qui una, etiamſi con
tumaces aliquo modo adhuc ſunt, excernun
tur. Quæ omnia procedente hyeme, augen
tur. Idem de vita & exercitiis ſtatuendum.

Mutatio Urinarum, ſecundum, vitæ genus.

Nam vehemens exercitium, jejunium, ira, v
giliæ, Urinas reddunt flammeas, aureas, cro
ceas, tenues, hypoſtaſi pauca, & tenui, pro
pter calorem ferventem. Contra accidit
otioſis, voracibus, ſomnolentis, ebrioſis, q
mingunt Urinas craſſas, albas, cum multis co
tentis crudis. Hæc, ſi quis attente conſider
bit, ille cum laude, omnes alias Urinas,
unam illam optimam, revocare poterit, cuj
conditiones ex Hipp. hic deſcribuntur, ſecu
dum quatuor illa capita, quæ in omni Uri
conſideranda diximus. Eaſdem condition
proponit Gal. com. aphor. 12. part. 1. &
de criſib. cap. 12.

Urinæ quantitas non reſpondere potui.

De quantitate Urinæ optimę hoc nota
dum, falſam eſſe illorum medicorum regula
qui quaſi coſmocritico circino re punctim n
tata, Urinæ laudatæ quantitatem, reſpond
debere quantitati potus aſſumpti, clamitant
ſi quis biberit cantharum vini, illum opor
bit reddere cantharum Urinæ, alias vel obſt
ctionis, vel periclitantis alio modo valetu
nis metus erit. Quantitas enim potus (inquiu
non diminuitur, quoniam aut nihil, aut

gu

guum ſane eſt, quod pro nutrimento ex potu exſugitur. Hi certe nimium iniqui naturæ eſſe videntur. An hoc nihil, aut exiguum ſane eſt, quod ex potu pro nutrimento exugitur, cum ægri miſerrimi in tantam ἀνορεξίαν, & cibi faſtidium incidunt, ut neque odorem ferre poſſint ciborum, vel eorum etiam, qui modo pranſi ſunt, & per multos dies aliquot vini hauſtibus, absque cibis, incolumes ſervantur? Hinc Hippocr. aphor. 11. part. 2. facilius eſt (inquit) refici potu, quam cibo. Nam, etiamſi videatur, cibus longe ſimilior corpori, quam potus, cibis tamen à nutritione vera & legitima longinquius abeſt, quam potus, qui jam liquidus eſt, ideoque melius, & celerius in corpus diſtribui poteſt, & propinquior exiſtit ultimo fluxui nutritionis, cibum vero oportet prius eliquari. Deinde, quanta portio potus, abſumitur in ipſos artus, qui continuo motu arefieri ſolent, niſi illis irrigatio blanda ſubminiſtretur, ſi præſertim temperamentum ſit paulo ſiccius? Quanta item per ſudores excernitur? Quanta per inſenſilem tranſpirationem? Quomodo tam cito pars illa potus, quę devehit nutrimentum ad digitos pedum, poterit in tempore, ad veſicam remeare, ut cum reliqua Urinæ maſſa excernatur, & ſic quantitatem Urinæ efficiat, reſpondentem potui aſſumpto? Et miramur, illos non vereri, ſuo anteſignano Galeno contradicere, qui ubique vult, renes & veſicam nutriri Urina.

Si hoc verum eſſet, multum decederet quanti-
tati Urinæ. Continua enim eſt renum duo-
rum, & ſatis capacis veſicæ nutritio. Præterr
quam, quod tales ipſa experientia redarguit
ſi modo matulas cum cantharis conferre ve
lint. Nequaquam igitur quantitas Urinę, quan
titati potus reſpondere debet, ſed Urina opti
ma ſit quantitate mediocri, ut autor noſte
ſeipſum in corollario hujus capitis explica
Quibus hoc licet addere, potatores ſubinc
mingunt, & ſemper quoque multum potu
in venas diſtribuitur, id quod ex venis ipſoru
turgidis apparet. Quomodo jam de quantita
Urinæ judicabis? Mingetur hodie portio p
tus, reliqua poſt duos vix, aut tres dies, a
per ſudores ejicietur. Ergo funiculi ſunt iſti
arena contorti.

Reſtant duæ quæſtiones arduæ decidend
jam diu inter medicos agitatę: Numquid ſc
cet neceſſarium ſit, in Urinis ſanorum, conte
ta apparere? Et num hęc eodem modo, in U
nis ſanorum gignantur, quo in Urinis ęg
tantium? De prima, ſcribit Gentil. ſuper A
lib. 1. fen. 2. doct. 3. tract. 2. cap. 6. quæſ
nullam ὑπόστασιν, in corporibus optime ſa
apparere debere, nam ſuperfluitates tertiæ
geſtionis, (nota, Vaſorum, hoc eſt, venar
& arteriarum, ſic enim dividit coctiones,
ſententia Avicennę lib. 1. fen. 1. doct. 4. cap
debent inſenſibiliter expelli, ut ſudor & hy
ſt

An in ſanorum Urinis, contenta ſint neceſſaria.

ſtaſis. Si autem hypoſtaſis expellatur ſenſibiliter, fit hoc, aut ex debilitate naturæ, aut ex multitudine materiæ. Deinde cauſa hypoſtaſin efficiens, adſimilatur cauſæ efficienti ſaniei, quæ eſt, calor commixtus ex calore naturali & præternaturali. In illo ergo corpore, in quo eſt, calor ſimpliciter naturalis, non poteſt in ejus Urina ὑπόστασις apparere. Sed in corporibus non ſimpliciter ſanis, ſed quæ ſunt in latitudine ſanitatis, poteſt apparere hypoſtaſis. Nam non eſt inconveniens, ut aliquis ſit ſanus, & in venis ejus ſit auctus aliquis humor præter naturam, expellendus è corpore, ne faciat morbum. Et in talibus melius eſt, ut παρυφιστάμενα conſpiciantur, quam ut obliterentur, quia, cum apparent, ſignificant dominium naturæ ſuper materiam. Hæc opinio, pluribus ſcatet erroribus, quam habeat periodos. Nam primo, ubi reperiuntur corpora ſalubria ſimpliciter, quæ inculpatam καθ' ἕξιν ſanitatem obtinent? Et ſane, ſi darentur, non tamen illum bonitatis tenorem poſſiderent, propter res non naturales, & cauſas προκαταρκτικὰς, quæ ſingulis momentis, noſtris cervicibus imminent. Habemus Salubria corpora nunc dicta, & quidem infinita, quæ inter ſanitatem καθ' ἕξιν, & κατὰ διάθεσιν, tanquam media & utriusque naturæ participantia, collocantur, quæque neceſſario in corporum Neutrorum latitudinem incidunt. ὑγιεινὸν ᾗ νῦν ἐστὶ σῶμα; τὸ κατὰ

παρὸν ὑγιαίνον. ἐςὶ δέ πυ καὶ τῦτο καθ᾽ ὃν ὑγιαίνει χρόνον εὔκρατόν τε, καὶ σύμμετρον, ὐ τὴν ἀρίςην εὐκρασίαν. Tale corpus medico quotidie obvium eſt, quod quidem non fruitur ſanitate ſimpliciter ſaluberrima, adeo tamen bona, ut ad libere, fortiterque, pro ſua conditione obeundas actiones ſufficiat, tam ſymmetria diſſimilarium partium, quam eucraſia ſimilarium. Hæc ſanitas non tantopere firma eſt, quin in ſalubritatis quoque ſit quodammodo particeps. Quare corpora hæc partim ad medicinæ partem προφυλακτικὴν, ob quoſdam nævos & nutantem ſanitatem, referuntur, partim ad ὑγιεινὴν. Unde non dubium eſt, facillime poſſe committi quoddam à talibus corporibus ſalubribus num in victu erratum, quo natura incitata, ſi paulo robuſtior ſit, crudiorem chyli partem (qu ὑπόςασις eſt) una cum Urina excernet. Hinc Galen. 1. aphor. 15. tum, ſcribit, copioſam eſſe hypoſtaſin, cum felicior eſt coctio. Nullum enim alimentum prorſus ſimile eſt noſtro corpori, quam ob cauſam, excrementorum generatio ſemper habet locum, tam in ſanis, quam non ſanis. Sedimentum autem eſſe excrementum, nemo dubitat. In omnibus igitur corporibus ſedimentum habebit locum. Copioſius tamen erit in illis, qui cruditate laborant, qui ſunt pituitoſi, qui otioſi, qui frigidi, qui voraces. Gal. lib. de plenit. cap. 11. Id quod in pueris videmus, qui Urinas reddunt mu

ſedim

ſedimentis refertas. Deinde, quod ſcribit Gentil. ex Gal. 1. de diff. febr. cap. 6. cauſam hypoſtaſis eſſe calorem duplicem, ſimilem illi, qui efficit ſaniem, ſive (ut clarius loquamur) venerandam & Galenicis ſacram Putredinem, lippis & tonſoribus quidem adridet, non autem veris philoſophis, qui genuinam illam Ariſtotelis putredinem, *ὅταν κρατῇ τοῦ ὁρίζοντος τὸ ὁριζόμενον, διὰ τὸ περιέχον, (διὰ τοῦτο ὑγρὰ πρῶτον, εἶτα ξηρότερα γίνεται τὰ σηπόμενα πάντα, καὶ τέλος γῆ καὶ κόπρος,)* nequaquam vel puri, vel contentis Urinarum, accommodari poſſe cenſent. Quod infra, in quarta libri parte copioſius declarabimus, cum paulo diligentius nodos Hugonis & Vicomercati Herculeos ſolvere conabimur, de hypoſtaſis cauſa & materia.

An ſedimentum ſanorũ & ægrotantium ſit idẽ.

Ad ſecundam quæſtionem quod attinet, plurimi ſunt, qui cum Galeno lib. de cauſ. procatarct. cap. 2. & 3. de præſag. ex pulſib. cap. 7. dicunt, hypoſtaſin Urinę in febribus aliam eſſe, ab hypoſtaſi ſanorum. Ad quod credendum, tribus hiſce rationibus adducuntur. Prima eſt, quia ſicuti colores, & alia accidentia Urinarum diverſa ſunt in ſanis & ægris, pariter & contenta non eadem eſſe debent. Secunda ratio eſt, quoniam, ſi eadem eſſent utrorumque contenta, vanus profecto cenſeri deberet medicorum labor, dum ex contentis, humorum peccantium naturam intelligere ſtudent. Tertia,

Quia in ægris fit multa perturbatio in vaſis, att que exuſtio, ex quo efficitur, ut in ejuſmod perturbatione, neceſſario aliquid ægrorum hy poſtaſi admiſceatur, quæ turbatio, cum no fiat in ſanis, illorum ſedimentis non potet quidquam admiſceri. Hæ ſunt Galenicorum rationes. Sed revera ſedimentum ſanorum & ægrotantium eſt ejuſdem naturæ & ſpecie nam utrumque fit ab eodem efficiente, ex e dem materia, in eodem loco, ejuſdem fir gratia. Quanquam in hoc videatur diſcr men, quod ſedimentum ſanorum à faculta robuſta citius expellitur, quam corrumpatu & ideo minus inferat vim naturæ. Quod ægrotantibus ſecus accidit, in quibus, propt aliquam oppilationem viarum, vel hypoſta ipſius cruditatem tenacitatem, copiam, natu expellentis dejectum robur, ſimilemve ali cauſam, ſedimentum minus tempeſtive exp litur, & ſic retentum vitium contrahit. Li autem hæc ſeſe ſic habeant, non tamen dic dum, quod illi dicunt, contenta hæc non e eadem. Qualitate tantum inter ſe differu materia & ſubſtantia eadem eſt, crudum vi licet, quod adſimilari minime potuit. N propterea quoque vanum erit medici pra gium. Cognoſcetur enim, in utrisque viti venoſi generis, & humor ille crudus. Id perturbatione illa etiam dicendum, quæ formabit medici judicium, corruptum

m

magis ſedimentum in febricantibus, quam in ſanis, eadem tamen manente ſubſtantia. Quanquam illi iidem Galenici, cum Galenus dicit, ſedimentum, quod in Urinis febricitantium conſpicitur, nihil aliud eſſe, ut plurimum, quam fæcem humoris putreſcentis, puri proportione reſpondentem, vocabulum *ut plurimum* urgent, quoniam etiam (inquiunt) in Urinis febricitantium poſſunt generari, & apparere contenta eo pacto, quo in ſanis. Nota hæc ſubterfugia, quæ parum decent philoſophum liberum.

CAPVT. V.

Quot nam ſunt differentiæ ſignorum?

REctum lotium inſpectum dijudicaturus, ſigna primum attendet, deinde ex his judicium faciet, cum ſumma diligentia, poſtea judicii facti cauſas apud doctos proferet.

Vera autem ſigna, ex quatuor differentiis, ſubſtantiæ, quantitatis, coloris & contentorum petenda, ex quibus exquiſitum fiat judicium. Atque Hippocrates ſubinde ad primas Urinæ notas, in ægrotantibus recurrit, veluti eſt Urina Critica, hoc eſt, judicatoria, περὶ κρίσεων. οὖρον δὲ ἄριστον ἐστὶν, ὅταν ἔχει λευκότατον ὑπόστημα, καὶ λεῖον, καὶ ὁμαλὸν, παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἕως ἂν κρίθη τὸ νόσημα. *Optima eſt Urina, quæ optimum habet ſedimentum. Et ſentit, Urinam eam plurimum*

*præſtare in ægrotantibus, quæ proxime ad opti-
mam Urinam acceſſerit. Quæ eſt, ſi ſedimentum
in illa fuerit albiſſimum, læve & æquale, per
omne tempus, quo uſque morbus judicatus fuerit.
Cujus rationem ſubdit.* σημαίνει γὰρ, ἀσφαλέα
ὀλιγόχρονον τὸν νοῦσον ἔσεσθαι, *hoc eſt, ſecurum
momentaneum morbum fere ſignificari. Eſt enim
bonæ & naturalis concoctionis, adeoque domina-
tis naturæ in morbum, ſignum evidentiſſimum.*

CAPUT VI.

DE SUBSTANTIA URINA

REGULA.

Subſtantia ſemper cum colore eſt conjungenda.

Quot ſunt differentiæ ſubſtantiæ & quale eſt earum judicium?

DE TENUI SUBSTANTIA.

*PRima differentia eſt in tenui ſ-
ſtantia, quæ ab Hippoc. in epi-
miis,* λεπτὸν οὖρον *nominatur. I
duplex eſt, micta enim, vel te
permanet, vel eadem turbatur
craſſeſcit,* λεπτὸν οὖρον ἀνατεταραγμένον, *Ur
tenuis turbida, vel turbata dicta.*

*Tenuis Urina ſic permanens, extremam cru-
tem, & virtutem coctionis nondum incepiſſe ſig*

Tur

Turbata vero ejus concoctionis principium adeſſe, & longiore mora, & fortiori virtute, ad coquendum opus eſſe oſtendit.

Nam, ut in priori nulla adhuc humoris cocta ſubſtantia ſignificatur, propter humorem crudum, ita in poſteriori, per aliquam concoctionem, ſit craſſioris humoris à tenui ſeparatio & ſegregatio.

DE URINA CRASSA

ITidem craſſæ Urinæ duplex eſt differentia, craſſior enim micta, vel talis perdurat, vel poſt attenuatur. Prioris quidem ſignificatio eſt, quod adhuc vehemens in corpore humorum ſit perturbatio, & virtus vacillet, propter craſſos humores, & ſpiritus effervescentes adhuc ingentes, Atque hic cephalalgia ventoſa, aut preſſa eſt, aut mox affutura, propter humidas evaporationes, ex humoribus agitatis, in caput exhalantes.

Poſterioris vero indicatio eſt, quod turbulentum jam diſpeſcatur, & officium τῆς δυνάμεως αἱματοποιητικῆς, *hoc eſt, virtutis ſanguificæ, quæ eſt in hepate, redeat, atque agitatio prorſus quieſcat. Cauſa utriuſque petitur, ex virtute decretiva, & diſgregativa in humoribus nam hic tenue à craſſo ſecernitur, purum ab impuro. Eadem autem virtus, aut eſt valida, aut valde imbecillis. Illic quidem eſt criſis, aut ſeparatio laudabilis, ſecundum naturam, hic autem plurimum deficit, quando ſcilicet eſt imbecillis.*

DE MEDIOCRI SUBSTANTIA

HIc mediocris ſubſtantiæ notatio colligatur, vel luti, quæ tenuis ſit, & ſubinde conturbatum & quæ craſſa, cujus pars craſſior reſidet.

Cæterum turbulentia ipſa cooritur, quando i ipſa concoctione multi flatuoſi ſpiritus permiſcentu

Cum Urina eſt pallida, tenuis & craſſatur, ſi gnificat, quod hepar frigidum ſit.

SCHOLÆ.

HIppoc. lib. de veteri medicina exponi quid ſit concoctio, & qua ratione abſo vatur, dum inquit, τὸ πεφθῆναι γίνεται ἐκ τ μιχθῆναι, κρηθῆναι, καὶ ἀλλήλοισι συνεψ θῆναι. Hinc ad bonam coctionem, requiritu τελείωσις materiæ ſubjectæ, ut perfecta form

Coctio bona. ſive natura fiat. Hæc autem prius introdu nequit, quam craſſiores partes, à tenuioribu ſeparentur, & hæ quidem incraſſentur, ill vero attenuentur. Quæ alterationes, neceſſa rio præcedunt coctionem laudatam, & vigen tem calorem, qui ſubjecto dominari poſſit notant.

Urina tenuis. Hinc Urina tenuis ſic permanens, crudita tem indicat extremam, & concoctricis faculta tis languorem, quia à calore languido, non ſun bene ſecretæ & incraſſatæ partes, quæ in nu tritionem cedere debebant, ideoque ipſi icho ri, & Urinæ permiſtas natura ſinit extra pro fundi. Unde morbi contumaciam in chronici

in acutis vero, ſummum periculum præſagimus, & ipſam mortem, ſi diutius perſiſtat. Longe enim maligniorem & crudiorem eſſe materiam morbificam hinc conſtat, quam, ut tempus coquendi, naturæ concedi poſſit. Sic quoque Urina craſſa ſic permanens minime laudatur. Licet enim omnis coctio procedat incraſſando, non tamen πέψις fieri poteſt, ſine interventu attenuationis & ſeparationis, quæ eſt præparatio quædam, ad veram coctionem. Neceſſario namque prius ſuccus ille ſecernitur, qui à nutritione videtur alienus, & coctioni impedimento eſſe, propter nimiam contumaciam, vel naturam malam, quam vera & genuina fiat coctio. Talis itaque Urina indicabit, tam infirmum eſſe calorem, ut non poſſit ſecernere partem utilem ab inutili. Quanquam etiam hic alia ſubſit cauſa, maximi certi momenti, in qua enucleanda, multi turpiter allucinati ſunt. Cum adeſt phthiſis, & conſummatio corporis, & Urina craſſa mingitur, indicium eſt, partes adeo eſſe imbecilles, propter aliquam intemperiem, ne poſſint retinere ſuccum roridum, quem ipſæ attrahunt, ſed cum Urina ſinunt effluere. Quod ſignum eſt lethale. *Urina craſſa.*

In infantibus, ſi craſſities modum excedat, (id quod ſæpiſſime obſervatum, licet à nemine adnotatum) Urinæ craſſæ & confuſæ præter cephalalgiam ventoſam, maxime indicant Cardialgiam, ſeu dolorem orificii ventriculi,

ex craſſis & crudis humoribus inibi impactì
Talis quoque Urina, ex laxioribus patentior
busque viis, profluere poteſt.

Urina tenuis incraſſata. Urinæ tenues incraſſatæ & turbidæ, ſi vire ſint debiles, certam mortem indicant, ob materiæ, nempe, in corpore agitationem & fluctuum, vaporumve inde proventum, cui non eſt ſufficiens natura. Si autem vires conſtent, morbum quidem longum futurum, ſed nullum periculum portendunt. Vires enim adverſari ſolent morbo, ſecundum Gal. lib. 11. meth. med. cap. 3. Virium autem robur adeſſe nequit, ubi crudorum humorum copia coacervata eſt, ut idem recte lib. de humor. com. 12. ſcribit.

Notandum præterea hic, Raſis judicium de his Urinis, ex Pythagoræ Alexandrini auctoritate, omni ratione, deſtitui videlicet: quod ſi ſtatim Urina clara turbetur, jam materiam à natura tentari, ſignum ſit, ſin vero paulo, aut multo poſt turbetur, è contrario indicetur, non tentari materiam à natura. Indicium eſt hoc, ſi tardius turbetur, contumaciorem quidem eſſe materiam, quam tamen poſt aliquot, eoſque graves labores, natura incipiat coquere.

Craſſa pellucida ſignificat pituitæ vitreæ reſolutionem, & fuſionem.

Modus cognoſcendi Urinas turbatas, an ſint ſic mictæ, an poſt turbatæ.

Pro colophone primæ partis de Urinis, con

def

ſiderandus mos perverſiſſimus medicorum noſtratium, qui accepta Urina turbata, illam momento ſine ullo diſcrimine, ollæ aqua calida refertæ, indunt, ut ſecretio partium turbatarum fiat, & matulam craſiſſimis ſuis ſpiritibus permeare poſſint, oculati. Hoc revera eſt, cæcum judicare de coloribus. Nam, qua ratione poterunt prognoſticum facere de morbo, cum neſciant, an Urinæ illæ turbatæ ſic emictę fuerint, an vero poſt mictionem primum turbatæ ſint, & quidem vel ſua ſponte, vel a cauſa aliqua externa, ut ventis, vel agitatione? Ad hoc cognoſcendum Raſes 23. Continentis cap. de Urinis, duo proponit κριτήρια, tanquam lapides Lydios. Primum eſt, Urina, quæ mingitur clara, & poſt turbatur, nullam tranſparentiam habet, ſed alba eſt, ac inſtar pinguedinis congelata, & ſi igni adponatur, vel aquæ calidæ (uti hodie mos eſt) immergatur, clara redditur, & ſæpius bullæ in ſuperficie conſpiciuntur. Quæ conditiones, nunquam Urinæ turbatæ, ex veſica ſic exeunti, convenient. Tranſparens enim hæc eſt, neque ulla arte clareſcit. Secundum eſt, quod Urina turbata poſt mictionem, parietibus matulæ adhæret, illoſque quibuſdam maculis, & nævis non obſcuris inficit. Quod in Urina ſtatim corrupta, minime fit. Et tantum de prima parte hujus libri.

SECVN-

SECVNDA PARS, DE URINÆ JUDICIO EX COLORIBUS.

CAPVT VII.

Quot ſunt colorum ſummæ differentiæ.

S*Ex. Albus, Pallidus. Defectus eſt coloris naturalis.*

Rufus, Flavus. Hic eſt receſſ

Ruber, Niger. Eſt hic exceſſ

Status eſt color rufus, in cæteris vero omnibus, vel eſt defectus, vel exceſſus.

Sunt & complures alii, qui ſuperioribus, ta quam primis & ſummis capitibus, citra negoti compræhendi poſſunt. Ex his autem, & concoct nis aut intenſio, aut remiſſio, probe & præcipue judicatur, ex qua & curandi indicationes at criſes dignoſcuntur.

Subrufus autem color, vel rufus, eſt fere o nibus communis & aptus, à quo per reliquos eti gradatim, vel defectus, vel exceſſus caloris na ralis judicetur. Eſt enim veluti baſis, aut am ſis temperatæ & juſtæ coctionis, à qua receſſus a madvertitur, veluti, cum ſit pallidus, cum ſubpallidus, cum ſit charopus.cum ſit glaucus,c ſit lacteus. His momentis, ab optimæ Urinæ co declinatur.

SCH

SCHOLÆ.

COmmoda hic ſeſe nobis offert occaſio quærendi, unde tinctura in Urinis? Omnes fere ex Galeno 6. Epid. commen 5. text 15. Urinarum colores permiſtioni humorum, vel flavæ bilis, vel melancholiæ, vel ſanguinis acceptos referunt, exceptis albis, maxime autem flavæ bili, cujus color citrinus & aureus, præ cæteris, magis medicis adridet, propter coronatos & cataphractos illos Ungariæ milites, qui vexillum ſimili colore quatiunt. In hac ſententia nobis affirmandi arrogantiam vitantibus, liceat fugere temeritatem, quæ à ſapientia philoſophica diſſidet plurimum. Neque ideo ſumus ii, quibus nihil verum eſſe videatur, ſed hi, qui omnibus veris, falſa quædam adjuncta eſſe dicimus, tanta ſimilitudine, ut in illis nulla inſit judicandi & adſentiendi nota. Quod in hac quoque medicorum opinione accidit, in qua explicanda & enucleanda quædam deſiderantur, quæ ab ipſorum quidem palato abhorrent, ſed non a veritate. Non inficias imus, immo libenter hoc ipſis largiemur, aliquam partem tincturæ referri debere ad humores imprimis vero ad flavam bilem, quod Gal. 3. de ſymp. cauſ. cap. 2. & 4. de ſanit. tuend. cap. 4. fatetur. Sed adhuc alia cauſa ſubeſſe videtur. Hippoc. lib. de aëre aq. & loc. dicit, Urinas fieri albas, cum alvus adſtricta eſt, ſimulque ardorem

Unde tinctura Urinarum.

ardorem veſicæ communicari, ex quo fit, u
hujus ardore, partes bilioſæ condenſatæ, in ve
ſica retineantur, ſubtiliores autem ſolummod
emittantur, ex quo Urina ſplendidiſſima & ſi
ro ſimilis fit. Nemo ambiget, hic auctam e
bilem, & majorem acquiſiviſſe acrimoniam, v
ſaltem regurgitare in venas, propter alvi ob
ſtructionem, quæ facit, ut minus expurgetu
Unde & ille ardor veſicę proficiſcitur. Cur a
tem bilis aucta non tingit Urinam? Quare ſu
tiles illæ partes Urinæ ſive ſeri (quod ex e
rum opinione ſemper citius afficitur, qua
ipſe ſanguis) ſunt expertes illius tincturę? Bi
longe facilius & citius ſeſe inſinuabit in par
tenues, quibus etiam ſimilior eſt, quam in c
ſſiores. Ipſa certe eſt ſubtiliſſima, & por
quoſcunque ſine difficultate permeare pote
ſicut videmus in ſudoribus ictericorum ama
quos ideo Gal. 4. de ſanit. tuend. cap. 6. πικ
χίλας nominat. Sequetur præterea, Urina
quo proprius ab albo ad citrinum, vel flav
colorem (qui bili proprius eſt) degenera
rit, eo futuram magis participem bilis, &
conſequens caloris fervidioris indicem eſſe.
omnes ſtatuunt citrinum Urinę colorem
temperato calore effici, in homine temperato
ætate florida. Amplius, phrenitin eſſe infla
mationem meningum cerebri, arbitramur,
negabit, eſſe neminem. Cum autem omnis
flammatio, fiat à ſanguine bilioſo, cur in pl
nit

nitide redditur Urina alba? An non adeſt materia, quæ Urinam flaviſſimo colore tingat? Nec eſt, quod quis dicat, totam bilem raptam eſſe ex toto venoſo habitu in cerebrum. Væ enim iſti cerebello. Et corrueret quoque dogma Galeni, qui vult, ſemper quacunque ætate, quocunque tempore in quibuſcunque venis eſſe ſanguinem, qui conſtet ex quatuor illis humoribus. Volunt illi inſuper cum Gal. lib. de atra bile cap. 2. & lib. 2. prognoſt. com. 39. bilem porraceam & æruginoſam gigni in ventriculo, ex vitioſis & mali ſucci cibis, qui, cum nequeant à ventriculo in cremorem verti, ex iis primum porracea fit bilis, quæ incendio perſiſtente, in æruginoſam mutatur, & hæc rurſus in illam, quæ iſatidis aut glaſti colore tincta appareat, ἰσατώδης nominata. Quomodo jam hæ bilis ſpecies, quæ in ventriculo ſedem fixam habent, reddent Urinas in venis porraceas & æruginoſas? Et nunquam tanta eſſe poteſt in humano corpore cruditas, ut nulla inſit bilis, quæ Urinas tingere poſſit, alias homo moriretur, & non conſtaret ex quatuor humoribus. Unde fitur Urinæ albæ? Quæ certiſſime ratio multum nos movet. Denique mirum eſt, bilem flavam, ſua execrabili amaritudine ſalſuginem Urinæ non obliterare, & οὖρον facere πικρόχολον. An rectius ſic dicendum? Rubedo in ſanguine accidens eſt, nequaquam autem de ratione ſubſtantiæ ejus. Quare & lotione aquæ *Sanguis albus.*

tepidi-

tepidiuſculæ abſtergi poteſt, quemadmodu res ipſa ſatis loquitur. Colorem autem hunc beum adſciſcit à parenchymate hepatis, qu eſt fungoſus, & concretus ſanguis. Nam ve portæ ramificatio, multis propaginibus i hiat in jecoris ſubſtantiam, ut ſanguinem venis coctum, pro ipſius nutrimento d rat. Hiantibus illis oſculis, hepar totum guinem rubore inficit, ſicut & in mo regio accidit, cum flavedine idem totius poris ſanguis imbuitur, propter obſtruc nem ductus bilis in inteſtina, nullo ha ruboris ſanguinis reſpectu, utpote, qui le removeatur. Ruborem hunc neceſſe eſt ponat ſanguis, ſi debeat aliquam partem trire. Oſſa, cerebrum, membranæ, car ſunt, & tamen nutriuntur ſanguine, qui cet depoſuit ruborem, juxta Galenum que lib. 1. de fac. nat. cap. 10. Caro au quia flaccidior eſt, ut & muſculi, qui la conſtant ſubſtantia ruborem illum admit Nec abſurdum hoc eſt. Venæ enim & riæ ſpermaticæ, quæ ſunt propagines cavæ, & arteriæ aortæ, eandemque natu quam aliæ, ſortitæ ſunt, in ſe contine quod anatome indicat) ſanguinem all tem, & tamen ſemen ex ſanguine fit, dum. Hippocr. lib. de ſem. & Avic. fen. 1. doct. 4. cap. 3. & Gal. lib. 1. de h com. 1.

Rubor hic depoſitus tingit Urinam. Sic videmus illos, qui laborant obſtructionibus, (à quibus fere ſolis omnes morbi calidi ortum ſuum ducunt) reddere Urinam valde tinctam, quia propter minus expeditas vias, minus ſanguinis ad partes devenire, & caro minus colorem imbibere poteſt. Neceſſario igitur rubor regurgitat ad veſicam, cum Urina, unde illa tinctura. Ita quoque illi, qui cruditate laborant, mingunt Urinas albas, vel glaucas, quia propter frigidius hepar, generant ſanguinem pituitoſum, albo, colore tinctum. Unde fit nullus, aut exiguus ſane rubor, qui non à carne, renibus, & aliis partibus imbibitus fuerit, ad loca Urinæ deturbari poteſt. Sic in phrenitide meitur Urina alba, non ob defectum bilis, ſed quia natura tota ab opere ſanguificationis ad locum dolentem propter ſummum periculum avocatur, ut eo minus diſtributio alimenti & nutritio procedat. Idem de ſimilibus eſto judicium. Salvam tamen aliorum ſententiam hic eſſe volumus, ne ignem gladio feriamus, propter παράδοξα hæc, illis fortaſſis ἄδοξα, nobis autem ἔνδοξα. *Vera cauſa tincturæ.*

CAP. VIII.

Quænam ſunt notiones & ſignificationes co-
rum, in quibus eſt defectus caloris naturalis ad co-
quendum, uſque ad colorem rufum?

Prima differentia.

ITa albedinis eſt, & remiſſionis intenſionis gradatio. In remiſſion color à cryſtallino, cryſtallinus neo, niveus a limpida aqua, qui a ſus per ſimilitudinem & collocationem nomin. In his ſummæ cruditatis eſt ſignum. Nam ditas dominatur in ſanguine, & in hepate, cruditatis non ſecus, ac caliditas temperata coctionis, mater eſt.

Ita in intenſione eſt lacteus, glaucus & ropus.

Lacteus eſt, quod ſit lacti ſimilis. Mult ſtat cryſtallino, & aquoſo.

Glaucus cum cornu pellucido confertur cum cornea oculi tunica, quæ eſt κερατοειδης

Charopus, qui aliis eſt blandus color, dignoſcitur, aut ex ſubalbicantibus camel aut ex gemma, quæ eſt ὀνυχίτης, *ſive* ὄνυξ.

Hic concoctionis nonnihil inchoatæ ſign eſt. Virtus enim naturalis, ſubinde magis magis incaleſcit.

Secunda differentia.

Subpiceus, qui cernitur in bilis mediocriter infuſæ diluto vel in jure carnis adhuc ſemicrudæ, vel in mali citrini decocto. Aliis eſt ſubpallidus.

Spiceus priori eſt intenſior, cum plus bilis in decocto affuſum fuerit, vel, ut eſt juſculum percoctæ carnis. Aliis eſt pallidus, vel palearis. Uterque eſt concoctionis mediæ intenſæ notatio. Eſt in naturalis virtutis, intenſiori caliditate.

Tertia differentia.

Subrufus, & rufus, ſit ſtatus optimæ Urinæ.

Subrufus, plus tincturæ recipit, atque ſpiceus. Ex aureis Rhenanis perpenditur. Aliis eſt ſubfulvus & ſubaureus.

Rufus, Actuario eſt aureus, propter ſimilitudinem coloris, qui eſt in aureis Pannonicis. Græcis πυῤῥὸς. Temperatæ & juſtæ coctionis eſt indicatio. Atque hic ſtatus eſt, juxta quem receſſus & defectus judicantur. Fit à calore temperato, tanquam ejus coloris authore. Quam optimam Urinam præſcriptam eſſe liquet, atque in ea & bonitas, & mediocritas Urinæ conſiſtit. Quapropter reliquæ Urinæ ad hujus bonitatem & reſtituendæ, & judicandæ ſunt.

CAPVT IX.

Quænam ſunt notiones & ſignificationes co-lorum, indicia & cauſæ, in caloris naturalis exceſſu?

Quarta differentia.

Subflavus, in croco dignoſcitur. R... præſentat enim aquam, in qua cro... ſeu certami flos diſſolutus ſit, & cu... ſit vero croco inferior, dicitur ſu... croceus, ὑπόξανθος. Fit ab exte... caliditate hepatis & ſanguinis, & excedentis co... coctionis ſignum exiſtit.

Flavus, aliis croceus, refert aquam, in quo c... ci Corycei flos diſſolutus ſit. Eſt naturalis humi... tatis quidam defectus, propter calorem magis ... auctum. Fit quoque crocea Vrina, propter for... exercitia, præſertim in Solis æſtu. Idem faci... perpetuæ vigiliæ, ſicut & ingens mæror, & je... nia.

Quinta differentia.

Subrubeus, ὑπέρυθρος, bolo Armenico a... milatur. Galeno φοινικῆς. Latine palmeus, p... pter ſimilitudinem, quam habet cum palmulis p... maturis, quæ dactyli nominantur.

Rubeus, ἐρυθρὸς, ex puro & ſyncero ſangu... cognoſcitur, aut ex ceraſis, aut ex malis rubeis.

Se...

Sexta differentia.

Niger. Quemadmodum in albedine eſt remiſſionis & intenſionis argumentum, ita in nigredine, colores remiſſiores ſunt, vineus, paſſeus, venetus, intenſiores vero, viridis, oleaceus, lividus, & ultimus eſt niger.

Vineum autem lotium, Græcis οἰνωπὸν, *dicitur à vino Neccaro, quod nigrius eſt, quam rubeum, cujuſmodi Græcum fuiſſe, ex Homero apparet. Denſa eſt hæc Urina, ex caloris intenſioris proprietate.*

Paſſeum lotium, à paſſo dicitur, quod ex uvis paſſis concoctum eſt, & ex ipſo definito deprehenditur, quod eſt muſtum ad tertiam uſque partem coctum. Idem color apparet in ceraſis nigricantibus. Paritur ex vehementiori ſanguinis aduſtione, billioſi inprimis.

Venetum ſeu cæruleum lotium deprehenditur, ſi purum album & nigrum æqua ratione confuderis, veluti, ſi vel ceruſſam, vel calcem ſelectiſſimam commiſcueris æquo pondere, cum atramento, vel pice. Eſt in vehementiore flavæ bilis aduſtione, quæ in atram verſa eſt. Hic à Theophilo inſeritur fuſcum lotium, quod ipſe vocat συκιὸν, *quale in ficubus atris & arefactis apparet, unde & exponunt* τὸ τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα. *Sed hoc rectius dijudicanti, juxta veram coloris permutationem & cauſam, erit prorſus nullum, nec diverſum ab aliis.*

Viride lotium, Græcis χλωρὸν *dicitur, t*
Latinis porraceum, ſeu praſſinum. Hujus aliqu ſunt gradus, unus in foliis graminis, alter in fo violæ purpureæ, tertius in ſmaragdo conſpicitu & judicatur.

Oleaceum, vel velut oleum maturum appa ret, vel eſt coloris olei, vel oleaceum, Primum cum aquoſo multum convenit, cum ſit coloris tingendum magna paucitas. Alterum eſt ma nifeſto olei colore, eoque intenſiore. Ultimum prorſus oleo aſſimilatur.

Lividum ſive lucidum, quod plumbeum eſt colore nigri plumbi nomen derivat. Eadem hoc gnificat, quæ venetum, niſi quod hic pleraq ſunt intenſiora.

Nigrum, μέλαν, *extincti carbonis imagin præ ſe fert, & eſt peſſimum. Actuarius. Nam ſummum caliditatis atque aduſtionis gradum quitur, aut extremam frigiditatem mortifica tem.*

CAP.

CAP. X.

De conjugationibus ſubſtantiæ, & coloris Urinarum.

Qualis nam eſt ſeu Συσύγια ſeu conjugatio, ſeu copulatio, ſeu ſocietas, ſeu complexus ſubſtantiarum cum coloribus?

Eſt quoque certa conjugatio utriuſque ſubſtantiæ cum certis coloribus, veluti viridis color nunquam cum tenui ſubſtantia conjungitur, ſic neque lividus, neque venetus, neque niger. Ita è contra in lotio flavo, nunquam videtur ſubſtantia craſſa, neque ſpiceum cum hac copulatur.

Quare non parum retulerit, velut in tabula utriusque ſubſtantiæ ſocietatem cum coloribus obſervaſſe.

Tenuis Urinæ complexus.

I. Communes.	*Cum colore candido.* *Interdum cum lacteo.* *Interdũ cum glauco.* *Interdum cum charopo.*	*Nam interdum etiam cum craſſa Urina conjunguntur.*

IN TENVI SVBSTANTIA

II. Proprii. { *Cum flavo. Cum ſubflavo. Cum ſpiceo. Cum ſubfulvo. Cum fulvo.* } *Cum his Urin[a] tenuis neceſſario conjungitur.*

Craſſa Subſtantia cum his coloribus conſiſtere poteſt.

I. Communes. { *Interdum cum candido. Interdum cum lacteo. Interdum cum charopo.*

II. Proprii. { *Cum ſubrubeo. Cum viridi. Cum livido. Cum veneto. Cum nigro.*

Hinc cernitur, ut pro certo habeatur, qu[i]buſnam coloribus utraque eſſentia, vel ſubſtan[-]tia poſſit tribui.

Ita mediocris ſubſtantia, non niſi conjun[-]gitur cum ſubrubeo, cum fulvo, cum rub[i]cundo.

S C H O L Æ.

Subſtantia Urinæ, plus facit in judicando, quam color.

SI medicus plus conſideraverit ipſam Urin[am] ſubſtantiam cum colore conjunctam, qua[m] ſolum colorem, melius poterit, de morbi or[i]gine & concoctione, in criſibus judicare. Co[-]lor enim facillime mutari poteſt, ab aliment[is] ut[…]

ut ſi hæc croci florem admiſtum habeant, à vino rubro & albo, ab exercitiis, à jejuniis, ab externi aëris injuriis, & ſimilibus cauſis. Subſtantia vero non tam facile alterationibus hiſce obnoxia eſt, ut quæ corpus habeat craſſius, quod mutationibus renititur, quæque quaſi intento digito monſtrat, an & quantum calor nativus materiam ſubjectam coquere potuerit. Et hac ſola ratione, medicus differt à mulierculis ægro adſtantibus, quæ nullis rebus ſe non immiſcent, in medicina præſertim, propter illam naturalem laſciviam, quæ niſi quotidie reſecetur, & uti Phryges, plagis emendetur, veluti arbores in materiæ multæ effuſionem, exuberat, ut recte Hippocr. in Epiſt ad Dionyſ. ſcripſit. Nam audies, Margaretam, ſi viderit Urinam rubram, dicentem. *voorwaer den armen man had groote hitte, hem over quam de coorts.* Contra, ſi Urina fuerit alba, Catharina pronunciabit, *de maeg is hem verkout, hy moet veel ſlym in de maeg hebben.* Medicus vero prudens hiſce fœmineis, ut imbecillibus, judiciis, minime contentus, accuratius intima naturæ penetralia ſcrutabitur, magnaque cum gravitate ſententiam ſuam ſic proferet, ut à fœminis iſtis, licet aliquando verum dixerint, prorſus diſſentire videatur. Quod ſi non fecerit, magnam ſuæ exiſtimationis jacturam apud vulgus garrulum faciet.

Porro

Unde conjugationes colorum cum ſubſtantia.

Porro, Urinarum iſtarum colorum cum ſubſtantia conjugationes, maxima ex parte ſe quuntur coctiones. Nam vere alba rariſſim craſſa eſſe poteſt, niſi in extrema imbecillitate cum utilis humor una excernitur. Eſt enim ſoboles cruditatis, in qua calor nativus ade labefactatus eſt, ne poſſit ſecernere, & cum Urina commiſcere partes craſſas. Quanquam in craſſa ſubſtantia, nimium frigus incraſſ ſans humores, & calor validus, τὸ ὀῤῥῶδε καὶ ὑδατῶδες αἵματος abſumens, craſſius ve ro inſpiſſans, maximam vim obtineat, ſicu διουρητικὰ καὶ ἐκκαθαρτικὰ, ut & medicamen ta θρόμβωσιν lactis procurantia, ſeroſam lacti partem, per διόρωσιν ſeparant, ac reliquum im durant. Quod in materia quoque craſſa in flammationum reſolvenda contingit, quæ i ſcirrhum coguntur inexpugnabilem, niſi δια φορητικοῖς (quæ materias in halitus attenuant iiſdemque extenuatis exitum per apertos cut poros parant, relictis partibus craſſioribus, i quas agere non poſſunt) λεπτύνοντα καὶ μα λακτικὰ præmittantur. Ariſt. 4. Meteoro. cap. 6. & 7.

CAP. X

CAP. XI.

Quænam eſt lotii ſubtilis, & candidi ſignificatio?

IN ſanis, eſt judicium de magna ingluvie, & vini exilis ingurgitatione. Cauſa eſt, quia nondum eſt concoctum.

In pueris vituperatur. Itaque Hippocr. lib. 2. præſag. ſent. 23. inquit, in pueris Urinæ aquoſæ & dilutæ malæ. Nam hinc judicium certiſſimum petitur de nimia cruditate. Cauſa eſt immodica frigiditas.

In ſenibus virium debilitas ſignificatur. Cauſa eſt, ipſa frigiditas, quæ nihil aut certe parum concoquit.

Quantitas Urinæ conferta, διαβήτην, (quæ ab inexplebili ſiti δίψακ@ eſt,) notat. Cauſa, attractrix renum virtus, magnam Urinæ vim accumulat, nondum concoctam.

In ægrotis, jecoris frigidam intemperiem λευκοφλέγματος cauſam, notat. Cauſa, Nam hepar frigefactum, magis aquoſum ſanguinem reddit.

In febri quartana, cauſam oſtendit ortam ex humore frigido & ſicco, & atra bile, ac ingentem cruditatem.

In quotidiana, inclinationis nota eſt, ſed adhuc coctio plena deſideratur, quæ tum ex colore, tum ex ſubſtantia, tum ex ſedimento mox patefiet.

In ſpuriis febribus, eſt quoque inclinationis neo tatio, ita quod cauſa morbi in ſubditas partes verr gat, veluti in renes, in veſicam, & demum in ipſo pedes.

In cauſa calida, vel phrenitin, vel παραφροσύνην*, id eſt, delirium ſignat. Cauſa. Nam flava bilis caput appræhendit, atque in meninge* φλεγμονὴν *gignit, itaque Urina non tingitur. Atqui ſi phrenitis diuturna fuerit, mortem præſagit, præ ſertim nono vel ſeptimo die. Hippoc. 2. prælag. ſent. 72. & 4. lib. aphor. 70.* ὅκες ἰδὶν οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρὰ, μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἢν ἐπιφάνηται. *Quibus Urinæ perſpicuæ albæ ſunt, improbæ, præcipue in phreniticis apparentes.*

Videtur tale lotium ex hæmorrhagia quoque naſci, quia bilis, quæ Urinam tingit, eo derivatur. Hæmorrhagia enim naſcitur non ſolum ex ſanguine, ſed etiam ex bile redundante in hepate, quæ ſero ſanguinis permiſcetur.

SCHOLÆ.

Cryſtallina. Cryſtallea.

Similis hæc eſt Cryſtallo clariſſimo.

Nivea. Alba.

Nivi. Limpidiſſimæ aquæ.

AQUEA

AQUEA.

Aquæ fontanæ, aut fluminis puri.

Differunt hæ Urinæ inter ſe tantum coloris intenſione, ob quam quoque cauſam de majore cruditate judicandum eſt. Nam quo magis ad albedinem ac tenuitatem tendent, eo minus coctionem procedere, certum eſt. Spes tamen, non exigua eſt, ſi in ſequentes colores fiat tranſitus.

CAPUT XII.

Quænam eſt Lotii Subtilis & lactei Significatio?

IN febrium principio & febris & morbi longitudinem, ſed in ſtatu atque inclinatione, non ita bonum exitum notat. Cauſa eſt, ſummæ cruditatis notatio, tum propter ſubſtantiam, tum propter colorem. Atque abſceſſum fieri ſub ſepto tranſverſo, eadem Urina patefacit, maxime, ſi diu talis micta fuerit, potiſſimum ex obſtructione viſcerum, quæ per dolorem certi in hypochondrio loci, non poteſt eſſe obſcura. Hippocr. lib. 2. præſag. ſent. 34. Si Urina tenuis & cruda ſic diu fertur, cum reliqua ſigna ſunt ſalutaria, plerumque intra ſeptum tranſverſum abſceſſus oriri ſolet. Nam, ſi mala ſigna fuerint, mortem ſignificabit.

L a c t e a.

Lacti non concreto.

Cap. XIII.

De tenuis & glauci & charopi lotii judicio.

Latet hic virtus concoctrix, atq; naturalis caloris, qui Urinam co... ratiorem efficit, eſt magna debilit... quæ tamen jamjam nonnihil rev... catur. Dominium acidæ pituitæ n... tat, diu talis micta. Atque eadem cum cæte... notis phyſiologicis, atrabilarium. Hic Ægid... contendit glaucam Urinam ſemper eſſe tenuem, nunquam craſſam.

S c h o l æ.

G l a u c a.

Cornu laternæ pellucido, aut corneæ oculi tunicæ.

Χαροπότης. *Blandus color.*

Ungui humano. Achati lapillo. Leonis ocu... Gemmæ onychiti. Pilis Cameli ſubalbicantibus.

Omnes hactenus recenſitæ Urinæ fiunt imbecillitate caloris, qui, cum alime... tum nequeat alterare, ac optime permiſce... proprium aquę ſubſtantiæ colorem relinqu... maxime in pueris, qui calore plurimo abu... dant, ſi Galeno credimus lib. 2. de temp...

cap.

cap. 2. & in com. aphor. 14. part. 1. atque Areteo lib. 1. de cauſ. & ſig. acutor cap. 9. Quanto autem albæ Urinæ, propius ad colorem aqueum accedunt, tanto deteriores ſunt, præſertim in morbis acutis, in quibus plerunque lethales exiſtunt, exceptis febribus, quæ ab humoribus crudis oriuntur, ſi præſertim tales mingantur quoque, ratione vel ætatis, vel regionis, vel vitæ generis, vel aliarum cauſarum externarum.

Lacteę in morborum inclinatione laudantur, maxime autem acutorum, & pollicentur ſalutem, ſi præcedentes Urinæ fuerint aureæ. Alias mortem, aut phthiſin notant.

Albæ longo tempore ſic perdurantes, morbos totius corporis frigidos, epilepſiam, apoplexiam, vertiginem, paralyſin, anorexiam, hydropem, obſtructiones, arthritides, uterinos morbos, menſtruorum retentiones, ſimilesque affectus à cruditate & frigiditate ortos prænunciant.

CAP. XIV.

Judicium tenuis, Subſpiceæ & ſpiceæ Urinæ.

Concoctionis ſit initium, propter redeuntem calorem naturalem. Hic, etſi calor proclivior ſit ad alterationem, tamen ſubſtantia eſt contumacior. Itaque inchoatam coctionem eſſe, adſeverare licet.

Atque hæc, ſi ſpumam lividam, oleoſam & ſubfulvam habuerit, eademque pauca fuerit: phthiſin commonſtrat, quam ſi diarrhæa ſecuta fuerit, mortem. Hippocr. aphor. 14. lib. 5. ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διαῤῥοίη ἐπιγενομένη θανατῶδες. *Phthiſico, diarrhæa ſuperveniens: lethale.*

S C H O L Æ.

Subſpicea. Subpallida.

Juri carnis ſemicrudę. Paleę Zeæ, vel aquæ quæ ſpiceo humore, vel bilis mediocri infuſio ne diluta ſit.

Spicea. Palearis. Pallida.

Paleæ hordei. Aquæ ſpiceo humore ſatu ratæ. Juſculo percoctæ carnis.

In omnibus ejuſmodi matulis, nihil aliud ſpectandum, quam exceſſus in colore ſequen tis à præcedente.

SI homo ſanus, frequenter ſubſpiceam Uri nam minxerit, cujus ſubſtantia ad craſſi tiem quandam declinare videtur, in juven præſertim indicat temperamentum pituit ſum.

Cap. XV.

CAP. XV.

Judicium tenuis Urinæ, ruſæ & ſubruſæ, quæ aliis eſt citrina.

MElioris concoctionis eſt indicatio, quam in prioribus, & tamen adhuc ſubſtantia, hic quoque eſt contumax.

In juvene pituitoſo, vel atrabilario, tertianæ ſimplicis eſt notatio, vel etiam quartanæ, cujus ſubſtantia eſt tenuis, & colore aureo contenta ſemicocta exhibet, ſicut in ſene duplicis, & in puero ejuſdem continua. Pectoris morbi ſignificantur, cujus regio, multis bullis abundat. Splenis cum multi radii & virgulæ apparent, non aliter, quam in meteoris. Iecoris vero, ſi multa fuerit, atque corpus emaciatur, cum alvi duritie.

In medio morbo, ſi criſis laudabilis præceſſerit, veluti ſudor aut hæmorrhagia, ut ſanguinis narium profluvium, aut alia ſpontanea purgatio, ſignum bonum eſt. Sin minus phrenitin ſignificabit, ex materia rapta ad ſuperiora.

SCHOLÆ.

Citrina.

Piſo maturo.

Subruſa. Subſulva. Subaurea.

Auro impuro. Aureis Rhenanis.

Aurea. Rufa. Fulva.

Auro puriſſimo, ſive aureis Ungaricis. Corco-natorum color videtur huic matulæ minus qua-drare, eſt enim paululum dilutior, quam ſit au-rea Urina.

NOtandum hic, hæc ſic ſe habere in ægri Alias in juvenibus, Urina ſubaurea & ru-ſa, perfectam concoctionem, & corporis ſan-tatem indicat, perfectiorem vero, ſi una ac fuerit hypoſtaſis alba, lævis & æqualis. In ſen-bus autem, pueris, & mulieribus (ſi adhuc latitudine ſanitatis corporum neutrorum co-tineantur) notat corporis habitum, ad qua-tatem acriorem declinare, quam convenia ideoque ſi talis aliquandiu mingatur, prænu-ciat illis morbos calidos & acutos. Si vero ſanis, aderit craſſior totius corporis Urinæ ſu-ſtantia, ipſos temperamento pituitoſo præ-tos, certum eſt.

Ad aureæ bonitatem, omnes aliæ Uri judicandæ. Hic enim integra, inculpata, te-perata omnia.

Cap. X

CAP. XVI.

Judicium tenuis, Subflavæ & flavæ Urinæ.

EST deficientis concoctionis notatio, propter nimium calorem, & alimenti defectus, præſertim in juvene.

Plurima bilis, in tertiana febre gignitur. Ideo augmentum acquirit, propter multum calorem.

Talis quoque apparet, in ἀγρυπνίᾳ, id eſt, ſummis vigiliis.

Item in ærumnoſis, in laborioſis, maxime ſub æſtu Solis. Nam calor extrinſecus adauctus & immodicus, ſanguinem in bilem vertit.

SCHOLÆ.

Subflava. Subcrocea.

Vitellis ovorum. Cartami ſeu cnici flori, in aqua diſſoluto. Croco paulum inferior.

Flava. Crocea.

Croco optimo in aqua diſſoluto. Hic attende, ne modum in rubore excedas. Hæc enim matula non ſibi vendicat tantum ruborem, quantum cruenta, vel rubra.

DIgnum hic obſervatione, nos cautos debere eſſe, in Urina flava judicanda. In iis morbis, in quibus hæc apparet, cum ſint calidi, ſolent medici exhibere rhabarbarum, caſſiam, cum croco, cinnamomo, & aliis ejuſmodi,

Cautio neceſſaria de flava Urina.

quę Urinam antea per ſe flavam, reddunt mu
to flaviorem. Non igitur de augumento mo
bi, hic temere pronunciandum. Indicat enim
potius ſalutem, natura, ſcilicet, humores bilio
ſos per Urinas expurgante.

Hęc Urina, ſi diutius talis mingatur, craſſe
cit, ob calorem acriorem, & quidem tamdiu
donec in rubrum, & ſubrubeum colorem d
generet.

Defectus alimenti intelligendus, de conſum
ptione nativi humidi radicalis, propter calore
nimis auctum, unde φθορὰ ipſius per μάρ
σιν, & hinc ἔνδεια τῆς τροφῆς, ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ α
ὁμογενοῦς, cum nulla in prioris locum ſuccec
ἀναθυμιάσεως, in quam ſeſe calor, (hæret eni
ut ignis in aliena materia, 2. meteorol. cap.
inſinuare poſſit. Ariſt. lib. de juvent. & ſene
cap. 3. lib. de reſpirat. cap. 4. & 6. Theophr
lib. de igne.

Urina ſubcrocea, frequenter à ſano mi
ſi habuerit præterea craſſam conſiſtentia
notat melancholicum temperamentum, c
tenui vero ſubſtantia, biliosum.

Croceæ Urinæ, ſi purę ſint ac perſpic
ſimplicem deſignant intemperiem calid
abſque ulla cacochymiæ ſaburra. Si vero cr
ac turbidę, humorum, maxime ſanguinis,
tia, & incommoda multa, è varia illorum p
miſtione, denotant. In criſi, morbum b
terminaturum, docent.

Cap. XV

CAP. XVII.

Judicium craſſæ & albæ Urinæ.

GRaſſa & alba Urina, ſignificat crudi humoris redundantem copiam, & magnam vim, pituitæ, tam vitreæ, quam ſalſæ, ſicut & illius, quæ ἄποιος eſt, id eſt, qualitatis expers, & ſine ſapore.

In morbis, ut febribus laborioſis, articulorum abſceſſus denotat, aut præſentes, aut jam affuturos, ex craſſis humoribus pituitoſis natos. Atque ſic fit criſis, cum natura in laborioſis febribus redundantem humorem craſſum excernit, die judicatorio, aut critico. Hippocr. lib. 4. aphor. 72. ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ, κάρτα παχὺ, καὶ λευκὸν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖς, τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμορραγίσῃ. καὶ πάνυ ταχὺ λύεται. *Quibus ſperatur abſceſſum iri in articulos, liberat eos ab abſceſſu, Urina multa, craſſa & alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdam fieri incipit. Quod ſi etiam ex naribus ſanguis fluxerit, brevi ſolutio fiet. Idem lib. 6. Epidem. ſect. 4. ſent. 2. de famulo Archigenis refert, quem Urina craſſa & alba, in laborioſa febri, quarto die micta, ab abſceſſu liberavit.*

CAP. XVIII.

Judicium craſſæ & lacteæ Urinæ.

TAmetſi hæc rara ſit, tamen in morborum in- clinatione, ſi talis fuerit, laudabitur.

Materia in calculo, vel veſicæ, vel renum e- cernitur.

Urina craſſa candida.

Colores ex ſuperioribus, huc transferendi Aquę, cui paululum farinę inſperſum ſit

Urina craſſa lactea.

Lacti acetoſo, aut muco liquido.

CAP. XIX.

Judicium craſſæ, glaucæ, & charopæ Urina

Hæc aut non conturbatur, & corp- craſſis humoribus repletum, & tuitoſum morbum totius corpor- notat. Aut turbulenta eſt, qualis jumentorum, & tunc cephalalg- aut adeſt, aut adſutura eſt. Hippocr. lib. Aphor. 68. inquit, ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετ- τὰ οὖρα ἀναπεταραγμένα, οἷον ὑποζυγίου, τουτέ- κεφαλαλγίαι ἢ πάρεσιν, ἢ παρέσονται. *Quibu- febribus Urina perturbatæ ſunt, veluti jumen- rum, iis dolores capitis aut adſunt aut aderunt.*

Sunt autem duo perturbatarum Urinar-

gene-

genera, unum, quod craſſum mictum paulo poſt reſidet, cujus ſuperior pars attenuatur, alterum, quod conturbatum manet, aut longo tempore, aut ſemper. Hujus cauſam habet Galen. 1. de judiciis cap. 12. Quæ Urina ſemper turbida manet, vigere adhuc, quæ in ſanguine eſt, agitationem oſtendit. Cæterum agitationis nomine, & humorum commotionem, & ad coquendum habilitatem, Gal. lib. 4. de ſanit. tuend. cap. 3. intelligendam eſſe tradit. Quod, ſi turbida (inquit) ſit Urina, qualis jumentorum viſitur, humoribus venas refertas indicat, non tamen ceſſare naturam, ſed eos valenter coquere. Idem autor libelli de Urinis Galeno adſcripti confirmat, cum ait, quæ mingitur craſſa, & talis permanet, indicat vigorem agitationis, quæ eſt in humoribus craſſis & flatuoſis, cum qua adeſt, vel adfuturus eſt dolor capitis, propter conturbationem, & evaporationem humorum.

Sæpe tamen lotium turbulentum, igni admotum clareſcit. Utique in tali Urina, bullæ in ſumma ſuperficie lotii calefacti vel igni, vel aqua, natant.

Item craſſum lotium fruſtuloſum, id eſt, grumoſum, paucum, in febre malum. Cauſa eſt, obſtructio renum, & meatuum Urinariorum. Sed ſi multum fuerit, & attenuatur, præſertim in ſuperiore parte, febris inclinationem ſignificat, quod Hippocr. ſubindicat 4. aph. 67. ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν ὠφελέει.

Propter ablatam obſtructionem, copioſior profl... Urina: Hic craſſam appellat, propter ſubſtantia... grumoſam, propter ſedimentum craſſius, ſeu grumos conformatum. Paucæ quantitatis ratio... nominatur. Vias Urinarum obſtruit, ſed cum ea... tenuatur, copioſior profluit, & grumoſa, cuj... ſcilicet craſſæ partes, in fundum ſubſident. Qu... propter hic λεπτὸν *cum* θρομβώσει *confert... Quod non tenue mictum eſt, abſque ullo ſedime... to, eſt judicii incerti, quod Hippoc. in lib.* π... κρίσεων *teſtatur his verbis, Si factæ fuerint Ur... tenues, ex craſſis omnino, difficilis judicii, & ... certæ ſunt. Eſt hic omnino tenuis ſubſtantia, nec ulla hypoſtaſis, in priore magis gravitatis rati... fiebat.*

SCHOLÆ.

Urina craſſa glauca.

Cornu veteris laternæ obſcuro, propter fumo...

Urina craſſa χαροπότης.

Colori jecinoris bubuli, quanquam ſub obſcuro.

URinæ hæ craſſę, ſemper aliquid boni p... tendunt, modo vires aliquantum c... ſtent. Etſi enim magna inibi fiat perturb... humorum, hæc tamen potius irritat natur... ut hoſtis iſtius jugum humeris excutere co... tur, & per coctionem atque σύγκρισιν, p...

u

utiles ſecernat ab inutilibus, ut has expellat, illas autem in ſubſtantiam partium convertat. Idem videmus, poſt phlebotomiam accidere ſæpiſſime. Nam tunc Urinæ, non raro minguntur vere turbidæ, quæ ſenſim in craſſas mutantur, abſque ullo hominis incommodo, natura onere nonnihil diminuto, levata, licet magna commotio humorum, per venæ ſectionem facta ſit, quam tamen noſtri barbitonſores iſtis concuſſionibus dorſi, tuſſi iterata, hinc ἀναφωνήσει, augere non verentur, dum venam tundunt, nullo habito reſpectu conſilii ſaniorum medicorum, qui, ſi ſegnius profluat ſanguis, propter craſſitiem imperant primum ægro, ut pugnum arcte vehementer adducat, & nervos, muſculos ac latera tuſſi, excreatione ac valida voce contendat. Hinc videmus, tam crebras accidere lipothymias in phlebotomia, dum natura fruſtra, præſertim imbecilliorum, in diverſis exercetur locis, quæ antea ſatis occupata eſt. Quanquam in hoc caſu (cum ſanguis nimium craſſius deprehenditur) præſtat, vulnus à ſcalpello inflictum, aqua calida fovere, vel, quod efficacius eſt, illinire theriaca, aut olei fœce, quæ, quia fortius adhæret, & ſanguini effluenti minus cedit, ejuſque effluxum lubriciorem reddit, omnibus aliis palmam præripit.

Sanguis craſſus quomodo in phlebotomia educendus.

Urina lactea craſſa, inſtar fungi, ſi cum ſanie mingatur, ulcus eſſe in inſtrumentis Urinæ notat,

notat, abſque ſanie vero, materiæ pituitoſæ crudę ſeparationem, quæ tamen nonnihil a- huc ſit rebellis. Talis Urina aliquando ſequ- tur gonorrheam, & profluxum menſium alb- rum, qui gonorrheæ in viris reſpondet. Ite coitum, ſi lubricam admodum habeant matr- cem ἱμεροθεῖσαν, quę ſemen continere neque- Si diutius talis micta fuerit, in ictero perſe- rante, hydropem innuit, propter ſummam narum cruditatem.

Cap. XX.

Judicium Urinæ craſſæ & ſubrubeæ.

SI & cum illa tale fuerit ſedim- tum, videlicet craſſum, & ſub- beum, etſi morbum diuturnior- propter inchoatam hypoſtaſin ſi- ficat, non tamen pernicioſum, mo curabilem. Hipp. 2 præſag. ſent. 27. ſubru- (inquit) Urina, in qua ſubrubeum, læveque ſidet, quanquam morbum diuturniorem, cum tamen ſalubriorem fore denotat.

Subrubea. Palmea.

Bolo Armeno. Palmulis præmaturis, i Dactylis. Terræ Lemniæ.

CAP. XXI.

Judicium Urinæ craſſæ & rubeæ.

Hic magna ſanguinis copia denotatur, præſertim in ſynochis putridis febribus. Si non confertim, ſed paulatim exierit, periculum minatur.

Si turbulenta redditur, & aut ſurditas adſit, aut dolor capitis, aut colli, aut hypochondriorum, homo ante ſeptimum diem morbo torquato corripietur.

Eſt item judicium de vehementi calore febrili, & quo intenſior eſt febris, præſertim tertiana exquiſita, eo rubor eſt manifeſtior. Et, ſi quantitas Urinæ major fuerit, & major corporis debilitas, in renibus laxitatis nota eſt, & nephritidis ex calida materia. Nam in illis exuperat calor, qui hepar & ſanguinis vaſa juxta cum corde, in quo ſanguis primum ebullit & efferveſcit modice, per naturam excalfacit modice nonnunquam, eoque mediocre malum ſignificat.

Urina rubea, colore mediocri, ſubſtantia ſpiſſa, fortim turbida, cum impuro & inæquali ſedimento, tertianam continuam ſignificat. Sed ſi ſit livida, cum ſubſtantia ſpiſſa, in ſuperficie viridis, ſignificat medium hemitritæum. Si livida in ſuperficie fuerit, ſignificat pleureſin.

SCHO-

SCHOLÆ.

Urina rubea.

Filis croci. Sanguine. Ceraſis, & pomis rub…
Sic pingendus hic color, ut ſero quoq…
ſuus & locus, & color, relinquatur, m…
enim merus hic eſt ſanguis.

MUlti ſunt harum Urinarum gradus, c… enta, ſeu ſanguinea, de qua infra c… 28. in quarta parte agemus, ignea, fla… mea, ardens, vinea, & paſſea, de qui… poſt.

Peculiariter hic notandum. Ichoroſus h… mor, qui facit hydropem, fit per μόλυνσι… quæ nihil aliud eſt, quam inchoata tantum … non abſoluta ἕψησις humoris in corpore ind… niti, ob defectum caloris in circumfuſo hu… do, & quidem, vel propter multitudinem … giditatis in humido, vel propter tantam … moris copiam, ut à calore ad τελείωσιν red… non poſſit.

Porro μόλυνσις illa in hydrope ad imm… cam refrigerationem iecoris, & totius ve… generis refertur. Urinam igitur albam & … nuem neceſſe eſt, ut reddant hydropici. T… enim cruditatis ſoboles eſt. Contra tamen … demus, Urinas hydropicorum, qui inpr… aſcite laborant, eſſe rubicundas & craſſas. … tet igitur hic aliquid occulti, quod è lac…

eri…

eruendum. In aqua inter cutem, omnis humor ſeu ichor intra peritonæum & inteſtina coacervatur, & concluditur, non quidem, propter hepar bulloſum & ſciſſum, ſed propter magnum venarum meſaraicarum circa inteſtina & omentum concurſum, quarum oſcula facile poſſunt relaxari, vel excedi acrimonia humoris, vel rumpi prę copia ſeri. Quę res facit, ut pauca Urina mingatur in aqua inter cutem. Nam materia, ex qua generatur Urina, in ἐπιγάστριον cœpit impetum. Idem in diarrhæis, & dyſenteriis videre eſt. Aqua autem illa in hypochondriis (quia non habet exitum, vel natura, vel propter παρακέντησιν, ſcalpelli myrtei cuſpide adminiſtratam) moram trahens, acquirit nimium calorem, quem communicat toti corpori, maxime vero renibus & ureteribus, unde ille color Urinæ & craſſities, exhalantibus partibus tenuioribus. Præter hanc cauſam eſt alia quoque, quæ magis huic rhombo videtur quadrare. Urina, quamprimum ill qualitate, vel quantitate ſtimulat naturam, excernitur. In hydrope, nulla qualitas talis in Urina reperiri poteſt, frigiditas enim illa ſeri obtuſe nimis agit. Neque quantitate ſua eſt moleſta naturæ, ſerum enim in abdomen derivatur. Ergo non excernitur Urina, ſed diu in veſica remanet. Remanens concipit calorem præternaturalem, qui tenuioribus partibus ſeri diſcuſſis, craſſitiem illam & colorem rubi-

rubicundum inducit. Similem Urinam in om-
nibus alvi fluxionibus videmus, propter ea-
dem cauſam.

Aliquando hydrops, ejusque ſpecies i
morbum Gallicum tranſplantantur, tunc a
parent tumefacta crura, membra gravitate
laſſitudine preſſa, ulcera κακοήθη καὶ ἐσθιόμ
color faciei pallidus, labia decolorata, puſtu
amplæ, humidæ, aquoſæ, curatu difficiles,
que ubi in ulcera degenerarint, multam aqu
fundentes, & alia ſigna lui Venereæ comm
nia. Hic, ſi iſtorum hominum Urina pa
ac rubra ſit, atque malum pro motu Lu
nunc increſcere, nunc decreſcere videat
virus aditum ad mortem ſubinde machina
licet hydrops, acceſſione ſyphelidis, mali
ſuam, aliqua ex parte amittat. Vis enim
mia à morbis & humoribus rebellibus ir
tur naturæ.

Urina rubea craſſior renum lapidem
ciat, maxime; ſi arenulæ adſint, tenuis ve
pauca in hepaticis hydropem futuram, vis
concoctrix laborat, & venæ meſaraicæ ſic
ſtruuntur, ut ſuccus attrahi ad partes neq
Si eadem craſſa mox tenuis fiat, ante & poſ
ſin, recidivam minatur, propter calorem
de morbo triumphantem, mox autem ſucc
bentem. Sæpe in affectibus frigidis, ut c
re colico, & morbis vicinarum veſicæ part
Urina mingitur rubra, propter conflu
ſa

ſanguinis & caloris ad illa loca, in quibus natura exercetur.

Hecticam eadem indicat, ſi pingue & oleoſum quid innatet, in majori quantitate micta. Pro coronide liceat nobis verba Fernelii adſcribere. Urinæ craſſæ, rubræ, fere apparent inclinantibus febrium acceſſionibus, at maxime, cum jecoris ſubſtantia vitiata eſt à phlegmone, aut ab exquiſito ſcirrho, ut in hydrope, aut cum vel illius, vel folliculi fellis ingens eſt obſtructio, ob quam bilis in venas & in Urinas confluit, hasque eatenus inficit, ut, ſi linteum immergas, citrinum colorem plane referat, perinde atque epoto rheobarbaro. Hæc aut præſentem icterum, aut mox futurum portendit.

In ſumma patet hinc, rubrum Urinæ colorem, maxima ex parte ab obſtructione oriri, cum ſanguis minus ad partes devehi, nec caro muſculique illius ruborem imbibere poſſunt, unde neceſſario regurgitat color ad Urinam.

CAP. XXII.

Judicium Urinæ craſſæ vineæ & paſſeæ.

VRina craſſa & vinea in cauſo, id eſt, ardente febre, ſeu æſtuoſa, ſi mingatur, & caput doleat, criſis adeſt, aut mox adfutura eſt, ex evaporatione & traductione bilis in caput. Humores enim nonnihil aduſti, juxta

 criſin

criſin laudabilem excernuntur, præſertim ſi mu[...] fuerit Urina. Bonitas item humoris aſſatur, in bilem, vel flavam vel atram tranſmutat[...] Sed ſi ſedimentum adfuerit probabile, minus [...] malum.

Paſſea Urina fit in bilis aduſtione, & ſi [...] permanſerit, morbum arquatum adeſſe notat[...] natura victrix eſt, cum ſignis coctionis, fut[...] ſalutis ſignum eſt. Paritur ex vehementiori ſ[...] guinis, præſertim bilioſi, aduſtione.

SCHOLÆ.

Vinea.

Loturæ carnis recentis. Vino rubro. Jecoris colori.

Paſſea. Cyanea

Sapæ, ſeu muſto cocto. Uvæ nigræ. Cer[...] nigricantibus. Vino Neccaro.

FErnel. lib. 3. Pathol. cap. 13. ſcribit, in c[...] re verſari eos, qui Urinam cruentam, [...] vineam, quę recentis carnis loturam repra[...] tat, jecoris imbecillitati tribuunt, vix eni[...] telligi poſſe, ſanguinem alicunde cum U[...] præterlabi, citra renum affectionem. Sed r[...] (quod pace tanti viri dictum ſit) multa ſun[...] ipſius opinioni obſtant. Nam videmus ſę[...] me, juvenes plethoricos, neque ulli man[...]

morbo obnoxios, quibus nec attagen, famoſa nec conchylia, nec vina deſunt Falerna, per διαπήδησιν emingere Urinam cruentam, qui ſola phlebotomia, & applicatis emplaſticis regioni hepatis, (circa quam ſe quoque molem quandam & diſtenſionem ad claviculam uſque ſentire dicunt) curantur. Quis renes hic accuſabit, cum præſertim nulla mingendi difficultas adſit?

Paſſea denſior eſt, quam vinea, ob calorem intenſiorem, qui humores valde aſſat. In ictero ſi diu permanſerit, diſſolutionem ejus portendit non raro.

Cap. XXIII.

Judicium Craſſæ & venetæ Urinæ, hoc eſt, cæruleæ.

AUt atra bilis jam ex flava bile valde aduſta, Urinam tingit, aut notat tantum frigus viſcerum, ut pene ſint mortificata. Itaque ſi tenui fuerit ſubſtantia, atræ bilis affuſionem ſignificat, ſin craſſa, nimiam frigiditatem atque mortificationem, portendit.

Plurimam item, & nimiam curſitationem notat. Hac enim nonnihil aduſta Urina redditur, propter nimium exercitium. In convaleſcentibus, criſis laudabilis, præſertim ſi fuerit copioſa. Sic enim partes aduſtæ mejuntur.

In ſenibus, ſi diuturna fuerit talis mictio,

veſicæ permutationem, ex pravis humoribus à n... turali conſtitutione notat.

Optimæ denique criſis eſt notatio, præſertim cum in fundo eſt craſſior.

Sic in calculoſis, ſtranguriæ imminentis ſignu...

S C H O L Æ.

Veneta. Fuſca.

Cæruleo, mixto ex nigro & candido. C... commiſtę, cum atramento, vel pice vel bi... mine, æquis partibus.

COnſpicitur hæc aliquando tenuis, ſed... riſſime, & tunc ſignificat melancho... fuſionem, quę mediocriter Urinam tingit...

Plagas & verbera homini incuſſa quo... notat, non tamen vehementia. Et in his... laudabile ſignum, nam ναυσιώσεις excernun...

Caveat tamen medicus, ne fallatur, qu... admodum deceptus fuit Vaſſæus à muli... quæ Urinæ concuſſi & verberibus affecti... minis, vel taurinum miſcebat.

Nativi quoque caloris extinctionem, ... res ſint debiles, indicat, ut &, cum ad pr... colores fit tranſitus.

Cap. X...

CAP. XXIV.

Judicium craſſæ & viridis Urinæ.

MOrbum arquatum, aut præſentem oſtendit, aut futurum minatur, præſertim in morbis, qui non ſunt ſine febri.

In viridi Urina, humor valde ...ſſatus eſt longo tempore. Secunda fortuna, & conſtante virtute indiget, ut bonitatem priſtinam recuperet.

Eſt item bilis praviſſimæ & aduſtæ multitudo, & in atram penitus converſio, quæ & ipſa magis in dies aduritur.

Oleacea eſt in tabeſcente corpore, propter febrem, vel hecticam, vel aliam diuturnam. Item pinguedine liquefacta apparet, propter adul-...rinam caliditatem.

Itaque in principio, cum parum liquefactum ..., vix color olei ſpectatur, ſicut in augmento, ...m major eſt liquefactio, σύντηξις, & colliqua-...rit certior & tunc eſt olei apparentia, demum ...tatu & vigore, prorſus oleacea eſt, quando ...quatio pinguedinis & ſolidarum partium eſt ...cta, idque præſertim, ſi calor febrilis ſimul to-...m corpus corripuerit, ſin minus, nephritis no-...tur, maxime, cum ejuſmodi lotium ſubitum & ...mulatum fuerit.

SCHOLÆ.

IN acutis, ſi quarto die tales Urinæ appa-reant, ſeptimo die moriturum hominem mi-nantur. Indicant enim κατάκαυσιν ultima humorum, μαρασμὸς ſucceſſiſſe. Alias febr oſtendunt diuturnas.

Si oleoſa poſt nigram mingatur, ſalute portendit, propter colores proſperiora po centes.

Oleoſa, ſi tarde excernitur, pinguedi corporis admiſtionem ſignificat. Et hac co ditione maxime ab aliis diſcernitur, quod p pter pinguitudinem innatantem, tarde & le motu mingitur.

Si oleoſæ, quid ſimile loturæ carnis miſc tur, hydropem & phthiſin notat, aut vehem tem colicam.

Quæ ſmaragdi colorem refert, ſi perſ ret cum malis ſuis accidentibus, convulſio à ſiccitate prænunciat.

Oleacea. Oleagina.

Oleo Maturo. Adipem liquefactum ſtantia repræſentat.

Rariſſime tales Urinæ bonę ſunt, niſi in mingantur, & quidem magna copia, na evacuatur materia aduſta.

O

Oleoſa. Oleaquea.

Eſt paulo dilutiore colore, quam prior.

Braſſicea.

Braſſicæ communi, in hortis noſtratium colonorum.

Porracea.

Porri foliis.

Viridis.

Gramini recenti, præſertim canario.

Smaragda.

Smaragdo pellucido.

DE COLLIQUATIONE.

NOtandum hic de vere Oleacea Urina, male dici, illam ſequi colliquationem humoris alimentarii, & partium ſolidarum. Medici huc adducunt anteſignanos illos ſuos Hippocr. 2. prognoſt. text. 35. & lib. de Coac. præſect. Galenum lib. 3. de ſympt. cauſ. cap. 2. Avic. lib. 1. fen. 1. doct. 5. & cap. 1. Sed falſo. Nam Galenus, ſi quis advertat animum, nunquam illam σύντηξιν, vel συμφύτου τῆς ὑγρότητος, vel ſolidę partium ſubſtantię, introducere voluit, etiamſi multi in illa ſint opinione. Videamus Galeni verba, ubi loquitur de ſymptomatibus, in malis evacuationibus. Fit quædam,

(inquit) veluti σύντηξις, colliquatio: ſive ἀναστοιχείωσις, reſolutio, & ἀνάλυσις: ſive, quomodocunque aliter nominare libet, aliquando totius corporis, aliquando ſuccorum, qui in venis ſunt, duntaxat. Quod autem ex ea colliquatione provenit, alias ad ventrem profluit, alias ad Urinas, alias ad ſudores pellitur, quos dicunt ſequi reſolutum corporis habitum, & producere ſyncopen. Si hi in διαφορητικοῖς ſpecillis uſi fuiſſent politis, & has particulas obſervaſſent QVÆDAM, VELVTI, QVOMODOCVNQVE ALITER NOMINARE LIBET, RESOLVTVM CORPORIS HABITVM SEQVVNTVR, non adeo medicùs propoſuiſſent hanc doctrinam, quæ funiculos ex arena nectere videtur. Colliquatio enim illa, ſecundum ipſos, fit ab adulterina caliditate. At, ut recte Ariſt. 4. meteor. cap. calor ſola pinguia eliquat, & illa tantum, quæ frigore concreta ſunt, reliqua vero, quæ à frigore non ſunt concreta, indurat magis, dum humorem educit. Evaporante autem humore, pars arida ſpiſſatur, atque conſiſtit. ἐξαιζομένου τοῦ ὑγροῦ, παχύνεται τὸ ξηρὸν, καὶ συνίσταται. Humidum autem, ſive radicale, ſive ἔμφυτον ſive alimentarium, & ſubſtantiam partium à calore moderato, nequaquam autem à frigore concreta eſſe, qui dubitet, ducimus neminem. τὸ θερμὸν γὰρ αἰτιώτατον τῆς ζωῆς. καὶ οὐκ ἄλλο … διαπλάσσει ἐξ ἀρχῆς τὸ ζῶον, ὥσπερ οὐδ' αὐ… αὔξη…

αὐξῆσαι, ἢ μέχρι τελευτῆς τρέφον, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τὸ ἔμφυτον. τί γὰρ οὖν τοῦτο πάντων τῶν φυσικῶν ἔργων αἴτιον ὑπάρχον 14. & 15. aphor. part. 1. Quomodo igitur hæc à calore liquabuntur, quæ à calore concreta ſunt? Exponas ſoli ſub Sirio fruſtum carnis, nunquam liquabitur. Id quoque in carnibus fumo induratis apparet.

Vera igitur cauſa inquirenda eſt, cur conſumantur ægri, qui Urinas reddunt oleaceas, & pingues.

Unde pinguedo, in oleacea Urina.

Tales Urinæ conſequuntur calorem ſummum. Quod ipſi quoque fatentur, dum dicunt, eas ſic tingi à bile ęruginoſa, ad ſummam aduſtionem tendente. Calor hic acris & vehemens præterquam quod robur corporis frangit, & omnes actiones enervat, abſumit etiam rorem & cambium, ne hęc poſſint partibus agglutinari, & illarum ſubſtantiæ perfecte aſſimilari. Partes, cum deſtitutę nutrimento, tum graviter propter δυσκρασίαν caloris vexatæ, labaſcere incipiunt, & in ſummam imbecillitatem ruunt. Imbecilles redditæ, non poſſunt etiam minimum illud alimenti retinere, quod ad ipſas adhuc defertur. Sinunt itaque exire, una cum Urina, partes nutrimenti utiles, quæ reddunt Urinas illas oleoſas. Tales autem Urinæ ſunt lethales. Indicant enim maximam imbecillitatem, quæ nullis Syrupis magiſtralibus, aut auro potabili, aut tincturis corallorum, aut ſolutionibus perlatum tolli poſſit.

CAP.

CAP. XXV.

Judicium craſſæ & lividæ Urinæ.

SI viride lotium præceſſerit, nimia e[…] ardoris copia, ſi pallidum, ſummam[…] frigiditatem, & mortificationem[…] portendit. Fit aut talis ex nimio fr[…] gore, jam jam mortifi[…]ante, aut e[…] nigri humoris affluxu, aut ob plagas, aut lora h[…] mini incuſſa. Siquidem magna accidit, propter ea[…] dem cauſas mortificatio, & ſanguis mortificatu[…] ſubnigreſcere conſuevit, quem tamen virtus e[…] cretrix, in fundum ſecernere ſolet. Atque tunc t[…] le lotium eſt laudabile.

In febribus, cum nullum eſt ſedimentum, mo[…] tis nota eſt. Sed in cauſo, futuram ſtranguria[…] oſtendit.

SCHOLÆ.

Livida. Lucida.

Plumbo, ſeu veſtigiis plagarum.

LIvidæ Urinæ eædem ſunt cauſæ, eade[…] ſignificatio, quę venetæ, niſi quod l[…] omnia ſunt intenſiora.

Interdum talis Urina, judicium eſt ni[…] icteri à melancholia. Sed tunc ſalutaris eſt, c[…] excernitur magna copia, & quidem craſſa ſ[…] ſtantia, ob expurgationem humorum aduſ[…] rum, qui ſanguinem infecere.

CAP. XXVI.

Judicium craſſæ & nigræ Urinæ.

SUmmæ & extremæ caliditatis eſt indicatio, atque aduſtionis, maxime, ſi viride lotium præceſſerit, ſin autem lividum, vel venetum, frigiditatem extremam, atque ſic mortificatum ſanguinem portendit. Et hoc malum eſt, quia eſt mortis præſagium.

Salutare autem eſt, cum atra bilis excernitur, idque præſertim in decremento quartanæ febris, & morborum atrabilariorum. Hic enim craſſius, & nigrius ſubſidet, & erit criſis laudabilis.

Laudatur item in potionibus atram bilem educentibus, propter virtutem excretricem.

Notat etiam nimiam ſanguinis aduſtionem. Hic enim valde aduſtus nigreſcit.

Nimiam item ariditatem atque emaciationem indicat, propter toſturam, & ſic ſequitur periculoſa convulſio.

In febribus acutis, ſi fœtida fuerit, interitum prænunciat, ſi veſica non laboret. Contra criſis eſt laudabilis in veſica male affecta, propter ſordium excretionem.

Talis Urina eſt aut in ſummo caliditatis gradu, Urinam exaſſantis, & materiam in venis contentam adurentis, qualis color in carbonibus extinctis apparet, hi enim ab ignis extinctione nigreſcunt.

Aut in extremæ frigiditatis mortificantis ordine, nam & propter hanc nigreſcunt humores, cum humo-

humores contrahendo inſpiſſantur. Quæ ra… tio in craſſioribus, atque ita nigrioribus nebul… patet.

SCHOLÆ.

Per hæmorrhoidas, non expurgatur tantum ſanguis melancholicus.

Urina nigra, poſt laborem nimium micta… ſpaſmum ab exiccatione & toſtione pate… facit.

In puerperio, hæmorrhoidum & men… ſtruorum ſuppreſſione laudatur, propter ex… cretionem humorum aduſtorum, (Gal. 3. ep… dem 3.) licet non ſint melancholici. Falſu… enim eſt, per hæmorrhoidas, αἷμα tantu… μελάντερον expurgari, per venam inſignem… quę à ramo ſplenico venę portę, per meſerę… um circa colon & iteſtinum rectum extenſ… in muſculis ani & inteſtino interiore termina… tur, ut Galen. 3. aphor. 30. & lib. 3. Epic… ſect. 3. ſent. 37. & lib. de atra bile. cap. 7. ſen… tit. Sed per illas αἷμα quacunque ratione νοσ… ματῶδες exoneratur, per tres illas venas a ven… cava cum ſuis arteriis ortas, à duabus iliis &… ramulo venæ ſacræ Sylvio dictæ, inque inte… ſtinum rectum, paulo tamen ulterius ad cuti… deſinentes, quemadmodum philoſophice &… vere Hippocr. initio lib. de hæmorrhoid. lib… 3. Epid. ſect. 6. docet. Hinc, ſecundum eu… dem, probus hæmorrhoides fluunt, ii nequ… pleur…

pleuritide, neque peripneumonia, neque lepra, neque furunculis corripiuntur, pro tamen morbi nequaquam ſunt melancholici. Si itaque talis Urina apparuerit hæmorrhoidibus ſuppreſſis, indicabit, expurgari ſanguinem quemcunque aduſtum, non duntaxat melancholicum. Alias enim idem dicendum de menſtruis ſuppreſſis, in quibus ſæpiſſime talis Urina apparet,& tamen per illa ſanguis potius crudior & ſeroſior expurgatur, quod ipſa nos docet lodicum αὐτοψία.

Hæmorrhoidum morbus (inquit Hippocr. lib. de hæmorrhoid.) fit, bile aut pituita ad venas recti inteſtini decumbente, ſanguinemquè in venis calefaciente. Venæ caleſcentes, ex vicinis venulis ſanguinem alliciunt, & cum replentur, interna ani pars intumeſcit, capitaque venarum ſupereminent', quæ à fæcibus alvi exeuntibus compreſſæ,& à coacervato ſanguine coactæ, cruorem ejaculantur, vel cum ſtercore, vel ſine eo. Quanquam (ut monet idem lib. de fiſtulis) aliquando accidat ſanguinis fluxus ab inteſtino recto, abſque hæmorroidum vitio. Quæ res non raro medicis incautis imponere ſolet. Rufi Epheſii ſententia eſt Urinam nigram in ſanitate multo tempore mictam, lapidis in renibus ſignificare generationem, nimirum propter toſturam ſeri à renibus calidioribus. *Hæmorrhoides quomodo fiant.*

An

An Urina nigra à frigore.

An Urinæ nigredo à ſummo frigore poſſ[illegible]
oriri, quod Gal. 1. lib. de criſib. cap. 12. [illegible]
commen. 2. prognoſt. text. 29. vult, non tem[illegible]
re dubitant præclariſſimi quidam medici, har[illegible]
ob cauſam, quoniam ſi (ut ipſemet Galenus in[illegible]
terdum facit) externis interna metiri nobis pl[illegible]
ceat, ſicut videmus in exterioribus, corpo[illegible]
quæ à frigore nigreſcunt, à ſummo frigore [illegible]
pati, ſimiliter neceſſarium eſſet, ut, ſi Urin[illegible]
nigræ fierent hac de cauſſa, intus à ſumm[illegible]
frigore id paterentur. Quomodo vero in co[illegible]
pore vivo, valeamus comminiſci intenſiſſimu[illegible]
hunc frigoris gradum, certe videre non po[illegible]
ſunt. Et, licet cernamus aliquando, ut in ἀπ[illegible]
σημασίᾳ ſive εἰσβολῇ παροξυσμοῦ, ungues [illegible]
ſummum naſum nigreſcere, licet quoque v[illegible]
deamus, partes illas quo ad tactum, eſſe frig[illegible]
diſſimas, nihil tamen, tale in Urinis nigris a[illegible]
cidit, quę, dum minguntur, vel calidæ, v[illegible]
ſaltem tepidę ſunt. Quid cum hoc nodo Go[illegible]
donio agendum, cujus ſolutionem multi ſu[illegible]
mi philoſophi aggredi noluere? An referend[illegible]
nigræ Urinæ ad unam caloris intemperiem [illegible]
ἔγκαυσιν tanquam ad primum & principale[illegible]
fontem? Calor nimius, dum deſtruit temp[illegible]
riem corporis, exoluit naturam partium, q[illegible]
eſt calor nativus, in determinata conſiſtens m[illegible]
diocritate, cui omne nimium inimicum e[illegible]
Exoluta natura partium, & exoluto calo[illegible]
omnia nutant in humano corpore, om[illegible]

in

incipiunt mori, & ſic fieri frigidiora reſpectu caloris nativi, licet antea ſummus calor adfuerit. Idem in Urinis nigris fieri credimus, quas ideo medici extremæ frigiditati acceptas referunt, quia calor naturalis prorſus enervatus eſt propter intemperiem illam extremam, & aduſtionem, cui nigredinem illam Urinæ adſcribimus, ob toſturam humorum, tanquam primę cauſæ, cui refrigeratio ob perditam caloris nativi formam, ſuccedit. Idcirco quoque frigidi ſudores in acuta febre erumpunt, Hippoc. 4. aphor. 37. Non enim veriſimile eſt, in corpore vivo reperiri poſſe adeo frigidum humorem, prçſertim in venis & arteriis, quæ ſemper in acutis æſtuant calore cordis, é quibus exprimitur frigidus ſudor. Idem de frigidis ἐμπυικῶν ſudoribus & ἐφιδρώσει cum Hippoc. lib. 3. Coac. prædict. ſect. 2. & de Hecticis & ſyncopticis cum Galen. 3. de ſympt. cauſ. cap. 2. ut & de iis, qui in extremo mortis agone verſantur, dicimus. Omnibus enim his languet pulſus, propter languidam naturam partium, & exolutam calorem. Unde & tales ſudores, cum Hippocrate merito, lethales eſſe pronunciamus.

Et tantum de coloribus Urinæ dixiſſe ſufficiat, in quibus judicandis minime falletur medicus, ſi occulos intentos habeat in victum, ætates, ſexum, exercitia, & varia vitæ genera. Hæc enim omnia non mediocriter mutant Urinas, ſicuti demonſtratum eſt.

TERTIA

TERTIA PARS, DE QUANTITATE URINÆ

De multæ Urinæ cauſis.

*PLurima Urina eſt, ex cibis hum-
ioribus, & iis, qui ὡραῖοι καρπ
dicuntur Galeno, ex longiore pot
ione, præſertim vini exilis & a
uti. Plurima eſt, ex uſu medic
mentorum, quæ Urinam ciere ſolent. Idem faciu
λιθόνθρυπτα, cujuſmodi ſunt quarundam radicu
pulviſculi. Plurima eſt, in renum vehementi ca
ditate, (ut fit in diabete) quæ ſua virtute attr
ctrice undequaque ſeroſam humiditatem, t
inde ab ipſo jecore aggerit. Plurima eſt in alvi d
ritie & ſiccitate nimia, ſic enim natura humi
tatem, ad meatus Urinæ dirigit. Hippocr.
aphor. aph. 81. οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γινομένη, σμ
κρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει. Mictio noc
plurima facta, modicam alvi dejectionem ſign
cat. Plurima eſt, in anaſarca, cum renes ſunt
officio, & hujus hydropis eſt inclinatio. Plurima e
ſolet, cum nullum medicamentum catharticu
præceſſerit, ſic enim Urina in ſuos meatus ſecern
tur. Contra, in καθάρσει ſunt plurima alvi e
crementa, & aquoſiora.*

*Plurima eſt, cum nulla exercitia præceſſeri
his enim, præſertim immodicis, Urina conſumit*

qu

quia nimis calefaciunt & exiccant. Plurima eſt, in redundante copia humorum crudiorum, dum ibi attenuantur.

Plurima eſt, cum in morbi inclinatione fit criſis laudabilis, ſiquidem tunc multum Urinæ excernitur, atque eſt ſuperfluitas critica.

Plurima eſt, ex totius corporis colliquatione, & conſumptione, ut in hecticis fit febribus.

De paucæ Urinæ cauſis.

PAuca eſt, ex ciborum ſiccitate, & potus paucitate. Pauca eſt, in vehementioribus exer-ris, corpus ipſum exiccantibus. Pauca eſt, ex ſtructione meatuum Urinæ, propter cibos len-, quos hodie viſcidos nominant, cum lentore o tenaciores ſint, & vias obturent, ut fit in nguria. Pauca eſt, propter medicamenta len- & viſcida, eadem ratione, quia obſtruunt. uca eſt, ex humoribus craſſis, pituitoſis, atque facile obſtruentibus.

Pauca eſt, in longiore alvi profluvio, ut fit in nteria. Pauca eſt, in multa alvi dejectione, , ſi fuerit copioſa, mictio pauca erit, juxta pocratem.

Pauca eſt, in acutis febribus, totam corporis hu-tatem exiccantibus. Pauca eſt, in virtutis ex-ricis magna imbecillitate. Pauca eſt, in veſi-ralyſi, cum hæc reſoluta fuerit, virtus excer- ceſſat, atque nervi emolliti nihil continent,

nihil attrahunt, itaque Urina per eoſdem pa[illegible] latim mingitur. Idem fit in veſica mortificat[illegible] ut in ſenibus. Pauca eſt, ex nimio & immoda[illegible] ſudore. Pauca eſt, ex phthiſi, qua fit, ut humidi[illegible] exiccetur, propter febrim validam & perpetuam[illegible]

SCHOLÆ.

IN Urinæ paucitate, non contemnendum [illegible] cum habet obſtructio ureterum, & meatu[illegible] Urinæ, ab humoribus craſſis, à tumore præ[illegible] naturam, ubi ſenſus eſt gravitatis, cum pub[illegible] perinæi dolore, & hic interdum Urina pen[illegible] ſupprimitur, à calculo, & tunc fixus eſt ur[illegible] rum & penis cruciatus, (Galen. 6. de loc. aff[illegible] cap. 1.) φλόγωσις percipitur, circa renum[illegible] gionem admodum moleſta. 3. de aliment[illegible] cult. cap. 16. In extenuatis, & ex morbo co[illegible] leſcentibus, pauca redditur Urina, quia ma[illegible] pars potulentæ materiæ in nutrimentum [illegible] poris cedit, ut hinc etiam liqueat, potui aſ[illegible] pto non ſemper reſpondere Urinam. [illegible] etiam referenda μετάστασις ichoris, vel in [illegible] pochondria, ut in hydrope, vel ad alvum [illegible] hæmorrhoidas, vel poros cutis, vel tum[illegible] teſtium erythroiden, ut in hydrocele, [illegible] frequentiſſime ideo in ſiniſtro teſte ac[illegible] quia hujus partis vena ſeminalis, ab emul[illegible] ſiniſtri renis exoritur, non autem, ut d[illegible] ex vena cava paulum ſub rene. Rene læv[illegible] le affecto, Urinæ pars, quam emulgen[illegible]

ὑδροκήλη.

tinet, cum ad veſicam per male affectum renem non poteſt deſcendere, per ſeminalem venam in erythroiden delabitur, & in hac tunica, ut Galenus vult, ut autem Paulus, ἐν διαπλέκουσι τὸν ὄρχεον σώμασι, ut denique noſtri Chirurgi, ἐν ἐπιγλωνητῷ, ὑδροκήλην generat, tanta aliquando magnitudine, ut caput humanum ęquet. Succedit hoc malum frequentiſſime lithiaſi, hydrope & cachexia laborantibus. Quo in caſu diligentiſſime animum advertunt hirurgi, ne inter ſecandum, novacula ſubjectam κύστιν, in qua continetur humor Urinæ eſtinatus, ſaucient, verum hanc una cum teſtiulo corrupto & tunicis putrefactis extrahant.

In hoc enim malum incidunt plærique ex oſtris præſertim Alemannis, qui non prius irurgi ancipitem cultrum admittunt, quam otum in tantam molem excreverit, ut indere non poſſint. Hinc ſemper teſticulus corptus, quod poſt ſex aut ad ſummum octo enſes accidit.

Copioſa Urina, in morbis mala eſt, ut cauſa, ut ſignum. Ut cauſa, quia copia dejicit vi, fitque nimia inanitio & ſpirituum diſſoio. Ideo medici ſenſim educunt aquam hypicorum, & pus thoracis, ne natura illa ita mutatione convellatur. Ut ſignum vero, a indicat copiam materiæ crudæ, & partis ujus intemperiem, quæ facit, ut minus prot humorum coctio, vel facultatem notat

preſſam. Si autem adſit robur virium, maxi-
mam ſpem facit medico talis excretio.

Urina periodica. Urina periodica non ſtatim damnanda
modo ſit valida natura. Oſtendit enim, cal-
rem propter materiæ cruditatem, non poſ-
quidem illam una vice omnino ſuperare
ablegare, differendo tamen opus, & con-
nuando coctione m ſic excretionem partiri,
ſucceſſivis horis coctionem ad optatum poſ-
perducere exitum.

Quos diuturna lienteria, vel diarrhæa, cu
vomitu & annorexia in Chronico morbo
xavit, item in tabe, ſi hic copioſa ſequa-
Urinæ effuſio, mortem portendit, ob ſu-
mam imbecillitatem partium, & diſſolut-
nem virium, propter quam effluit, aut
motum naturæ, fruſtra criſin tentantis. U-
Urina ſymptomatica. de dicitur ſymptomatica Urina, & tunc
xime, cum indiſcriminatim die vel crit-
vel non critica, materiæ malignitas naturam
git, ut hanc intempeſtive illa expellat. Cu-
modi excretiones alvi, hæmorrhagias, & ſi
res, initio morborum, plerunque difficult-
& longitudinem mali, aut mortem, ſignif-
videmus. Gal. lib.3. Prorhet. 33. & lib.3. E
commen. 3. ſent. 41. & 61.

QU

QUARTA PARS.
DE CONTENTIS.
CAP. I.

Porro judicium Urinæ ex ſubſtantia & colore certum eſt diligenter expendenti cunctas circumſtantias, & ſigna (ut vocant) diſtinctiva. Agnoſcit quidem Hippocrates eaſdem notas, quibus & quantitatem conjungit. ſæpius tamen contentorum meminit, tam in aphoriſmis, quam præſagiis & epidemiis, tanquam ex quibus multo certiora colligerentur judicia. Ea ſunt Græcis ... ϑυφιςάμενα, *utpote, quæ in corpore Urinæ conſi-*... *unt. Verum hæc juxta altitudinem, in tres regiones* ...*viduntur. Ima fundum matulæ continet, ibi eſt* ...πόςασις, *Latinis aut ſedimentum, aut ſubſiſtentia,* ...πὸ τȣ̃ ὑφίϑαϑζ, *hoc eſt, ſubjici, hæc eſt infima* ...*atulæ habitudo, aut id, quod in fundo reſidet.*

Summa regio eſt. ſuprema ſuperficies, cum coro-..., *circa quam nubes,* νεφέλη, *eſſe ſolet, ſimilitu-*...*ne & metaphora à nubibus aëris ſumta, quam* ...*uiores, in ſublimiorem aëris tractum attollunt,* ...*ut craſſiores vix ſurrogantur, immo in vallibus* ...*ſident.*

Media vero, in medio Urinæ corpore conſiſtit, æ-... *ſpacio ab utriſque extremis diſtans. Et quando* ...*eculæ mediocres in eam partem ſublevantur,* ...ιωρήματα, *quaſi ſuſpendicula, ſuſpenſiones,* ...*mia, ſublevamenta & ſublationes dicuntur.* ...*enim* ἄιρον *ſublime, ab* ἀιωρέω, *attollo, ſuſpendo,*

 inde

inde eſt ἐναιώρημα, quod ſublatum, & ſu
penſum eſt. Quare Plutarcho αἰώρα, ſive ἑώρα
penſiles lecti ſunt, ad deferendos ægrotos, ſic
αἰώρα eſt ruſticis vas penſile, ad caſeorum exi
cationes.

Porro non deſunt, quibus placet in corpore
næ, quatuor ſtatuere regiones, juxta numeru
membrorum præcipuorum. Sic membris anim
libus, quæ ſunt in capite, corona dedicatur, ſp
tualibus, quæ pectus continet, ſumma ſupe
cies, nutritioni ſervientibus, cujuſmodi ſunt jec
ventriculus, inteſtina, lien, & vulgo perfor
dicuntur, media, gignentibus vero dedicatur
pars matulæ.

Sed hæc ſententia magis curioſa eſt & ſupe
tioſa, quam vera. Fatendum tamen eſt coro
capitis morbos indicare. Ita in ſumma ſuperf
aut guttulæ, aut bullæ in medium tractum
gentes, ſpiritualia membra affecta eſſe ſign
alioquin non. Immo neque media pars, nutr
tibus partibus tantum conceditur, cum hæc
ut nihil habeat, ita nihil portendit.

Alioquin concoctio & nutritio, ex ſubſt
& colore, & potiſſimum ex ſedimento perp
tur. Hoc enim ſi candidum, læve & æqual
rit, ecquis non juxta cum Hippocrate, concoct
bonitatem pronunciabit? Ita pinguedo nata
ſumma ſuperficie, notat affectiones mem
rum ſpiritualium, immo νεφρῖτιδα aut λ
σιν ſignat, præſertim cum nulla adſit febris

In his enim morbis tenuiſſimæ partes, veluti oleoſæ in ſuprema regione natant, ex craſſioribus recrementis in fundo reſidentibus reſolutæ.

Quare de induſtria, vetuſtorum & gravium virorum ſententias ſequimur, atque juſtas ob cauſas, cum exquiſita experientia, tribus intervallis numeratis contenti erimus. ἐναιωρήματα *tamen ſæpe contingunt ex flatibus imæ alvi, in qua ſunt membra (uti iſti vocant) perforativa, à quibus & hanc partem mediam perforativam vocant, de quibus ſuo loco plura adnotabimus.*

SCHOLÆ.

Ὑπόςασις quid ſignificet.

Ὑπόςασις, quemadmodum ex Gal. commen 3. Prorrhet. aphor. 63. conſtat, generaliter de omni dicitur, quicquid ſubſidet. Hinc Gal. lib. 1 de facult. aliment. cap. 13. dicit, panem typhinum non recentem ſubſidere tarde, ſicuti & alia, quæ ſubſtantiam habent craſſam, viſcidamque. Et ejuſdem libri præcedente capite, cibum ſubſidere cito duas ob cauſas, ſcribit, vel quia parum diſtribuatur ac nutriat, unde magna ſtercoris copia acervatur, quæ deinde ſuo pondere ſubſidet, vel propter aliquam qualitatem detergentem. Et lib. 2. de facult. alim. cap. 3. cibi illi facile Galeno ſubſident, qui lubrica conſtant ſubſtantia, humidique ſunt, citra adſtrictionem. Sic etiam lib. de cauſ. morb. cap. 7. refert, corpora in ſeipſa

ſubſidere, vel ab adſtringentibus coacta, vel frigidis denſata, vel ab arefacientibus marcescentia. Sic Hippocrati in Prorrhetic. τῶν ἀπο... πίτων ὑπόστασις eſt, cum aliquid fæcis deponunt, quod ima vaſis petit, variumque apparet, pro variis corporum affectionibus. Hipp. lib. 3. Epidem. com. 1. ſent. 21. Sic in veſicu... bilis, apparet quoque ὑπόστασις craſſa, qu... aliquando in tofum coit, ſæpius autem in lapides, ut teſtantur Andreas Veſalius in epiſtola de China, de quodam Bello armato Sinen... & Antonius Benivenius in medicinal. obſerv. cap. 3. & cap. 94. ut & Dodonæ. in comme... Cujus rei ſimilem hiſtoriam, & nos vidim... Alteburgi apud Medicum & Philoſophu... eximium, D. Joannem Cobolt. Sic in Ur... conſpicitur ὑπόστασις, Urinæ craſſior port... ſecreta & ſubſidens, quam Ariſt. 3. hiſt... anim. cap. 19. φλέγμα nuncupat. Et h... ὑπόστασις proprie ad medicos pertinet, qu... ea contemplanda, atque dijudicanda, ſtudi... omne collocant, reliquis poſthabitis, quæ... nihil, aut parum, ad morborum cognition... conducere videntur.

ὑπόστασις pars Urinæ. Partem autem hanc eſſe Urinæ cujuſlib... probatur, quod omnis Urina illam habeat,... mox, vel paulo poſt (quod crebrius acci... velut Avic. lib. 1. fen. 2. doct. 3. tract. 2. cap... adnotat) apparentem. Deinde eadem rati... in venis, renibus, emulgentibus, coquitu...

ſecernitur, qua ſeroſa Urinæ portio. Demum monſtrat æque, immo multo plus ſtatum *αἱματώσεως*, & caloris nativi robur, quam ipſa Urina. Cur igitur non appellanda erit pars Urinæ, & quidem præcipua?

Unde ὑπόστασις.

Videndum jam de modo generationis, & cauſa efficiente ὑποστάσεως. Plurimi hic ad cap. 6. Galeni lib. 1. de differ. febr. tanquam ad ſacram anchoram confugiunt, flexis genubus, egregiam illam & tot jam ſæculis decantatam putredinem excipientes, qua ſi deſtituerentur, nullorum morborum cauſas reddere poſſent. Omnes enim morbi, ex ſententia Galenica, originem trahunt à putredine. Nam σῆψις, (quam *ἰδίως ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος φθειρομένων λέγεται*. Ariſt. 4. Meteor. cap. 1. adſequit, quamque ad unguem amplexus eſt Galenus, licet perperam) fit, cum mixtum à ſua natura recedit. At in omnibus morbis, humores à ſua natura recedunt. Ergo omnes morbi fiunt à putredine.

Omnes morbi fiunt Galeno, à putredine.

Sic & ὑπόστασιν, cum anteſignano ſuo, ad putredinem referunt. Dicunt enim, puri, quod in inflammationibus fit, id proportione reſpondere, quod in humoribus venarum atque arteriarum continetur, in Urinis vero ſubſidens. Forræus paulo modeſtius hunc locum explicat, dum inquit, aptiſſime hypoſtaſin puri

 compa-

comparari, non quod illa puris modo compo
truerit in venis, aut aliquid omnino purulen
habeat, ſed quod perindi atque pus alteretu
quodque iiſdem notetur qualitatibus, maxim
autem colore, qui ſimilis eſt puri. Affert qu
dem hic aliquid, ſed quod nodum minime ſ
vit. Nam ſæpiſſime mingitur ὑπόςασις, qu
ne tantillum quidem pus colore refert. Et n
hic de cauſa efficiente verba facimus.

Sententia noſtra eſt, illos aut improprie,
abſurde loqui, qui hypoſtaſin putredini a
ſcribunt. Putredo Galenica, nulla in re con
nit, cum putredine Ariſtotelea particula
multo minus cum univerſali. Particularis p
tredo eſt, cum mixtum à ſua recedit natura
tantum ſecundum partem corrumpitur, r
nente ſemper ſpecie, ac ſubſtantia rei eade
mutatis ſolummodo accidentibus. Putre
hæc ſecundum partem, opponitur genera
ni ſecundum partem, quæ non eſt vera
neratio, ut illa ſimplex generatio, ſed alt
tio duntaxat & mutatio accidentium. E
hæc putredo non vere, ſed improprie ſic
catur, peculiari quadam & vulgari ſignif
tione. At putredo Galenica ἐςὶ μεταβολὴ
ὅλης τοῦ σώματος σηπομένης οὐσίας, ἐπὶ φθο
ὑπὸ τῆς ἔξωθεν θερμασίας. Si talis putr
eſt, mutatio TOTIVS ſubſtantiæ pu
centis corporis, ad interitum, ab aliena
ditate, qua conſcientia putredo Galenica,

Putredo Galenica non eſt ſimilis Ariſtotelea.

TOTIVS *Putrefactio.*

illa conferri poteſt, quæ in iis accidit, quæ ſolum ſecundum PARTEM corrumpuntur? *Secundum. PARTEM*

Multo autem minus hanc putredinem convenire cum putredine univerſali, quæ generationi ſimplici ac naturali opponitur, tanquam ἐναντίον μάλιστα κοινὸν, hinc liquet. In vera & mera putrefactione, corrumpitur miſtum κατὰ φύσιν, non autem τῇ βίᾳ, ut recte Buccaferrea, contra Vicomercatum & Hugonem, pro Ariſtotele ſentit. At in materia hypoſtaſis, nulla corruptio naturalis eſt, quæ fit, ἐξιόντος τοῦ οἰκείου θερμοῦ, tam ob frigus internum miſti, quam calorem τοῦ περιέχοντος, elicientem interiorem. Vnde omnia putrida fiunt frigidiora. Aſt hic nullum frigus. Immo, quo calor magis materiæ dominatur, eo plus ſedimenti generatur. Nec pituita, ſua natura, ſic comparata eſt, ut hoc modo corrumpatur. Non igitur κατὰ φύσιν corrumpetur. Deinde σῆψις fit, diſiunctione humidi à ſicco, ὅταν κρατῇ τοῦ ὁρίζοντος τὸ ὁριζόμενον, διὰ τὸ περιέχον, &, cum calor abſit, qui humorem invehere aut remorari poſſit, ne laxatis, quibus continebatur, habenis, à ſicco divortium faciat, συνεξατμίζει τὸ κατὰ φύσιν ὑγρὸν, διὰ τοῦτο ὑγρὰ πρῶτον; εἶτα ξηρότερα γίνεται, τὰ σηπόμενα πάντα; καὶ τέλος γῆ, καὶ κόπρος. Quid, quæſumus, hic ſimile, hypoſtaſis generationi? Quid nam per Iovem? Ubi ulla conditio putrida, quæ ſedimenti naturam vel paululum duntaxat ſubolfaciat? Ubi hic γῆ, καὶ

κόπρος

κόπρος? Nonne ὑπόστασις, ab interno animan-
tis calore generatur, σῆψις vero eſt, κοινὸν
πάθος, ψυχρότητός τε οἰκείας καὶ θερμότητος
ἀλλοτρίας, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ τοῦ περιέχοντος; Præ-
terea, quis adeo demens erit, ut dicat, ſedimen-
tum in Urinis ſanorum, in quorum venis &
arteriis nequaquam putreſcunt humores, à pu-
tredine fieri? Hoc cum animadverteret Gale-
nus, loco citato ſcripſit, ſubſidentiam in Urinis
SIMPLICITER. non eſſe ex putredine SIMPLICITER.
Amplius, ſicut putrefacti humores, pro jam
cineres abiverunt, nunquam vertentur in hy-
poſtaſin, ita neque putreſcentes, quatenus pu-
treſcunt, cum in putredine, miſti calor exig-
tur forâs, quem tamen neceſſario, in hypoſta-
elaboratione & ſecretione, materiam vince-
oportet. Præterea, ſecundum hanc Chimæ-
ram, ſi Urinæ coctio, puris generationi reſpon-
deat, dicant modum & cauſam, cur Urina c-
cta, cum hypoſtaſi nempe apparens, ſit ind-
cium putrefactionis ceſſantis? Hercle, quo m-
gis putreſcent in venis humores, eo plus co-
ſedimenti in Urinis conſpicietur, putredoq
ſaluti erit hominibus, dum coctionem vaſoru
promovebit. Melius igitur ipſis erit, corpus h-
bere putridiſſimis ſcatens humoribus, qua
ſaluberrimis. Aliâs non reſpondebit genera-
ſedimenti in Urinis, generationi puris. Val-
idcirco iſta putredo, cujus abominandum f-
torem, nares Philoſophorum emunctę ferre n
poſſunt, nec debent. Di

Dicamus, ὑπόςασιν effici à calore, cujus vis eſt, in coctione, ac maturatione ſeparare ea, quæ ſunt diverſorum generum, qui calor, ſi robuſtus eſt, craſſiorem illam & crudiorem partem optime & undique ſecernit. Hinc recte Gal. 1. aphor. 15. ὑπόςασιν maxime tum eſſe copioſam ſcribit, quando felicior eſt coctio. Sic in morbis, apparente ſedimento, naturæ victrici gratulamur. Hypoſtaſis porro in fundo, propter gravitatem reſidet, & variat, pro variis caloris coquentis gradibus, cujus vim aut imbecillitatem denotat.

Materia ſedimenti, ſententia Bertrucii Bononienſis, cap. de lapid. renum, & Ariſt. 3. hiſtor. anim. c. 19. & 4. de part. anim. c. 2. eſt nihil aliud, quam pituitoſum & melancholicum excrementum, quod, cum ſit αἷμα νοσῶδες, & quidem ἢ φύσει, ἢ νόσῳ, ſecretum cum ichore per ureteres expellitur. Potus alteratur in venis, maxime vena cava, & portæ. Neceſſe igitur, ut ibi aliquid Urinę miſceatur, quod ſubſidentiam efficiat. In venis autem illis continentur quatuor humores. Ex his aliquid reſultabit in Urinam. At ſanguis non hoc faciet. Eſt enim unicus humor, partium omnium nutritioni deſtinatus, μέλλον τροφή. Neque bilis faciet, qua hęc in κύστιν χοληδόχον colligitur, & cum alvi recrementis excernitur. Ergo erit pituita & melancholia, quę, licet reperiantur in vaſis, tota ſua tamen natura, ſunt νοσερὰ περιττώματα, καὶ νοσώδη αἵματα, *Materia hypoſtaſis.*

ut

ut tanto minus conſtitutioni animantium, nutritioni partium ſint idonea. Nam ex ſo ſanguine conſtamus, ex eo quoque nutrimu Cum igitur hæc tota ſua οὐσίᾳ à nutriendi ben gnitate deſciverint, pituita quidem, quia frig dior, crudior, humidior & tenuior ſit fact melancholia vero, quia craſſior, fæculentio frigidior, ſicciorque, natura ſagax his, uti bili flavæ, certa inſtrumenta è tota maſſa ſa guinis, ſecernendis, fabricata eſt. Falſum eni eſt, pro Gal. com. 1. lib. 1. de hum. & lib. de fac. nat. cap. 9. & lib. de atra bile. cap. ſcribit, pituitæ expurgandæ, nullum à natu inſtrumentum deſtinatum, cum enim ni ſit aliud, quam ſemicoctum alimentum, ſiderat hæc non evacuationem, ſed alterat nem. Si pituita, quatenus pituita, eſt quar ille humor, ex quo fieri & ali animalia, Gal adfirmavit centies, cur manet in corpore, alteretur & coquatur exquiſitius? Eſt ne t pituita, humor, qui definitur, ut ſit corpus liq dum ſive fluidum, in cavitatib. partium c tentum materia nutritioni earundem deſti ta? Si vero pituita ſit excrementum, quomo in utilem ſuccum converti poterit? Præter quam bilem ad ſe trahit veſicula fellis, crementoſamne, vel naturalem? Si natu lem, cur facit hoc? Propter quantitatem cent. Cur vero natura ſanguini quoque hoc neficium non eſt largita, qui vel maxime c

Pituita excrementum eſt.

pec-

peccare ſolet, & πληθώρην πρὸς τὴν δυσχωρείαν τῶν περιεχόντων τοὺς χυμοὺς ἀγγείων inducere? Si aut tantum attrahit excrementum, cur reliquum quoque bilis, quod in ſanguine adhuc continetur non reputabitur excrementum? Idem de ſucco melancholico dicimus. Præterquam, quod frivola admodum ſit ratiocinatio Hippocratica & Galenica lib. 1. de nat. human. com. 27. qua demonſtrare nituntur, quatuor humorum numerum, dum ſcribunt, ſe quovis tempore oſtenſuros, quatuor nobis ineſſe humores, nam ἕκαστον τῶν φαρμάκων, τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ χυμὸν ἐπισπώμενον ἐστὶ, hinc phlegmagogo exhibito, pituita educetur, maxime hyeme, cholagogo, bilis æſtate, melanagogo, melancholia, autumno. De ſanguine nulli dubium. Idem aperta vena in pelui apparet. Quærimus, an illi humores, qui ſunt educti catharticis, ſint ejuſdem naturæ & conditionis, cujus ſunt, qui adhuc in corpore continentur? Si non ſunt, argumentatio iſta ad pontem aſinorum releganda. Quis enim hic medius terminus? an non hoc eſt, à baculo ad angulum arguere? Si vero ſunt ejuſdem naturæ, erunt omnia iſta excrementa, quia natura non concedit, ut humores utiles evacuentur, alias vel morbi, vel mors animalis ſequetur.

Qui παραλογισμοὶ, niſi è ſchola medica explodantur, procul dubio eo res deveniet, ut

juvenes

juvenes pro limpidiſſimis fontibus, lutoſas i
ſternas quærant, ut pro ambra ſuaviſſima, aſa
odorentur fœtidam, ut pro melle Hymett
fel ἰσατῶδες guſtent, ut pro ſolidis demonſt
tionibus puerilia & fabuloſa elenchorum ſ
phiſmata amplectantur.

Hinc, ad exemplum præceptorum, ſpiri
in corpore humano eſſe, probabunt hoc nu
ci argumento. Homines ebrioſi, quotidie em
tunt ructus, flatus, crepitus. Ergo in corp
humano ſpiritus continentur. Ratio con
quentis ſit. Quia neceſſe eſt, ut impura ex
ris manent. Hæ ſunt demonſtrationes Gale
cæ, quæ Compendiariis ſufficere poteru
Eandem lactucam proponit ſuis Galenus
præſenti cœna & ſcena, dum quatuor hu
res demonſtrat. Videmus, (inquit) dato rh
barbaro, bilem flavam cum fætentibus alvi
crementis excerni, ſic epota agarici infuſi
pituita cum ſtercoribus rejecta, neminem
tet, exhibito denique epithymo, vel ruſt
quoque & coquus demonſtrationem hanc
ſtram adprobabit, dum in fundo vaſis ſubſi
cernet melancholiam, monſtrum horrendu
atrum, craſſum, fermentans terram, ſang
vero in venis apparet cuilibet. Ergo in cor
re humano; ſunt quatuor humores. Quis
vus aut Mopſus in hac demonſtratione nor
quieſcet? Nonne eſt bona demonſtratio, d
Galeno? Dic tu, candide Lector. Utinam

eſſet ſummus ille Ramus, qui analytica Ariſtotelea Galeno interpretaretur.

Huic ſimilis eſt; alia Galeni, Galenicorumque demonſtratio, qua numerum & naturam quatuor elementorum abſtruſam, iiſdem fundamentis, probare nituntur. Quod adferunt quidam, (inquiunt) ſynceras nuſquam haberi elementorum naturas, ridiculum ſane eſt, & dementiæ proximum. Nam quæ apud nos extant, impura tametſi forte ſunt omnia, ſyncera tamen *uſpiam* eſſe neceſſe eſt, quæ principia ſint, & veluti fontes, à quibus iſta fluxerunt. Hæc enim norma, hæc regula, hæc præſcriptio naturæ, ut omnia ordine quam optimo ducat. Atqui optimum erat & ornatiſſimum, impura ex puris, imperfecta ex perfectis quibuſdam manare. Plauſibiliter admodum hæc dicuntur. Ferculum hoc variis aromatibus & ſaccaro conditum arripitę Galenici, verum, ne vos latentes fungi venenati perdant, operam date. Quale hoc genus eſt argumentandi? Sunt hic impura elementa: Ergo *uſpiam* ſunt pura. Ubi eſt illud *uſpiam*, indignum philoſophis? Ubi eſt? Demonſtrent, aut digni ſunt, qui irrideantur ab omnibus Mopſis, quod non verentur nobis ea obtrudere, quæ nuſquam ſunt. Poëtæ majori laude videntur digni, qui Chaos ſuum introduxere. Eheu fortaſſis ſit *uſpiam* in Inſulis nemini hactenus viſis, ut apud Radamanthum, aut Siſyphi ſaxum;

Reſpondent, ad univerſi medium terra ſim-
plex eſt, graviſſima, ſicciſſima, omnis expe-
humoris, ad cœli concava, interioremque ſ
ciem ignis eſt leviſſimus & ardentiſſimus, n
que tamen pellucidus, neque perſpicuus &
luſtris,ut noſter, qui fumus quidam eſt acce
ſus. Etenim tenuiſſimus ille cum ſit, nihil ſo
dum admixtum habet, non igitur lucere p
teſt, lux quippe non tenuiſſimo, ſed den
flagrante corpore effulget.

Hac ratione, & quod præterea effectio o
nis ab efficiente quodam ſit corporeo, à q
buſdam eum neque urere, neque luculen
calefacere proditum eſt. Mediis autem ſpa
interjecta quæ ſunt, extremorum mutatio
turbulentas ſuſtinent, quorum communic
impuriora fiunt. Quod ſi extremorum con
ſione ſuam ſubſtantiam non exuerunt, pal
eſt iiſdem exemplis, puram ſimplicemque ſ
ſtantiam reſtitui. In ſumma vero, etſi q
apud nos extant, vera non ſunt elementa, q
tamen iis proxime accedunt, à quibus olim
narunt, par utrorumque ratio cenſetur. F
ſunt illorum figmenta, hæ demonſtratio
quæ animum noſtrum multo minus, q
priora explent. Quis vidit illa elementa p
Nunquam metalli foſſores ad terram pu
potuere pervenire. Oſtendant nobis ſpecir
illius terræ. Deinde (ne longioribus amb
bus hoc tempore opinionem iſtam exagiten
moc

modum requirimus, quo ignis è ſua ſphæra, qui leviſſimus eſt, & natura ſua ſemper ſurſum fertur, in miſtione ad terram graviſſimam, quam ſemper deſcendit, feratur, aut hæc ad illum? Et demum, quæ eſt hæc demonſtratio, quod ſcribunt: Potuit natura omnia ſic efficere quam optima & mundi elementa ſeorſum pura (uti & cœlum) collocare: Quid igitur illa eſſe prohibet, ſi eſſe poſſunt? Pæanus in ſchola triviali, aut Bacularius triobolarius irrideret hanc demonſtrationem, qui ſcit, à poſſe ad ineſſe non valere conſequentiam. Alias poſſet quoque argumentari, Galenici poſſunt eſſe nugatores. Ergo ſunt. Valeant idcirco tales demonſtrationes Galenicæ, quæ nimium pontem aſinorum redolent.

Verius itaque dicimus, pituitoſum & melancholicum ſuccum eſſe excrementa, toto ſuo genere, alendo animali minime adaptata, ideoque per emulgentes in renes, & ex his per ureteres in veſicam ſecerni. Nec locum hic habet inter Pituitam & hypoſtaſin differentia, quæ omni ratione, videtur deſtitui, quod videlicet pituita proxime accedat naturæ ſanguinis & in eum converti poſſit, ὑπόστασις autem longius recedat à natura ſanguinis, & quamvis in vaſis alteretur, ac permutetur, nunquam tamen naturam ipſius ſanguinis conſequi valeat. Noſtram hanc ſententiam confirmat, quotidiana quoque experientia. Pituitoſi enim,

melancholici & otioſi, plurimum ſedimen
coacervant. Sic Gal. lib. de plenit. cap. 11
ſcribit, voraces reddere Urinas, cum mul
ſedimento, ſimili lomento fabarum, & eſ
illud nihil aliud, quam crudum ſuccum,
pituitæ ſpeciem relatum. Idem hyeme app
ret, qua multum pituitæ colligitur, & hyp
ſtaſis copioſa mingitur. Ut de pueris nihil c
camus. Sic in morbis pituitoſis, & melancho
cis, ſemper plus ſedimenti excernitur, quam
affectibus, ab aliis humoribus ortis. Hinc qu
que cenſent medici, in quibus abundant h
mores craſſi, in iis hypoſtaſin digeſtam deb
ſubſidere in fundo, in macris vero & choleri
qui ſubtiles habent humores, ſufficere, ſi in ip
rum Urinis appareat nebula, natans ſurſum,
pendens; vel reſidens, quia tales paucas hab
ſuperfluitates, quę parva alteratione digerunt

Iſta omnia liquido evincunt, hypoſtaſin
crudum ſuccum, quem pituitam & melanc
liam vocamus. Aut oſtendant illi nobis ali
ſuccum in corpore, qui facit hypoſtaſin. H
poſtaſis ſtatim, poſtquam mingitur, deſc
dens, laudatur, quia matura & concocta
niſi fiat id ratione gravedinis, tunc enim
patur. Avic. lib. 1. fen. 2 doct. 3 tract. 2 ca
Hypoſtaſis autem gradibus quibuſdam p
midis ſpeciem repræſentat, quod graviſſim
in illa eſt, fundum matulæ petit, & pro
ὑπόστασις nominatur, deinde, quod p
m

minus habet gravitatis, ἐναι ὤρημα γονοειδὲς ϗ νεφελοειδὲς, in media matula conſiſtit, tandem, quod minime grave eſt, in ſumma Urinæ ſuperficie natat, νεφέλη videlicet.

Hinc apparet gravis medicorum noſtrorum error, qui proportionem habent totius altitudinis Urinæ, erga corporis altitudinem. Unde contenta in ſumma regione, dicunt, capitis affectus indicare, in media, pectoris, in infima, inteſtinorum & ventriculi. Viderunt ne unquam pinguedinem in fundo, vel medio matulæ? an non ſemper naturâ ſuâ, ſupernatat pinguedo & oleum? neque tamen laborare caput indicat, ſed vel totius corporis tabem, vel renum morbos notat. Oſtendant nobis ὑπόστασιν in corona, aut ſuperficie media. Idem de bullis dicendum, quæ ſemper ſua natura in ſuperficie herent, & ſecundum Hippocr. 7. aphor. 34. renum morbum, eumque longum fore ſignificant. Quorſum igitur declamare, bullas, quæ in ſola corona, integra ſerie circumſiſtunt, ſemper affectum, doloremque capiti non mediocrem ineſſe denuntiare, toti quidem, ſi per omnem circumferentiam ferantur, medietati duntaxat, ſi per dimidiam coronam innatent? Quoties tales laborant πνευματώσει γαστρὸς, & melancholia hypochondraica? In quo caſu, aliquot flatus caput turbare poſſunt, non tamen perpetuæ veritatis hoc axioma eſt. Idem de aliis ſimilibus eſto

Nota gravem errorem medicorum.

judicium, quæ naturæ & materiæ ſuæ condi-
tionem ſequuntur, non autem hujus vel illius
partis in corpore humano ſitum & altitudinem.

CAP. II.

Quotnam in contentis ſunt obſervanda?

*TRia: ſubſtantia, color, & quanti-
tas: non alia, quam in toto Urinæ
corpore: ubi erant ſubſtantia, col-
& quantitas. Atque ſicut illic er-
ſubſtantia mediocris, tenuis
craſſa, ita hic mediocritas laudatur conſiſtenti-
cum albedine, continuatione, non divulſione,
æqualitate. Quapropter illic erat ſedimenti opti-
notatio ex Hippocrate, quia album, quia læve, qui-
æquale, ſiquidem inter omnes colores, color ſedime-
albi dominatur & præſtat. Ita ejus figura, levi-
& æqualitas commendatur, cum eſt perpetuu-
non diſſolutum, non diſturbatum, ſic, ut alibi r-
goſum & diſruptum videatur. Itaque idem eſt,
læve, aut æquale, aut aſperum, aut inæquale,
eſt, cum idem non æqualiter perpetuatur, ſed huc
illuc divellitur. Proinde, ſi huic ſedimento med-
crem ſubſtantiam, & quantitatem, cum col-
fulvo adjeceris, optimæ Urinæ finitionem hab-
licet.*

*Atque tum ſedimentum optimum judica-
tur à loco, cum fundum matulæ pene contingit
figura, cum eſt λεῖον, læve, planum ſeu complan-
tum, à modo cum eſt ὁμαλὸν, æquale, citra om-*

div.

divulſionis diſcrimen atque aſperitatem, & ſic videtur, ut æquale ſit lævitatis evidentior expreſſio. His tamen conditionibus, ſi quis & tempus adjecerit, certior erit, propter frequentem certis de cauſis permutationem Urinæ, videlicet, ut pluſculos dies talis permaneat, & tunc nihil peccabit. Id quod & Theophilum feciſſe, animadverto.

SCHOLÆ.

CONditiones optimi ſedimenti, ſequuntur πέπανσιν: ſive τὴν, ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ, τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ πέψιν. ἐκ μὲν οὖν τῶν πνευματικῶν, ὑδατώδη: ἐκ δὲ τῶν τοιούτων, τὰ γεηρὰ συνίσταται: καὶ ἐκ λεπτῶν, ἀεὶ παχύτερα γίγνεται, πεπαινόμενα πάντα. Unde bonum ſedimentum, ſemper ad craſſitiem mediocrem declinabit. Tenuitas enim repræhenditur eo, quod cruditatis ſoboles ſit. ἐναντίον δὲ πεπάνσει ἀπεψία, καὶ ἀτέλεια. γίγνεται δὲ ἀτέλεια, δι' ἔνδειαν τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ: καὶ ἀσυμμετρίαν, πρὸς τὸ ὑγρὸν τὸ πεπαινόμενον. οὐδὲν δὲ ὑγρὸν αὐτὸ καθ' αὑτὸ πεπαίνεται, ἄνευ ξηροῦ. ὕδωρ γὰρ οὐ παχύνεται μόνον τῶν ὑγρῶν. συμβαίνει δὲ τοῦτο: ἢ τῷ τὸ θερμὸν ὀλίγον εἶναι, ἢ τῷ τὸ ὁριζόμενον πολύ. διὸ καὶ λεπτοὶ οἱ χυμοὶ τῶν ὠμῶν. Hinc juxta Philoſophum καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήσεις, καὶ κατάῤῥοι ὠμοὶ λέγονται, διὰ τὸ αὐτὸ αἴτιον. τῷ γὰρ μὴ κεκρατῆσθαι ὑπὸ τῆς θερμότητος, μηδὲ συνεστάναι, ὠμὰ τὰ πάντα προσαγορεύεται. Ut igitur coctum ſit ſedimentum, neceſſe eſt, ut materia certam determinationem nanciſcatur à calore,

& ex aërea aqueam, ex aquea terream, & p[r]
conſequens, ex tenui, craſſiorem ſubinde co[n]
ſiſtentiam conſequatur. Alias ſi arida pars cu[m]
humida non rite miſta fuerit, fiet imperfecti[o]
propter tenuitatem nimiam, quæ ἀπεψ[ίαν]
denotabit, & ἀτέλειαν.

Color albus ſedimenti optimus.

Colorem optimi ſedimenti, cum Hipp[o]crate, Galeno, Avicenna & Alex. 2. Probl. [...] omnes ſtatuunt album, propter optimam [ca]loris conſtitutionem. Albedinem enim cont[...] hi dicunt, quod ſolidæ partes, ut vaſorum [tu]nicæ, primum quidem conatæ ſint crudum [il]lum humorem ſibi adſimilare, deinde vero [in] renum interioribus membranis, ureteribus, [&] ipſa veſica magis, magiſque coctus ſit, & al[bus] evaſerit, ut in mammis lac, in teſtibus ſem[en], in abſceſſibus pus, ex continua nempe va[ſo]rum, nervorum, ligamentorum, membra[na]rum, cartilaginum, oſſium, & reliquarum [ſo]lidarum partium alteratione.

Hi certe, quamvis aliquid dicere videant[ur], juſtum ſcopum non attingunt, unde ſedim[enti] color ſit albus. Cur enim vaſorum tunicæ, d[um] conatæ ſunt, iſtum humorem crudum ſibi [ad]ſimilare, non communicarunt ipſi colorem [ru]beum, aut ſaltem ſubrubeum, ut ſangui[ni]? Nulla hic differentia. Aut adſcribant ration[em] venis, qua motæ, ſanguinem rubeum, [...] humorem illum album fecerint. Deinde, q[...] renum, ureterum & veſicę coctioni, cum a[...]

ſedime[...]

ſedimenti colore? Quamobrem renes non fecerunt illum compotem coloris, quem caro ipſorum obtinet? Nec apparet ulla ſimilitudo lactis, ſeminis & puris. Dicamus igitur, illum colorem proprium eſſe ſedimento, quod nihil aliud exiſtit, quam pituita, quę natura alba eſt, & quo magis ad albedinem vergit, eo crudior. Quanquam non vera albedo, in hypoſtaſi conſpiciatur ubivis locorum, ſed miſtus color, ex albo & nigro, propter melancholiam, ad ſedimenti materiam, una cum pituitoſo ſucco concurrentem.

Diligenter ultimo obſervandum, ut toto morbi tempore, Urina optima, tali ſit ſedimento prædita. Nam, ſi quis talem per tres vel quatuor dies inculpate mingat, poſtea vero, culpate, ſummum periculum eſt, quoniam natura, quæ criſin ſalutarem moliebatur, partemque materiæ concoctam excernebat, miſerabiliter ſuccumbit, preſſa vel quantitate, vel qualitate maligna humorum in corpore peccantium.

CAP. III.

Quotnam ſunt differentiæ ſedimenti?

P*Rimo, à colore & figura. Candidum enim, vel eſt continuum, & æquale, vel continuum, & inæquale, vel non continuum, & æquale, vel non continuum, & non æquale. Deinde, ab aliis coloribus variat, cum ſit niveum, pallidum,*

 flavum,

flavum, ſubflavum, rubeum, cruentum, v… tum, lividum, viride, ſubnigrum & nigrum.

Poſtea idem eſt varium, juxta conſiſtenti… aut tenue, aut craſſum. Mediocre duntaxat … dabile perhibetur, atque ſecundum naturam j… catur. Huc etiam quantitas pertinet, mult… paucum, mediocre.

Præterea, ſicut cum de ſpiritibus, ac hum… bus judicia facimus, ita cum de ſolidis part… idem ſedimentum multiplex eſt. Conſtat enim … tum hominis corpus ex ſpiritibus, humorib… partibus ſolidis, ſicut Hippocr. lib. 6. Epi… ſect. 8. & ex eo Galen. in Introductor. ca… vocat τὰ ἐνορμῶντα, ἢ ἰσχόμενα, ἢ ἴσχοντα … *ματα. Unde febrium ſumma genera naſcun… Atque in primo, quod partes continentes, ſ… lidas complectitur, ſæpe ſit colliquatio, quæ … ſimilitudinem olei, nunc aliarum atque ali… rerum refert. Quare modo eſt ervoſum, … oleaceum, modo folioſum, modo furfureum, … ſimilaceum. Idem de facientibus impetum … contentis eſto judicium.*

Diſcernitur quoque ſedimentum, à conju… nibus ſubſtantiæ, & colorum in certa Urin… dimentum enim craſſum ſubrubeum eſt, in … Urina. Sedimentum craſſum nigrum, in … nigra & craſſa.

Poſtremo & in eodem quædam reperiuntu… ſine certarum rerum ſignificatione: veluti ſu… pilli, arenulæ, ſpuma, bullæ, & ſimilia.

Va…

Varietas Sedimenti in Tabula breviter compræhenſa.

- *A colore*
  - *Candido*
    - *Continuo*
      - *Æquali.*
      - *Inæquali.*
    - *Non continuo*
      - *Æquali.*
      - *Inæquali.*
  - *Niveo, id eſt, nimis candido.*
  - *Pallido.*
  - *Flavo.*
  - *Subflavo.*
  - *Rubeo.*
  - *Cruento.*
  - *Veneto.*
  - *Livido.*
  - *Viridi.*
  - *Subnigro.*
  - *Nigro.*
- *A ſubſtantia.* *Craſſum, mediocre, tenue.*
- *A quantitate.* *Multum, mediocre, paucum.*
- *A colliquatione ſolidarum partium.* *Oleaceum, ervoſum, lamineum, orobeum, furfureum, ſimilaceum, folioſum, & à forma aliarum rerum.*
- *A conjugatione coloris & ſubſtantiæ.* *Craſſum ſubrubeum, in craſſa Urina, craſſum nigrum, in ſimili Urina craſſa & nigra.*

A rebus

A rebus in hypoſtaſi inventis. Ramenta, ca...
caruncula, arenulæ, ſquamulæ, ſanguis, ...
telæ aranearum, & aliæ res. Sedimentum ...
nullum.

CAP. IV.

Judicium ſedimenti candidi, lævis, & æqualis.

OPtimæ concoctionis nota eſt, in hepati... in venis. Nam, quæ de ſanguine ... tus permutantur, in album colorem... eunt, ſicut in pure perfecto, in lacte, & in ... tura cernitur. Hoc ſedimentum erit norma ... quam alia judicanda.

CAP. V.

Judicium ſedimenti candidi, continu... & inæqualis.

EST imbecillis, & nonnihil dejectæ ... coctionis ſignificatio. Sed cum ſit p... tuum, utique huc & illuc quodam... diſtractum, & quadam parte tenuius, qu... craſſius eſt, (id enim proprie eſt inæquale ... ex quadam ſit cruditate, qua gignuntur ſl... inæqualitatis autores.

CAP.

CAP. VI.

Judicium ſedimenti candidi, non continui & æqualis.

AMpliorem cruditatem ſignificat, quod nempe facultas concoctrix, ſit admodum diminuta. Siquidem flatuoſi ſpiritus interſecant & divellunt, ne ſit continuum, etiamſi in craſſitudine inveniatur quædam æqualitas, tamen propter divulſionem, non eſt perpetuum & continuum.

CAP. VII.

Judicium Sedimenti albi, diſcreti, & non æqualis.

SI per aliquot dies, eundem tenorem omnino obſervaverit, ſonticum indicabit. Si interdum duntaxat diſſipatur & contorquetur, tunc præcedenti proxime, ſalubrius eſt, cum hic minus flatuum ſit, qui vere ex craſſis humoribus, nondum concoctis, utique tepefactis, cooriuntur.

SCHOLÆ.

INter conditiones, quæ ad τελείωσιν τῆς πέψεως requiruntur, hæc non ultima eſt, ut τὸ πεπτὸν, ἢ ἑψητὸν fiat continuum & æquale, id eſt, ut omnium partium una ſit planicies æqua, non

non autem una pars craſſa, altera tenuior, &
conſtituant unum continuum corpus, neq
aliquo modo vel aſperum, vel σολιδῶδες,
divulſum. Sic ſi diſperſum fuerit ſedimen-
tum, cruditatis indicium eſt, & ταραχῆς hu-
morum in corpore, quas flatus efficit, nam ill
in varias partes ὑφιστάμενον diſtrahit.

Flatuum cauſa. Hanc ſententiam confirmat cauſa & mod
generationis flatuum, qui ex materia fiunt hu-
mida, nequaquam autem ſicca. Ad flatus
nim requiritur, attenuatio ſubjecti, quæ n
quit fieri abſque diviſione, quam ſequitur
refactio, & cohærentia partium. Quaru
conditionum, nulla eſt in ſicco. Cauſa effici
eſt calor, qui in cibos quidem & humores ag
ſed diminute, reſpectu ipſius materiæ, du
hanc aliqua ex parte diſſolvit & attenuat, n
tamen penitus conficit, unde φῦσα. Dicim
autem, diminutum calorem gignere ſpiri
flatuoſos. Nam ſi fuerit fervidior, & acri
& ita ſuperior ipſo humido, tantum abeſt,
flatus pariat, ut non duntaxat materiam ge
rationis, antequam flatus generentur, in au
abſumat, ſed genitos etiam flatus attenuet
que diſſipet, per inſenſiles meatus. E contra
lor nimis enervatus & fere emortuus, null
etiam generabit flatum. Longe enim debil
eſt, quam ut materiam humidam rarefacia
conficiat, quod ad flatus requiritur. Exe
plum hujus rei proponit nobis Ariſtot.

Mete.

Meteor. cap. 5. ὁ δ', inquit, ἥλιος, καὶ παύει, καὶ συνεξορμᾷ τὰ πνεύματα. ἀσθενεῖς μὲν γὰρ καὶ ὀλίγας οὔσας τὰς ἀναθυμιάσεις, μαραίνει τῷ πλείονι θερμῷ, τὸ ἐν τῇ ἀναθυμιάσει ἔλαττον ὄν, καὶ διακρίνει. ἔτι δ' αὐτὴν τὴν γῆν φθάνει ξηραίνων, πρὶν γίνεσθαι ἔκκρισιν ἀθρόαν: ὥσπερ εἰς τὸ πολὺ πῦρ, ἐὰν ὀλίγον ἐμπέσῃ ὑπέκκαυμα, φθάνει πολλάκις, πρὶν καπνὸν ποιῆσαι, κατακαυθέν. Modum deinde verum generationis flatuum proponit eodem ſequenti capite, dum cauſam indagat, cur à Septentrionali plaga, plures venti pro-ficant, quam à Meridionali. τοῦ δὲ εἶναι πλείους ἀνέμους ἀπὸ τῶν πρὸς ἄρκτον τόπων, ἢ τῶν πρὸς μεσημβρίαν, αἴτιον, τό, τε τὴν οἰκουμένην ὑποκεῖσθαι πρὸς τοῦτον τὸν τόπον: καὶ ὅτι πολλῷ πλεῖον ὕδωρ καὶ χιὼν ἀποθεῖται εἰς τοῦτο τὸ μέρος, διὰ τὸ ἐκεῖνα ὑπὸ τὸν ἥλιον εἶναι, καὶ τὴν ἐκείνου φοράν. ὧν τηκομένων εἰς τὴν γῆν, καὶ θερμαινομένων ὑπὸ τοῦ ἡλίου, καὶ τὴν γῆν, ἀναγκαῖον πλείω ἐπὶ πλείω τόπον γίγνεσθαι τὴν ἀναθυμίασιν, αὐτὴν τὴν αἰτίαν. Sedimentum igitur inæqualе indicat cruditatem, quia ſequitur flatus, qui oriuntur à materia humida, quam nativus calor quidem aggreditur, non tamen ad πλείωσιν τῆς πέψεως perducit.

CAP. VIII.

Judicium ſedimenti nivei.

HIc germina pituitoſorum humorum indicantur. Cauſa. Hæc enim albedinem non naturum intendunt, propter magnam cruditatem.

CAP. IX.

CAP. IX.

Judicium ſedimenti ſpicei, & ſubſpicei.

Virtutem excretricem in ſanguine, adi- validam oſtendit. Nam cum ſanguis- bilem, vel extranea qualitate, vel borum multitudine eam gignentium, verti- quædam redundat in venas, quæ mixta c- aquoſa ſuperfluitate excernitur. Itaque pur- ſanguis relinquitur, propter evacuatam bilem.

CAP. X.

Judicium ſedimenti flavi, & ſubflavi, ſubrubei, & rubei.

Cruditatis cujuſdam, & ſanguinis dilut- notatio, ſed non ita mali. Cauſa. Rube- à ſyncero ſanguine proficiſcitur, &, ſi m- deratum fuerit, exactum concoctionis offici- ſignificat.

Ita ſubrubeum fit, ex aquoſo ſanguine, ſang- tamen proximo. Etſi autem hic nonnihil cru- tatis eſſe colligatur, concoctionis tamen tem- expectandum eſſe jubet. Notum vero eſt, q- humorum gignendorum ſit quædam ſucce- Nam ut ante ſanguinem, ſerum & pituita, poſt ſanguinem, utraque bilis gignitur. Qua- cum dilutus & aquoſus ſanguis ante ſyncer- naſcatur, cruditatem quandam reliquam, officium coquendi adhuc mancum eſſe, declar- Itaque, cum ſit ſanguis inchoatus, Urinam effi-

&

& ad plene coquendum ejuſmodi ſanguinem, tempus eſſe expectandum ſuadet.

Flaveſcit hypoſtaſis, propter immodicam bilis copiam.

SCHOLÆ.

Flavum ſedimentum. Rubeum ſedimentum.

IN ægris, ſedimentum rubeum denotat bilis rubræ multitudinem, quæ excernitur in criſi, ſi copioſius fuerit. In principiis tamen morborum, non adeo conducit. Morbum enim diuturnum minatur, propter quandam cruditatem, quæ cauſa eſt, quo minus ſanguis elaboretur. Cujuſmodi Urinæ frequentiſſime conſpiciuntur in febribus tertianis, & quotidianis, maxime autem nothis, ſive non exquiſitis. Notandum tamen, febres, quæ à plethora vel cacochymia fiunt, ſi feliciter debent finiri, neceſſarium eſt, ut talia ſedimenta, vel non multum ab his mutata habeant in Urinis, in iis vero febribus, quæ ex ardore Solis, ex nimiis exercitiis, & inedia oriuntur, ſufficit, ut ad bonam coctionem ſignificandam, vel νεφέλη ta[..], vel ἐναιωρήματα ſimilia appareant.

CAP. XI.

Judicium Sedimenti cruenti.

MUltam ſanguinis vim notat. Cauſa ex Actuario. Nam virtus retentrix eſt debilitata. Itaque optimi humores ſoluti profluunt.

S C H O L Æ.

TAle ſedimentum non eſt metus ſangui[...] de quo infra cap. 28. agemus, ſed eſt vel[...] cruore ſuffuſum, qualis fere eſt lotura carn[...] recentis, paulo tamen in rubore excedens. Ne[...] itaque ſtatim pronunciandum de ſanguinis pr[...] fluvio, vel aliqua vena rupta, ſed potius [...] imbecillitate, vel obſtructione hepatis, qu[...] ſanguinem ob multitudinem non concoque[...] poteſt, neque ad partes nutriendas mitte[...] Quam ob rem, cum caro & muſculi non i[...] bibere poſſunt ruborem, ejus maxima por[...] ad veſicam remeat.

C A P. XII.

Judicium ſedimenti veneti, & lividi.

SIgnat calorem, virtutemque vitalem ex[...] ctam, atque adeo mortificatam. Itaque p[...] culum magnum denunciat.

C A P. XIII.

Judicium ſedimenti viridis, & ſubnigri.

VIride notat immodicum calorem, & [...] bum cachecticum. Ita ſubnigrum, cu[...] ἐναιώρημα in cauſo dementiam nota[...]

C

CAP. XIV.

Judicium ſedimenti atri.

SI ſedimentum lividum præceſſerit, nimii algoris, ſin viride, caloris intenſiſſimi, notatio eſt. Cauſa omnium horum eſt, vel in mortificatione vitalis virtutis, vel ob humorem nigrum, qui illuc ab aliquo loco defluxit.

Tale quoque eſt atrabilariorum morborum, vel redundantis atræ bilis. Sic enim criſis laudabitur. In priori autem, propter virtutem vitalem extinctam, mortis præſagium eſt.

Verum ob plagas tale quoque fit, cum natura illuc tanquam ſuperfluum, mortificatum humorem derivat.

CAP. XV.

Judicium Subſtantiæ in ſedimento.

LAudantur mediocris ſubſtantiæ ſedimenta, quia ſunt ſecundum naturam, veluti alba, lævia & æqualia. Alioquin craſſum ſedimentum craſſorum & crudorum humorum ingentem copiam notat. Et ſæpe robur adeſt facultatis excretricis, quæ in criſi recrementa expellit, tamen ſecundæ concoctionis imbecillitatem ſignificat.

Tenue ſedimentum crudos humores, & adhuc crudes monſtrat.

SCHOLÆ.

PEr tenuia contenta intelligimus illa, qu non facile aſſurgunt, nec Urinam contu bant, licet matula commota fuerit. Hæc pr pter ἀτέλειαν, morbos longos notant, in ſa autem ſecundæ concoctionis imbecillitate Quanquam diſcrimen in judicando eſt. T enim hypoſtaſis in morbis frigidis & cacoch micis (ut antea quoque dictum) periculoſi ma eſt, in acutis, & qui ab intemperie oriu tur, non admodum mala. Tenues hic ſunt h mores, ergo & tenuia contenta.

Craſſa ſedimenta, in principio & augme morborum, merito ſuſpecta ſunt. Crudorr enim in venis humorum copiam, & pertur tionem oſtendunt. Si vero poſt vigorem m bi conſpiciantur, modo colores non ſint pr ſalutem pollicentur. Si hæc viſcida fuerin mucoſa, cum maximo dolore minguntu propter ſummam ureterum anguſtiam.

Cap. XVI.

Judicium de quantitate ſedimenti.

MUltum eſt ſedimentum, cum multum trimentum corpori diſtribuitur. Cauſ in robore facultatis alteratricis.

Nam quando multa eſt elaboratio, in v naturæ robore, circa nutrimenti materiam dundare excrementa eſt neceſſe.

Paucum eſt, ob inediam, ob exercitia ob

obſtructiones, ob tardas concoctiones. Cauſa. Semper enim quantitas minuitur, cum juſta & pura nutritio deficit.

Mediocre, medium tenet, neque eſt ita multum, neque ita paucum. Cauſa eſt, in mediocritate nutrimenti, & juſta virtute facultatis alteratricis.

SCHOLÆ.

MUlta aliquando hypoſtaſis fit, cum alvi dejectio, aut aliæ naturales vacuationes ſupprimuntur, & cum illa, quæ per ſudores, corporisque meatus tranſire debebant, conſuctis viis præcluſis, ad veſicam regurgitant. Et hoc maxime fit in pituitoſis, ſi præſertim aliquo morbo laborent, qui feliciter terminatur.

Paucam cient omnes cauſæ, quæ ſubſtantiam corporis abſumunt, diſſipantque, quæ materias attenuant, ut tantum tenuior pars exhalet, craſſior vero intus hæreat, & ſic oppilationes faciat.

CAP. XVII.

Judicium ſedimenti oleacei.

COlliquatæ pinguedinis evidentiſſimum ſignum eſt, ſed per certos gradus. Nam, ut in principio, colore olei tantum mictum eſt, ita in augmento, cum eadem colliquatio intenſior eſt, olei faciem refert, & ſicut illa diceretur olei colore, ita hæc

oleicolore apparens: Ita demum in ſtatu eſt pr ſus oleaceum ſedimentum, & ſubſtantiâ, & lore.

In febri ardente, oleaceum ſedimentum & gricans, nimium ardorem, tanquam colliqu tem, atque interitum ſignificat.

Hic tamen prudentiâ opus eſt, ſit ne pingu nis renum, aut totius corporis colliquatio. Si dem in corporis totius colliquatione, calor ex ctus eſt, & confirmatus, cum febri univerſali, in renibus accumulata & confertim Urina m gitur, abſque ulla febre. Et ſicut illic eſt calor toto corpore ſenſus, ita hic in ſolis renibus eſt e dem veluti exiccatio. Cauſa eſt, ex ſitu renum totius corporis. Hoc enim longius abeſt, illi m bus Urinariis proximi, immo adnexi ſunt. Cit à pleriſque ex 7. lib. Hippoc. aphor. 33. ὁκόσοι λιπαρὴ ἡ ὑπόστασις, καὶ ἀθρόη, τοῖσι νεφρ καὶ ὀξέα σημαίνει. *Hic legendum eſſe contend non* ἡ ὑπόστασις, *ſed* ἡ ἐπίστασις, *ut quadam em datiora habent exemplaria, videlicet, ut ping colliquata, inſtar olei in ſumma ſuperficie, nat liter natet.*

Verum, ſi quis exactius attenderit, author neque Galeni, neque Philothei, neque aliorum gravatus, libere hanc ſententiam eſſe cogn quibus pinguis eſt hypoſtaſis, cujuſmodi hic ole eſt, ſignificat iiſdem dolorem renalem & acu morbum. Siquidem ἀθρόη *adjicitur, id eſt, co ta & accumulata, quod tantum fit in nephr*

An-

atque in veſica male affecta. Quare in 2. præſag. eſt ſent. 27. cave, ne te fallat, ſi veſica male affecta hujuſmodi oleaceam reddiderit Urinam, non enim totius corporis, ſed ipſius tantum veſicæ ſignum eſt. Concedimus quidem oleum naturaliter ſupernatare, ſi permanſerit oleum, & id tenuium partium, ſed ſi fuerit craſſarum, quales ſunt ex ſuppuratione abſoluta, tunc ſubſidet. Quare experientia teſtatur, in nephriticis tale ſedimentum copioſius & craſſius eſſe, cujus ſubtiliores partes in ſuprema regione natant. Verum, ſiquis contenderit mordicus, pinguedines oleoſas ſupra Urinam inſidentes & innatantes, & confertim mictas, nephriditis eſſe ſignificationes, non erimus valde pertinaces. Sed experientia exquiſita & artificioſa refragatur. Nam neceſſe eſt craſſiora, cum ſint graviora, ſubſidere, & ſubtiliora, inſtar olei ſupernatare. Talis autem indicatio non eſt ambigua, ſic enim ait Hippocrat. 2. præſag. ſent. 25.

Neque leviter terrere nos debet Urina, cui pinguedo telis aranearum ſimilis innatat, quippe, quæ hominem tabe conſumi ſignat. Hic addatur, ſi febris perpetua hominem corripuerit.

SCHOLÆ.

EAdem eſt ſignificatio oleacæ Urinæ, & ſedimenti oleacei, extremæ videlicet imbecillitatis partium, qua propter ſummam

caloris nativi intemperiem, tantopere debi[li]tatæ ſunt, ut ne quidem minimum, quod [af]fluit, nutrimentum, continere poſſint. Sinu[nt] itaque effluere, & hoc tingit Urinam. Sic eni[m] juxta mentem præclariſſimorum Philoſoph[o]rum, illam σύντηξιν ſive colliquationem ſu[p]... interpretati ſumus.

De aphoriſmo Hippocratico ſtatuimus, ... illo & ὑπόστασιν, & ἐπίστασιν locum hab[ere] poſſe. ἐπίστασις enim revera eſt nihil aliu[d] quam oleoſa ſubſtantia, quæ nunquam po[te]rit efficere ὑπόστασιν illam, quæ proprie ... hypoſtaſis, portio nempe craſſior, ſeu amur[ca] in oleo, quæ ſubſidet, & colorem olei ſubo[b]ſcurum repræſentat, ſicut μάγδα Galenus [in]terpretatur τό, τε οἷον μάγμα ἢ φύραμα, ... τὴν χειροπληθῆ μαγδαλίαν: Non tamen eſt ... rum oleum, ut pote, quod ſemper ſuperi[us] petit, & nunquam cum aqueis miſceri pot[eſt]. Cauſa hujus rei inveſtiganda. Quidam ... Ariſt. 4. meteor. cap. 8. cenſent, materi[am] miſtorum eſſe terram & aquam tantum, q[uæ] in mixtione dominantur, non autem, q[uæ] ſola recipiantur. At ſi in omni mixtione d[o]minarentur gravia, quo ad materiam, nu[lla] mixta in aqua aſcenderent. motus enim eſt [ſe]cundum ſimplex prædominans. 1. cœl. text. ... Sed oleum videmus hoc facere, quod m[ix]tum aëris habet, non in poris, ut lignum ... ſpongia, ſed in mixtione, quia non evapor[at] ...

Cur oleum nequeat miſceri aquæ.

qu...

quod aëris eſt, 4.meteor.ca.7. ἀπορώτατα δ' ἔχει ἡ τοῦ ἐλαίου φύσις. εἰ μὲν γὰρ ὕδατος ἔχει πλέον, ἔδει πήγνυσθαι ὑπὸ ψυχροῦ, ὡς οἱ πάγοι. εἰ δὲ γῆς πλεῖον, ὑπὸ πυρὸς, ὡς ὁ κέραμος. νῦν δὲ πήγνυται μὲν ὑπ' οὐδετέρου. παχύνεται δὲ πάλιν ὑπ' ἀμφοῖν. αἴτιον δ' ἐστὶν, ὅτι ἀέρος ἐστὶ πλῆρες. διὸ καὶ ἐν τῷ ὕδατι ἐπιπολάζει. καὶ γὰρ ὁ ἀὴρ φέρεται ἄνω. Eandem fere ſententiam repetit Philoſophus lib. de longit. & breuit. vitæ cap. 2. διὰ τοῦτο τὰ λιπαρὰ ἄσηπτα. αἴτιον δ' ὅτι ἀέρος, ὁ δ' ἀὴρ πρὸς τἆλλα πῦρ, πῦρ δ' οὐ γίνεται σαπρόν. Quo etiam non inepte refertur pinguium & oleoſorum tenacitas, propter quam partes haud facile diſſipari, dividi, ac diſſidere queant.

Olea ex axungiis & pinguibus, quomodo deſtillentur.

Et hinc quoque philoſophica Spagiricorum ratio patet, qui cum olea galbani, bdellii, de carabe, ex axungiis, reſinis, lacrymis, aliiſque pinguibus & viſcidis elicere conantur, ſilices in furno reverberationis calcinatos, aut arenam lotam reſiccatamque, aut hederæ folia & modicum vitri craſſiuſcule triti, in alembicum projiciunt, quorum interventu partes oleoſæ, à ſeſe invicem diſiungi poſſint, & ſic facilior elementorum, phlegmatis, eſſentiæ oleaginæ & capitis mortui fiat ſecretio.

Si itaque pinguedo vera in Urina erit, ſemper ſupernatans conſtituit ἐπίστασιν, cui nunquam prorſus ſimilis erit ὑπόστασις oleacea, ut pote, quæ colorem tantum olei contraxerit, diverſam vero penitus habeat ſubſtantiam, id quod ipſe viſus indicat.

Urina,

Urina, cui pinguedo telis aranearum ſim
innatat, ſignificat quidem tabem, ſed lent
utpote, quæ à craſſis humoribus oritur & vi
dis, quos vehemens renum calor, dum cito
perare nequit, paulatim una cum nutrime
expellit. Hinc talia corpora dici poſſunt
λυόμενα, καὶ τὰ κατὰ βραχὺ ἀπομαραινόμενα.

Cap. XVIII.

Judicium ſedimenti orobei ſeu ervacei..

Hic poſt pinguedinem colliquatam, reliqua caro colliqueſcit. Atque ipſum variat. Si confertim, ren ſi tardius & paulatim emictum rit, tabidi corporis certa eſt notatio. Tunc enim inſtar, globoſa excernuntur corpuſcula, in ſ mento. Dicitur autem ervoſum ab orobo, id ervo, quod cum excoriatum eſt, rubeſcit, atque mile fere fit vitello.

Galenus hic addit, in nephritide eſſe Urin concoctam, in ſubſtantia & colore, ſed in tabe verenda.

SCHOLÆ.

IN ejuſmodi Urinis, ſemper habendus reſ
ctus ad febrim, quæ ſi adſit, totius corpo
affectum nunciat, ſin abſit, morbos renum
præſertim ἀθρόως micta fuerit. Quod ubic
locorum Galenus nobis diligenter incul
Magnam præterea tale ſedimentum in hep
factam inflammationem portendere, teſtis
Nicoſtrati uxor. 4. Epidem.

Cap. XI

CAP. XIX.

Judicium ſedimenti laminei, vel foliacei, vel folioſi, vel ſquamoſi.

ABraſio eſt carunculæ, ſuperficie tenuis, ut ſit lata & longa ſed non alta. Græcis eſt πεταλώδης, *quod ſit* πεταλοῖς, *id eſt, laminis, vel lapidi, qui dicitur* πεταλίτης, *hoc eſt, lamineus (hic enim in hujuſmodi laminas* εἰς πέταλα, *conſcinditur) ſimilis. Derivatur & à foliis, quibus non eſt inter duo reliqua intervalla, evidens altitudo. Nam* πέταλα *folia ſunt. Eſt quoque idem à ſquamis, ſquamoſum nominatum. Hic enim ſquamæ ſunt reſolutæ, carunculæ latæ & rotundæ, ad ſquamarum piſcium ſimilitudinem. Quapropter notat aut totius corporis diſſolutionem & emaciationem, ſi adſit febris, aut veſicæ ſcabiem, idque ſine febre. Illic in tabe quidem paulatim, hic vero confertim mingitur. Hippoc. lib 4. aphor. 81.* ἢν αἷμα, ἢ πύον οὐρέῃ, ἢ λεπίδας, ἢ ὀσμὴ βαρέη ᾖ, τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει. *Gravis autem odor ex putrefactione, in veſica facta gignitur, qui longe veſicæ hulcerationem, quam in tabe, ſuperat. Nam etſi in hac quoque lamineum ſit ſedimentum, gravis tamen odor nullus adeſt. Atque ut cruditas, tabidi corporis, ſic concoctio exulcerare veſicæ notatio eſt.*

SCHOLÆ.

MAjus malum hic indicatur, quam in alli-
ut quod jam ſolidas partes infeſtare in-
pit. Conſequitur inflammationem & hulc-
non veſicæ tantum, ſed & jecinoris, vel-
recte autor libri de Urinis ſcribit, licet quida-
σοφιζόμενοι minime concedere velint, jeco-
ſubſtantiam cum Urina excerni poſſe, qu-
niam jecur, cum ſit viſcus præcipuum, n-
poteſt in ſubſtantia tantam læſionem ferr-
quin etiam ſtatim mortem afferat. Et quam-
vis Hippocrates ac Raſes ſcribant, orobea-
lenti ſimilia ſedimenta, jecoris læſionem in-
care, id tamen, de intemperie, non de ſu-
ſtantia læſa intelligendum, ut ait Galenus, i-
quoque ajunt, qui ex jecoris inflammatio-
& renum ſanguinem aduri, & in orobeam fo-
mam conglobari, ſcribit. Sed cur hoc fieri n-
queat, rationes illorum allatæ non evincu-
παρέγχυμα enim hepatis eſt tantum ſang-
concretus, qui in inflammatione, facillime-
pus verti poteſt, & longe facilius, quam ſang-
fluens in venis. Quoties autem videmus, p-
cum Urina reddi? Cur igitur non παρέγχυ-
μα quoque hepatis purulentum? Concurrit-
innumera venarum ſeries, quæ, cum perpet-
hient in jecinoris corpus, pus illud ad emulge-
tes, recta deducent. Idem in ἐμπυϊκοῖς vide-
eſt, ut & in pleuriticis, & peripneumoni-

Ide-

Idem, præter Galenum lib. 1. de humor. comment. 2. ſentit. quoque Aretæ. 1. de cauſ. & ſign. Chronic. cap. 13. Et hinc Celſ. lib. 2. cap. 8. jecinoris vomicæ ſalutare ſignum eſſe adſerit, pus purum & album, quod ſignificat malum eſſe in tunica. Galen. quoque lib. 13. method. medend. cap. 14. expelli è jecinore inflammato, hortatur, quicquid in eo amaræ bilis & ſaniei collectum eſt, ex phlegmone, neque id fieri poſſe ſcribit, niſi vaſa in viſcere detergantur, & meatus jejuni ſit apertus, ptiſſana, & mulſo acetoſo cum aqua miſto. Et cap. 15 ſi jecinoris gibba ſunt inflammatione afflicta, miſcere aquæ jubet, quæ Urinas cient modice, ut apium, cum vero in poſterum phlegmone concoquitur, valentioribus etiam uti licet, ut aſaro, nardo Celtica, petroſelino, phu, quæ pus per Urinæ vias expellant, ſi vero cavum afficitur, licet per ventrem evacuare. Quorſum igitur ſcribere, jecoris ſubſtantiam cum Urina vel etiam per alvum, excerni non poſſe? Teſtatur hoc pus in inflammationibus hepatis, in quibus quantumvis aliquid perdatur de ſubſtantia, non tamen ſemper mors ſuccedit immo potius ſalus, evacuata corrupta ſubſtantiæ jecinoris parte. Deinde, quæ conſequentia hęc eſt? Hepar, cum ſit viſcus præcipuum, non poteſt tantam in ſubſtantia læſionem ferre, quin etiam ſtatim mortem afferat. Ergo jecoris ſubſtantia cum Urina excerni nequit. Ubi eſt hic medius

medius iſte terminus, quem tantopere Logi[...] requirunt? Similiter ſic argumentabimur. C[...] rebrum, cum ſit viſcus præcipuum, non p[...] teſt in ſubſtantia, aliquam læſionem ferre[...] quin etiam ſtatim mortem adferat. Cerebru[...] enim, eſt ſenſus omnis fons, & primum αἰσθη[...] τικὸν, ut interea hoc credamus Galeno, ipſ[...] rum coryphæo, 1. de ſympt. cauſ. cap. 8, e[...] unum ex principiis facultatum, totum corp[...] gubernantium, lib. de tot. morb. tempor. cap. [...] ſentiendi præterea, movendique vim, toti com[...] municat corpori, lib. 1. de ſem, cap. 16. & lib. [...] de loc. affect. cap. 6. in quo amplius ſedem h[...] bet regiam anima λογιστική, lib. 1. de humo[...] commen. 9. Ergo cerebrum non patietur phr[...] nitin, neque σειρίασιν, & multo minus quam j[...] cur (cerebrum enim hepate longe præſtantiu[...] qua concocta aliquid puris, de ſubſtantia ej[...] decedet, & per meatus colatorios, in naſo & p[...] lato, ſubjectos purgabitur. Quantum hoc à v[...] ritate abhorreat, qui non videat, ducimus n[...] minem. Quid? quod Galen. lib. qui dicitur Em[...] pir. informat. cap. 6. ſcribit, craſſa cerebri mem[...] brana vulnerata, multos ſanari, & multos etia[...] mori, ex vulnere vero ſubſtantiæ cerebri qu[...] dam aliquando, licet raro, curari. Idem teſt[...] tur 6. aphor. 18. vulnera cerebri gravia ſana[...] eſſe, libet Hippocr. pronunciet: κύστιν διακ[...] πέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐ[...] τέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδ[...]

Galen[...]

Galeno ſuffragatur Avic. lib. 1. fen. 3. doct. 3. cap. 14. & lib. 4. fen. 4. cap. 2. Certe hæc vulnera non potuerunt curari, quin aliquid ſubſtantiæ cerebro deceſſerit. Idem de vulneribus hepatis dicimus, quæ frequentiſſime conſolidantur.

Præterea quæritur hic, an poſſit excerni ſubſtantia jecoris cum Urina, non autem, an poſſit hoc fieri citra detrimentum animalis, quod plerumque ſolet accidere. Et ideo talia ſedimenta peſſima.

De fætore Urinæ infra agemus cap. 52.

CAP. XX.

Judicium ſedimenti furfurei.

Corpuſcula ex ſolidis partibus abraſa, craſſiora & anguſtiora refert. Et tunc veluti fruſtula abſciſſa apparent, propter ſimilitudinem, quæ eſt in furfure tritici bene moliti. Signant autem totius corporis tabem, præſente febre, abſente autem hac, ſolius veſicæ ſcabiem. Et quemadmodum hic eſt coctio, ita illic cruditas.

Naſcuntur ex violento calore, furfures abraſi & albi, cum à membris albis divelluntur, & ſunt craſſiores, quam ſquamæ, quia à profundarum partium ſubſtantia diſſolvuntur. Hipppoc. 4. Aphor. 75. ὁκόσοισιν ἐν τῶν οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ. *Quibus in Urina craſſa, furfurea ſimul prodeunt, his veſica ſcabie laborat.*

SCHO-

S C H O L Æ.

SI tale ſedimentum debet indicare ſcabiem veſicæ, neceſſe eſt, ut præter manifeſtam Urinæ concoctionem, & febris abſentiam, do lor quoque percipiatur, circa regionem veſi cæ, maxime, cum Urina reddi debet, vel pau lo ante.

Cap. XXI.

Judicium ſedimenti ſimilacei.

VEl ſolidorum corporum vehementem, a in profundo etiam validam colliquati nem notat, vel extremam ſanguinis te ſturam. Illud eſt album, hoc vero rubeum. D citurque à Græcis κρημνώδης, *quod* κρημνὸν *craſſiuſcula quædam farina. Sunt hic quoque fu fures, ſed craſſiores & rudiores, cujuſmodi vide tur cribrati, ex male molito tritico, & horde Hippoc. lib. 7. aphor. 29.* ὁκόσοισι πυρέσσουσιν, τοῖσιν, οὔροισι κρημνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν. *Quibus f bricitantibus, in Urinis, ſedimenta, farinam cra ſiuſculam referunt, his longam ægrotationem ſign ficant. Et ſequenti:* ὁκόσοισι ἢ χολώδεες αἱ ὑπο στάσιες, ἄνωθεν ἢ λεπταὶ, ὀξέην ἀῤῥωστίην σ μαίνουσιν. *Quibus autem bilioſa ſedimenta, nuia contra ſuperiori tempore, his acutam ægr tationem ſignificant. Item 2. præſag. ſent. 28. Urinæ ſpeciem craſſioris farinæ referunt, malæ ſu*

Vi

Vere autem, ex foliaceo, primam hecticæ ſpeciem, ſicut ex furfureo, ſecundam, & ex ſimilaceo, tertiam præſagiunt. Hic enim calor immodicus profunditatem membrorum obſidet, longe, lateque, eorum ſubſtantiam incendit, inflammat & colliquat.

SCHOLÆ.

URina hæc à plæriſque Pultacea nominatur, quod nimirum grandiuſculas, effracti hordei in polentis rectas partes ob inexquiſitam in mola trituram, repræſentet. Galen. 2. prognoſt. ſent. 28. & 1. de criſib. cap. 12. Idem in comment. aphor. 29. lib. 7. dicit, Hippocratis ſententiam eſſe, talia ſedimenta exiſtere lethalia, atque, ſi quis ex ægris ſervetur, eum non poſſe morbi diuturnitatem effugere. Quem ſequitur quoque Celſ. lib. 2. cap. 4. Idem probatur ex tertio ægroto horti Dealcis, 3. Epidem. qui quadrageſimo die primum judicatus eſt, & ex primo, Sileno, 1. Epidem. qui in febre illa diem obiit.

CAP. XXII.

Judicium ſedimenti craſſi, colore ſubrufo, in craſſa Urina, & ſubrubea.

NImiam ſanguinis copiam portendit, & validam potius nativi caloris in coquendo nutrimento actionem nunciat, quam humorum in corpore perturbationem, unde morbi oriri poſſent.

Cap. XXIII.

Judicium Sedimenti craſſi, & nigri, cum Urina craſſa, & nigra.

HOC ingentem ſanguinis vim ſignificat, & quo nigrius eſt, eo etiam majorem ſanguin[...] toſturam indicat.

Cap. XXIV.

Judicium humoris crudi, & purulenti.

ETſi candidum ſedimentum ſit laudabil[...] tamen purulentum huic non abſimile, i[...] cautis ſæpe imponit. Nam tale quid, ve[...] renibus, vel veſica exulcerata provenit. Hipp[...] lib. 4. aphor. 73.

SCHOLÆ.

URina cruda, aut pus, aut crudi humo[...] ramenta continet. Diſtinguenda hęc [...] ter ſe, ut egregie Vaſſæus diſtinguit. Nam [...] male olet, & glutinoſum eſt, crudus vero [...] mor proprie dictus, puri, colore & craſſ[...] tantum ſimilis videtur, ſed neque male o[...] neque eſt viſcoſus. Talis crudus humor ſu[...] det, non tantum in Urinis eorum, qui ex [...] dorum multitudine febricitant, verum & [...] ſanorum Urinis, qui laboribus dediti, c[...] duros & ægre coctiles ingerunt. Differt [...] is humor ab humore pituitoſo, quem m[...] riam ſedimenti fecimus, quod crudus hu[...] ſit paulo tenuior, quam pituita.

Cap. X[...]

CAP. XXV.

Quid, ſi nullum eſſet ſedimentum, quomodo dijudicares?

SI Urina fuerit tenuis ſubſtantiæ, & candidi coloris, abſque ſedimento, aut magnam vaſorum, hoc eſt, venarum obſtructionem, aut ingens frigus notat. Atque ſic propter utrumque, magna eſt concoctricis facultatis debilitas. Si ſpicei & & ſubſpicei, minor eſt obſtructio, minorque cruditas. Si aurei & crocei coloris, minorem aliquanto obſtructionem, ſed cruditatem adhuc reliquam intendit. Cauſa. Cum naturalis calor, ab adulterino ſupprimatur. Præſagiunt & hic propter multitudinem flatuum, cruciatus, & immodica exercitia, & nutrimenti paucitatem, ob longas vigilias, & naturæ imbecillitatem. Quando vero ſubrubet & rubet, & ultra in coloribus progreditur, humorum dominium, & qualitatem dominantem notat.

SCHOLÆ.

YΠέςασιν, crudam ſive pituitoſam eſſe alimentorum materiam, quæ in ſecunda venarum concoctione, πελείωσιν non nanciſci potuit, ſupra à nobis probatum. Diximus quoque ex Galeno, quo magis procedit coctio, eo plus in dies augeri ſedimentum, ideoque & in Urinis ſanorum, ſubſidentiam neceſſario κατὰ συμβεβηκὸς apparere debere, concluſimus. Contra, ſi Urina deſtituatur ſedimento,

ſummam caloris coquentis penuriam demon-
ſtrat. Idcirco hinc malum augurium trahitur.
In ſanis enim, ſi diutius abſque contentis min-
gatur, morbos futuros ex cruditate portendi[t],
in ægris affectus chronicos. Minus vero dam-
natur, ſi color & ſubſtantia non multum à pr[æ-]
deſtinato mediocritatis termino diſceſſerint.

Interdum tales Urinæ ſine ſedimentis, [in]
vomicis partium principum viſuntur, ut & [in]
effrænatis doloribus, qui cucurbitularum in-
ſtar, fuſam Urinæ materiam ad ſe trahunt. Q[uo]
etiam referimus materiæ ipſius defectum, [ut]
ob inediam, vel diarrhæam, vel evacuation[es]
alias, vel imbecillitatem alicujus partis, in qu[am]
natura omnium ſupervacuorum ſentinam [ex-]
onerat, vel obſtructionem ureterum, & cog[ni-]
tas cauſas.

Hypoſtaſis locus.

Hypoſtaſis autem locus in Urina pot[eſt]
eſſe, vel ex operatione naturæ, & tunc illa, q[uæ]
deſcendit, eſt melior, quia eſt concocta, q[uæ]
pendet vero in medio, & ἐναιώρημα con[ſti-]
tuit, à bonitate nonnihil recedit, quę ver[o in]
ſuperficie natat, eſt mala. Vel eſt ex operati[one]
prȩter naturam, & quidem dupliciter, au[t ra-]
tione ipſius humoris peccantis, & tunc ſu[per]
natans eſt melior, quia ſignificat humo[rem]
morbificum eſſe tenuem, aut ratione τῶν [φυ-]
σων, & tunc illa, quæ ſuper natat eſt pe[ior,]
quia portendit magnam flatuum copiam, [quæ]
pendet, eſt minus mala, quę reſidet infe[rius]
eſt bona.

CAP. XXVI.

Judicium pilorum in ſedimento inventorum, & caruncularum.

Aut totius corporis, aut renum diſſolutionem notant. Illic quidem eſt febris, hic vero nulla. Hippocr. lib. 4. aphor. 74. ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες ξυνέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται. *Quibus in Urina, quæ ſit craſſa, carunculæ minutæ, aut veluti capilli ſimul exeunt, his à renibus excernuntur. Sunt autem pili, reſolutiones longæ & graciles, capillares, cum Urina emictæ, & renalem morbum præcipue portendunt. Tales enim pili in vaſorum, quæ à renibus ad veſicam deſcendunt, contritione procreantur, & cum ſolida caro apparet, ex renum ſubſtantia erit morbus. Cauſa. Nam vehemens calor eos diſſolvit. Quare & Hippocrates pilos, carunculas exiguas nominat, nam etſi compreſſione cedunt, tamen non evaneſcunt, propter quandam ſoliditatem, ex humoribus ſiccis & induratis natam. Quare, ſi pili longi, & aliquantulum craſſi fuerint, renum obſtructionem notabunt, vel utriuſque, vel alterutrius. Si dextri renis, in eodem pede erit ſtupor quidam, ſi ſiniſtri, in ſiniſtro, ſi utriuſque, in utroque pede, affectus is perpenditur. Idque fit, ex animalis ſpiritus, qui per nervos ſuum officium facit, impedimento, ne ultra citraque diſcurrat.*

SCHOLÆ.

GAlen. 6. de loc. affect. cap. 3. atteſtatu
renum exulcerationem oſtendi, ſi carun
culæ in Urina natent. Adipiſcuntur autem hu
mores illi, à renibus calefactis aſſati, capillo
rum ſimilitudinem, propter vaſorum, qu
à renibus, ad veſicam deſcendunt, longitud
nem, ad quam humores illi, ſpiſſiores ex aſſ
tione redditi, extenduntur. Derivantur quo
que ſæpius, ex vaſis ſpermaticis, quæ κιρσο
dicuntur, in quibus teretem figuram ſortiu
tur, ex ſeminis materia, ut fit in Venerea g
norrhœa, & albis menſibus. Quanquam no
negandum, ſaniem ex renibus ulceratis deflue
tem, ſua acrimonia, fibroſa ureterum & vaſ
rum renibus adiacentium, corpora, aliquan
abradere, quæ cum Urina, inſtar vel capill
rum, vel etiam caruncularum redduntur. C
rationi etiam experientia adſtipulari videt
Fibræ enim ſunt fila quædam oblonga, gra
lia, ſolida, valida, omnis generis partibus inſ
ta, animalibus, vitalibus & naturalibus. Rec
fibræ, quæ ſecundum corporis longitudin
feruntur, attrahunt, tranſverſæ, quę rectas
terſecant, ad angulos rectos æquales, expellu
obliquæ, quæ medio inter eas ſitu, utraſque
terſecant, ad angulos inæquales, unum acut
& alterum obtuſum, retinent, aliis duobus
brarum generibus adiutæ. Ac quamvis ren

cai

carni, quemadmodum & iecinoris, pulmonum & lienis carni, fibræ deſint, attamen ad trahendum, retinendum & expellendum fibrarum, vaſis ſuis inſertarum, miniſterio utuntur. Hinc exeuntibus fibris, inſtar capillorum & caruncularum cum Urina, ſequitur vel ſtranguria, vel dyſuria, vel diabetes, pro ut fibræ vaſorum adiacentium renibus, vel tranſverſæ, vel obliquæ, à ſanie prætereunte abraſæ fuerint, & detu bate ad veſicam, quę muſculum, in orbem ambientem veſicę cervicem, derelinquunt, ne munere ſuo fungi, ex naturę præſcripto queat. Quæ non inepte τίλματα nominari poſſunt.

CAP. XXVII.

Judicium arenularum.

Αἱθίασιν notant, vel veſicæ, cum ſunt albæ, vel renum, cum rubent. Talis enim color a loco geniali recipitur. Diſtinctio item fit a loco dolente. Neque parum huc facit ipſa materia, in utroque membro. Nam ſi atra bilaris materia fuerit, omnium peſſimi ſunt calculi. Si vero pituitoſa, non eſt tantum periculi. Utrobique quidem eſt conglutinatio & condenſatio, ſed in atra bile, propter ſiccitatem eſt ſolidior, ſicut in pituita, propter humiditatem, rarior erit calculus, qui per διουρητικὰ καὶ λιθόνθρυπτα *conteritur & diſſolvitur. Hippoc. lib. 4. aphor. 77.* ὁκόσοισιν ἐν

τῶ ὔρω ψαμμώδεα ὑφίςαται, τȣτέοισιν ἡ κύςι[...] λιθιᾷ. *Quibus in Urina arenoſæ ſunt hypoſtaſe[...] his veſica (& renes, ut Gal. in comment. addit[...] calculo laborant. Et in 6. Epidem. ſect. 1. idem[...] renalis calculi meminit.*

Nota tamen. In laborantibus febri tertiana[...] vel ſimplici, vel duplici, quibus præſertim renes[...] calidi ſunt, bilis nonnihil aduſtæ, quæ jam excer[...]nitur, iſtæ arenulæ ſunt ſignificationes.

SCHOLÆ.

Albæ arenulæ. Rubræ arenulæ.

URina, in qua apparet ſedimentum ar[...]noſum, indicat calculum, quantum a[...] tempus generationis, & diſſolutionis eju[...] Quantum autem ad tempus, quo jam com[...]pletam adquiſivit concretionem, non appar[...] ſedimentum arenoſum, ſed Urina mingit[...] tenuis & clara, quia calculus, præſertim in ca[...]put ureteris inſertus, & grandeſcens, eſt cau[...] obſtructionis, & ſola λιθολομία per ancipite[...] novaculam, à chirurgo curari poteſt. Inte[...]dum hæ arenulæ augentur, ſi quis copioſi[...] caſeo uſus fuerit ſicco.

Falſum enim eſt illorum inventum, qui [...] calculo, caſeum recentem præferunt ſiccio[...] propter hujus ſtipticitatem quandam. Caſe[...] enim humidus ſeu recens, plus facit ad gen[...]

rationem

rationem calculi, quam vetus, quia ille habet humidum viſcidum & coagulabile, vetus autem melius pulveriſatur, & non tam cito poteſt ad ſolidum & continuum corpus redire. Quo ſenſu loca hæc accipienda, cum Gal. comm. 36. ex Hippoc. lib. 1. de nat. human. ſcribit, caſeum eſſe hyemis cibarium, & pituitoſum, & cum Hippoc. lib. de veteri medicin. teſtatur, caſeum gracilibus mirabiliter convenire. Quanquam in his (quod ad ὑγιεινὴν & προφυλακτικὴν pertinet) melius eſt, ut ſequamur conſilium Rhaſis, ad Almanſor. cap. 15. & Serapionis cap. de lacte coagulato, qui ſuadent, ut poſt cibum parva ex caſeo portio, ab iis duntaxat guſtetur, qui poſt ſumptos cibos nauſeant, propter debilitatem orificii ventriculi. Caſeus enim in ſe ſtipticitatem habet. Interdum ex renibus albi calculi, quaſi concreto pure obducti, excidunt, cum ſordidum eſt in illis ulcus.

Arenulæ quoque copioſiores mejuntur, propter ἐκκαθαρτικὰ, καὶ διουρητικὰ φάρμακα, quæ fundunt ſanguinem, & ſeroſum ac tenue ſegregant. Quanquam in his maximus & deteſtandus, committatur à medicis error. Exhibent enim in calculo, baccas juniperi in aqua vitæ infuſas, allium in aqua ardente, vel vino Malvatico, duodecim horis maceratum, & in puncto Novilunii hauſtum, lapidem ſpongiarum τηκόλιθον, toſum repertum in felle tauri,

 cum

cum vino generoſiſſimo ſumptum, raphanum marinum, cum radicibus & ſemine petroſelini, atque fœniculi in vino Malvatico deſtillatum, aliaque ὁμοιότροπα φάρμακα. Quæ quidem in principio mali, locum ſibi vendicant, non contemnendum, dum craſſam viſcidamque lapidis materiam extenuant, atque abſumunt, iecur renesque optime expurgant, & ventriculo languenti, non mediocrem ferunt opem, ne materiam calculoſam generet. At in progreſſu & ſtatu, prorſus fruſtra, & maiori cum damno uſurpantur. Si enim dederint in minima quantitate, non certe frangent lapidem durum quem ne quidem roſtrum anatinum, aut corvinum dentatum, maxima vi, à Chirurgo impulſum frangere poteſt. In mediocri etiam vix & ſi frangent, fient forſan maiores portiones quam ut poſſint ejici, per ductus Urinarios, in quos ſeſe adeo fruſta illa inſinuabunt, ut vix καθετηρισμῷ, aut roſtro arcuato Venetianorum, ſeu Terlino Mariani Sancti, eximi, ſine inenarrabili cruciatu, queant. Dabunt itaque in maxima quantitate. Verum hic frangent quidem, ſi ſaltem fieri poteſt, ſed longe inducent graviorum ſymptomatum συνδρομήν. Magis concreſcet lapis, augebiturque renum δυσκρασία. Concretio enim, iuxta Ariſt. 4. meteor. cap. 6. à calore fit, dum τὸ ὀῤῥῶδες ὑδατῶδες educit, nam evaporante humore pars arida ſpiſſatur & conſiſtit. Quod iſta διεχῆτικ

maximopere

maximopere præſtant, cum valde ſiccent, & excalfaciant. Calori autem illi valido, qui fundit & attenuat ſanguinem, adjunctam eſſe oportet ſiccitatem, renibus calculoſis admodum infenſam, ne humiditas acrimoniam, abſtergentem vias, retundat, ubique in Urinis ciendis neceſſariam. Gal. 10. de compoſit. medicam κατὰ τόπ. cap. 1. & 5. de ſimpl. medic. facult. cap. 12.

Cap. XXVIII.

Judicium ſanguinis micti.

Sanguis meitur, vel grumoſus, graviter olens, & craſſior, ex veſica, vel purior, ex vena cava, vel ex renibus, vel ex hepate. Si ex loco dolente, & male affecto, non eſt obſcurum.

Sanguis e veſica manans eſt grumoſus, male redolens, & in fundo reſidens, cum ſit ſpiſſior, & ponderoſior, propter frigiditatem membri, videlicet veſicæ, in cujus nutrimentum deſtinatus eſt, & eodem conglobatur loco, propter eandem cauſam, quem dolor intra pectinem, & perinæum indicat, ubi veſicæ ſitus eſt. Hippocr. lib. 4. aphor. 78. ἢν αἷμα οὐρέῃ, καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ εἰς τὸ ὑπογάστριον, καὶ εἰς τὸ περιτόναιον, (ἢ περίναιον, *ut alia exemplaria correctiora habent*) τὰ περὶ τὴν κύστιν πονέει. *Si quis ſanguinem meiat, ac grumos, & Urinæ ſtillicidio laboret, dolore ad hypogaſtrium, id eſt, imum ventrem, & peritonæum, ſive femen pertinente, ea, quæ ſunt circa veſicam, loca laborant.*

Verum,

Verum, ſi hic ſanguis purus fuerit, cum Urin diligenter miſtus, non graviter redolens, & in dor ſo, ubi ſitus renum eſt, cruciatus pungens aderi non adeo vehemens, à renibus defluit. Hippocrat. aphor 76. ὁκόσοι ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει *Quicunque repente ſanguinem ſponte mingun præſertim liquidum, his in renibus venulæ rupt ram notat.*

Quod ſi ex cava vena talis emictus fuerit, v delicet purus & ſyncerus, id exquiſitus dolor cir ſeptimam vertebram, ſubducta ratione à ſac eſſe, ſignificabit.

Sin ex jecore, dolor in dextro hypochondrio pat facit. Hic eſt eadem ratio, de ſedimento cruento.

SCHOLÆ.

Sanguis grumoſus veſicæ.

Sanguis purus.

Cauſæ ſanguinis profluvii.

HIc ſanguis, cum Urina profluit. αἱμοῤῥο γία autem quæcunque, tribus de cauſ contingere poteſt, vel per ἀναστόμωσιν, vel p διαπήδησιν, vel denique per διάβρωσιν, ἢ ἀνα βρωσιν tunicarum vaſorum. ἀναστόμωσις fit cum oſculum vaſis majoris reſeratur, vel pro pter ejus imbecillitatem, quæ facit, ne exig quidem ſanguinis impetum, eo confluenti ſuſtinere poſſit, vel propter ſanguinis copiam ut in phlethoricis, vel propter acrem aliqua qualitatem, quæ oſculum vaſis lancinat. H

ſangui

ſanguis venarum & arteriarum grandiorum, cum impetu ſaliens, & magna copia erumpit. διαπήδησις fit, cum ſanguis ſeroſus, tenuis & calidus, veluti tranſcolatus, effluit, perque carnem, ſub cute, inſtar τῶν ἐκχυμωμάτων, diffunditur, & temporis progreſſu, in θρόμβους atros & lividos coit. Cauſæ ejus duæ à medicis recenſentur rarefactio tunicarum in vaſis, à ſanguine tenuiore, & apertio oſculorum, in vaſis gracilibus. διάβρωσις tunicæ fit, à vulnere, contuſione, ruptione, eroſione, exulceratione, medicamentis ἐκφρακτικοῖς, διαβρωτικοῖς καὶ καυστικοῖς. Gal. lib. 5. method. med. cap. 2. & com. 5. in Hipp. lib. 2. de nat. hum.

Ex his differentiis, ſi conferantur cum modo mictionis, cauſæ patebunt. Quanquam in effuſione ſanguinis cum Urina, ſæpius διαπήδησις accidat, propter oſcula venarum rariora facta, vel ſanguinem ſeroſiorem.

Præter cauſas autem recenſitas ſunt & aliæ, quæ faciunt, ut ſanguis cum Urina exeat, quæ diligenter ponderandæ. Nam menſtrua quandoque Urinæ permiſcentur. Vulneratis item renibus, Urinæ initio ſanguinem, deinde pus admixtum habent. Quod & in exulceratis renibus accidit. Repreſſus item ſanguis aliunde profluens, vel nimia copia naturam gravans, ad veſicam regurgitat. Ita vidimus, primarii civis noſtri filiolum, exanthematis graviſſimis laborantem, ſanguinem aliquot diebus mingere, qui cum

cum natura humorum & ſanguinis illius ſarcinam ſuperare non poſſet, mortem cum vita commutavit. Interdum calculi majores portiones, per ureteres deſcendentes ſanguinem ſecum rapiunt nigricantem, & grumoſum.

Idem in lapide veſicæ fit, cum quis ſe nimium exercuerit, maxime vero loca circa femen, ut fit equitando, currendo, ſaltando. Aliquando etiam hepar imbecillum ſanguinem ejuſmodi, vel per veſicam, vel per alvum excernit, pro ut vel gibba ejus pars, vel cavum affectum fuerit. Gal, lib. 14. method. med. cap. 9. Decrepiti & ſilicernia reddunt quoque Urinas craſſas, & ſanguine permixto, in rubore nigricantes. His præſagimus, renum & veſicæ facultatem prorſus abolitam. Ut merito ſint πέμπελοι, ſic dicti, παρὰ τὸ πέμπεσθαι ε... τὴν ἅδου πομπήν.

Non raro per ἀναστόμωσιν, vel διάβρωσιν in viris & fœminis, tanta quantitate ſanguis cum Urina, vel etiam ſine Urina, è genitalibus effluit, ut in extremum vitę diſcrimen incidant. Hic medicamentum ſequens primas tenet. Rec. Saniculæ, alchimillæ, virgæ aureæ, pyrolæ, betonicæ, agrimoniæ, ſingul. manip. j. Altheæ, manip. ij. Filicis, flor. chamem. hypericon. arthemiſ. rubeæ, origani, tormentill. folior. & radicum, ana manip. j. Fiat ſacculus lineus, tres partes ulnæ latus & longus. Herbis illis minutim inciſis, & æqualiter

extenſi

extenſis ſic repleto ipſum, ne nimium ſpiſſæ locentur. Conſue ſacculum undiquaque, ne herbæ in ſeipſas concidant. Deinde ſacculum fœcibus vini optimi incoquito, incoctum inter duos orbes ligneos paulum comprimito, totique lumborum regioni apponito. Æger vero in ventrem decumbat. Idque tamdiu repete, donec fluxus ſanguinis ſiſtatur. Quod ut commodius fiat, duos para ſacculos, ut uno refrigerato, alter mox admoveatur calidus.

CAP. XXIX.

Judicium puris in ſedimento.

AUT renes, aut veſica male affecta eſt, aut jecur. Illic quidem eſt dolor & odor gravis, tam ex renibus, quam ex veſica, hic vero eſt dolor modice pulſans & aggravans, in dextro hypochondrio. Hippoc. lib. 4. aphor. 73. & 79. Ἢν αἷμα, ἢ πύον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει. *Si ſanguinem, aut pus mingat, renum, aut veſicæ exulcerationem ſignat.*

SCHOLÆ.

NOtandus hic peculiaris quoque caſus. Si nullus dolor, vel circa iecur, vel circa veſicam, vel circa renes, in pleuritide, phrenitide, angina & peripneumonia percipitur, & pus mingitur, certiſſimum eſt, naturam expurgare ſuppurationes factas, ex inflammationibus.

nibus. Via eſt (ut ſupra quoque diximus) p[illegible]
ſiniſtrum cordis ſinum, in magnam arteriam
indeque in arterias emulgentes & renes, quan[illegible]
tum ad peripneumonicos & pleuriticos attine[illegible]
Gal. 6. de loc. affect. cap. 4. qui tamen pleuriti[illegible]
ci, per venam ἄζυγον quoque expurgantu[illegible]
quæ à latere dextro venæ cavæ, prope cor ori[illegible]
tur, & per ſpinam delata, ex utroque later[illegible]
octo coſtas alit inferiores, ac ad diaphragm[illegible]
& membranam interſepientem diſtribuitu[illegible]
& tandem variis anfractibus, in ſiniſtrum emu[illegible]
gentem inſeritur. In phreneſi vero & angin[illegible]
puris tranſitus fit, à venis jugularibus in vena[illegible]
cavam, indeque in emulgentes & renes. P[illegible]
eaſdem vias ſæpiſſime catarrhi capitis expu[illegible]
gantur, qui ſi craſſiores ſunt, Urinæ ſtillicidiu[illegible]
inferunt, ut Gal. com. 32. in Polybi lib. de ſa[illegible]
diæt. Idiot. adnotat.

Cap. XXX.

Judicium ſpermaticarum reſolutionum.

SI ſperma ſubſidet in fundo matul[illegible] ſignificat aut coitum præceſſiſſe aut gonorrhœam, aut coëundi l[illegible]bidinem, aut denique genitaliu[illegible] reſolutionem, quæ eſt παρ[illegible]λυσι[illegible] *In prima nota, narratio ægroti id ipſum expone[illegible] In ſecunda & tertia, eſt magna ſeminis c[illegible]pia, cum priapiſmo, quæ ſi non obſtruit teſticulo[illegible]*

a[illegible]

aut ἐπιδιδυμίδα, redundans excernitur, mixta cum Urina.

In poſtrema autem eſt, magna in vaſis ſeminariis, aut generationis, recentricis facultatis debilitas, unde loci redduntur lubrici, per quos invitis ſemen egreditur.

SCHOLÆ.

HÆc, quæ autor noſter de gonorrhœa ſcribit, intelligenda ſunt de vera gonorrhœa, de qua Gal. lib. 2. de ſympt. cauſ. cap. 2. & lib. 3. cap. 4. ac Aretæ. lib. 2. de cauſ. & ſign. chronic. cap. 5. videantur. Verum eſt & alia gonorrhœa, quæ ex lue Venerea contrahitur, ſi quis commercium habuerit cum mulieribus immundis & ſordidis, cujus mentionem faciunt Guilhelmus Salicetus, qui claruit anno 1270, & poſt ipſum Bernardus Gordonius, quem anno 1418, ſecutus eſt Valeſcus Tharantanus. In hac lue eſt corrupti ac fætidi humoris defluxus, quem interioris meatus in pene exulceratio comitatur. Unde & pudendagræ nomen accepit. Quandoque etiam circa ulcerum labia, carunculæ ſuboriuntur, quæ liberum Urinæ tranſitum impediunt, ac removentur. Si longius ſerpat malum, veſicam, ureteres, & ipſos renes ſic inficit, ut renes concreti & indurati, puris collorem referant, ureteres exulcerentur, & veſica rigida, nec extendi, nec contrahi poſſit. *Gonorrhœa ex lue Venerea.*

Si itaque in Urina apparuerit ſemen, cum fœtore, gonorrhœæ ex lue Venerea contra-ctæ, & in poſterum, niſi ſibi ipſi mox pro-ſpexerit æger, morbi Gallici evidens eſt te-ſtimonium.

CAP. XXXI.

Judicium pulveris in Urina.

POſteriores ſubjiciunt pulverulentas reſoluti-nes, quæ nihil aliud ſunt, quam pulveris a-quationes in fundo matulæ reſidentes, quæ ſu- terreſtres & graves. Hæ vero, ſive nigræ, ſive vidæ apparuerint, hæmorrhoidum fluxum jam præſentem, aut futurum notabunt. Atc ita ex conſenſu ſplenicos commonſtrant, del ſuffragante. Et tunc Urina ſuum non habe colorem, ſed remiſſiorem. Nam talis reſolutio ab atra bile in veſicam derivata. Ita quoque gnant menſes retentos & ſuppreſſos, quod eti colliges artificioſa conjectura. Nam cum Urin mulieris cujuſdam videris ſubſtantia craſſa, lore ſubſpiceo, vel ſpiceo, vel albo, & talibus c tentis (quia nullum eſt verum ſedimentum) nunciabis, locellos muliebres eſſe obſtructos, pro crudos & pituitoſos humores. Itaque menſes primuntur. Aliquando nonnihil flaveſcit, pter adjunctam bilem, unde magna pectoris guſtia eſt, propter regurgitationem ſanguinis m ſtrui, in membra ſocia. Unde omnes artus dol cum aſſidua vandiculatione, cum pallore fa

cum emaciatione totius corporis, unde quibuſdam eſt ſanguinis rejectatio, unde etiam uteri inclinatio, in ſiniſtram plærunque partem, unde, cum uterus ſit obliquus, non fieri poteſt, ut concipiat. Interdum & nephritin portendit. Sed hanc dolor oſtendit.

SCHOLÆ.

SEdimentum hoc fit ab obſtructione, in qua calor coactus, materiam adurit, è qua terreſtris & pulverulenta illa portio reſultat, quæ propter concremationem fere oſſis naturam ſapit. Quo autem majora fuerint hæc contenta, eo minorem eſſe concremationem innuunt. Quanquam natura humoribus his dominetur, & vel per hæmorrhoides, vel uterum excernere conetur. Si vero paulo tenuiores fuerint, propter admiſtam bilem, ſanguinis vomitus ſequitur. Quod inprimis retentis menſibus accidere ſolet. Hippocr. aphor. 31. lib. 5. γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις. Venæ enim uteri, cum venis meſenterii, ἀναστομώσεις manifeſta committuntur, per quas in inteſtina tranſponitur ſanguis menſtruus, & ex his in ventriculum. Et hos eſſe ductus, per quos magnos & patentes ſatis, ſanguis ab utero in inteſtina & ventriculum refunditur, teſtatur copia ſanguinis, quæ à mulieribus in tali affectu, vomitu redditur. Longior ſane & minus evidens eſt illorum via, qui volunt, venas

Vomitus ſanguinis in retentis menſibus.

matricis humorem in hepar, cor & venæ cav[...] ramos mittere, & inde in ventriculum per v[...]nas, quæ ejus orificium ac fundum ambiun[...] ac hinc deinde vomitu expurgari. Qua in ſe[...]tentia vir quidam ſummus fuit.

Cap. XXXII.

De flocculis judicium.

SÆpe vel in certis Urinæ regionibus, [...] in toto corpore Urinæ, flocculi videntu[...] qui aut fluxionem ſeu in ſupremis par[...]bus, ſeu in mediis, ſeu in infimis notabu[...] in utroque ſexu, aut conceptionem, in mulie[...] Nam ſi in fundo ſubſiderint flocculi adeo min[...] ut ſunt inviſibiles ἄτομοι, & globoſi atque ſub[...]bei apparuerint, fiunt tales propter virtutem ca[...]ris naturalis, qui conglobat, & propter perfec[...]nem, ſua virtute rubefacit, & tunc maſcul[...] conceptum eſſe, plærique pronunciant. Sin ii[...]lati & albi fuerint, fœmellæ conceptionem p[...]ſagiunt.

Verum video, hinc veteribus nulla fuiſſe v[...]cinia, propter incertitudinem, & experienti[...] & cauſam, & conjecturam minus artificioſ[...] quæ hic meo judicio deſiderantur. Etiamſi e[...] ex colore & forma, vim & fortitudinem ca[...] naturalis quis colligeret, (nam caliditas rubor[...] frigiditas albedinem indicat & inducit) tan[...] cum ſit nullus meatus Urinæ per locos muliel[...] neque per conſenſum, neque aliquam concav[...]

c[...]

certa conjectura colligi poteſt. Itaque tutius erit, ut quis ab hujuſmodi vaticinio ſibi temperet, aut dubium reſponſum det. Vulgo dicuntur & alba minuta, & atomæ reſolutiones.

SCHOLÆ.

Flocculi globoſi & ſubrubei, in maſculi conceptione.

Flocculi lati, & albi, in fœmellæ conceptione.

An ex Urinis gravidæ cognoſci poſſint.

PLærique medicorum, in hac ſunt opinione, ex Urina conceptionis iudicia ſumi poſſe. Varios autem proponunt varii, Urinarum colores, varia ſedimenta. Arabes commenti ſunt ſedimenta goſſipio carminato ſimilia, granula, & alia. Alii gravidarum Urinas candidiores eſſe, & tenuiores, cum minori ſedimento dicunt, quam non prægnantium. Scribit enim Ariſt. 4. de generat. animal. cap. 6. bruta, cum uterum ferunt, plurimum temporis valere corpore, mulieres vero magna ex parte ægras degere, cujus rei cauſa aliqua ad vitam referri poteſt. Cum enim mulieres vitam otioſam & ſellulariam agant, plus contrahunt excrementi, nam quibus gentibus ſolitum eſt, ut mulieres labores ſuſcipiant, iis nec uterus tam difficulter geſtatur, & partus facilis eſt, labor enim

excrementa conſumit, quæ in mulieribus otioſis augentur.

Item, cum cæteris brutis aut exigua purgatio, aut nulla manifeſta fiat, mulieri plurima evenit, quæ cum per uteri geſtationem deſierit, infeſtat mulieres atque perturbat. Quippe cum etiam non gravidis, niſi purgationes fiant, ægritudines accidant. Principio autem potius cum concipiunt, perturbari ſolent magna ex parte. Conceptus enim purgationem impedit, & præ ſua exiguitate, abſumere copiam excrementi, inter initia non poteſt, quanquam postea ubi iam plenius adſumere cæperit, levat. Sic Hippoc. 1. de morbis teſtatur, gravidas virorum quodam palleſcere, propterea quod fœtus in utero, puriore ſanguine nutritur, & deterior relinquitur. Gravidarum igitur Urinæ crudiores erunt, videlicet, albæ, tenues, cum pauco ſedimento, quæ tamen ſenſim, quo propius ad partum accedunt, coloratiores fient, quoniam ob fœtus calorem, matrum etiam calor augetur. Alii, ut & autor noſter, ad flocculos confugiunt. Alii ſcribunt, prægnantium integre valentium Urinis quædam innatare tenuia farinæ, aut amylo ſimilia, quæ in quiete ſedimentum, vel ἐναιώρημα deponunt craſſiuſculum, inſtar carptæ tenuiter lanæ, reliquam vero Urinam ſubturbidam exiſtere, aliquatum aut vireſcentem aut libeſcentem. At Urina grauidarum alba eſt, ſupernatantem

nubecu-

nubecula, multique in Urina obſervantur atomi, ut in radiis Solis, in primis vero, quando primo menſe multa ejuſmodi ad fundum ſubſidunt, motaque matula, lanę inſtar diducuntur, poſterioribus menſibus Urina rubea, aut flava, tandem vero nigra fit, ſupernatante nubecula rubea.

Sed hiſce ſignis, ex Urinis, non debet eſſe medicus contentus, ne fallatur, præſertim à puellis ſuſpectæ pudicitiæ, quæ ſæpiſſime conqueruntur de dolore, jam in ilio, jam in hypochondrio dextro, ut ſic aſtutia quadam *ἀμβλωτικὰ φάρμακα* à medicis extorqueant. Ideo medici certiora conceptionis ſigna, memoriæ prodidere. Hippocr. 5. aphor. 57. *Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι, εἰ κύει, ἐπὴν μέλλῃ καθεύδειν, οὐκ ἀδείπνῳ ἐούσῃ μελίκρητον διδοῦ πιεῖν, καὶ ἢν περ στρόφος αὐτὴν ἔχῃ περὶ τὴν γαστέρα, κύει. ἢν δὲ μή, οὐ κύει.* Si velis noſſe, an mulier conceperit, cum futurum eſt, ut dormiat, propina ei non incænatæ, aquam mulſam, & ſi torminibus circa ventrem laboret, concepit, ſin minus, non concepit. Et 58. *Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται, μήτε φρίκης, μήτε πυρετοῦ ἐπιγινομένου, ἄσαι δὲ αὐτῇ προσπίπτωσι, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.* Si mulieri purgationes non procedant, nec horrore, nec febri superveniente, ei contra accidant faſtidia, hanc exiſtima concepiſſe. Quo etiam aphoriſmus ſequens referri poterit. *Γυνὴ ἢν*

Signa conceptionis.

μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, βούλῃ δὲ εἰδέναι, λήψεται, περικαλύψας ἱματίοισι θυμία κάτω, κα[ὶ ἢ]ν μὲν πορεύεσθαι σοὶ δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ σώ[μα]τος εἰς τὰς ῥῖνας, καὶ εἰς τὸ στόμα, γίνωσκε, ὅ[τι] αὐτὴ οὐ δι' ἑαυτὴν ἄγονός ἐστιν. Si mulier non con-cipiat, velis autem ſcire, an ſit conceptura, ubi veſtimentis eam probe circumtexeris, ſuffi de-orſum,& ſi tibi videatur odor ire per corpus ad nares atque os,cognoſce,quod ipſa non ſua cul-pa ſit ſterilis. Alii Urinam mulieris triduo in vi-tro concluſam obſtruunt,& tempore elapſo per ſindonem puram deſtillant, & ſi concepit, mi-nuta animalcula, pediculorum inſtar,apparent, quæ ſi rubea ſunt, maſculum,ſi alba, fæmellam portendunt. Vel, Urinæ mulieris, pelui æneæ infuſæ, nocte una, terſiſſima acus imponatur: hæc, ſi mulier conceperit, mane rubeis erit tin-cta maculis, ſi non, nigra erit & æruginoſa. Quidam etiam hinc certum conceptionis au-gurium deſumunt, ſi mulier ſuccum cardui ſu-mat, ſumtumque evomuerit. Hippocr. lib. de carnib. mulieris à conceptu horrere affirmat. Verum hoc fallax eſt ſignum. Nam, iuxta eun-dem, mulier non *αὐτίκα*, ſed temporis aliquo ſpacio, ut quædam primo, quædam ſecundo, quædam quinto, vel etiam ſeptimo à congreſſu die, plus minusve horret & ſtridet. Ut hinc falſum ſit iudicium Hippocratis, (quem mu-lieres quoque noſtrates ſequuntur) qui ex ſigno, numerum motus,& geniture, & partus

à co

conceptu monſtraſſe ſe exiſtimavit. Magis exquiſita ſunt ſequentia. Retinentur menſtrua, abſque morbo, fluunt decimo aut octavo poſt concubitum die, tormina & dolor pulſatilis circa umbilicum, lumbos, dorſum, uterum, crura, ventriculum adſunt, accedit ἀνορεξία, κίττα, ructus acerbi, vomitus nonnunquam, mamillarum induratio, papillarum rubor, venarum & arteriarum tumor, maxime intra naſum & oculos, vertigo, oculorum caligatio, cephalalgia, rubeæ faciei puſtulæ, alvi excrementa difficilius excernuntur, propter compreſſionem inteſtinorum, & abhorret gravida à coitu, licet antea maximam inde habuerit delectationem. Hæc ſigna ſi medicus cum Urinę inſpectione conjunget, facile poterit plebeculæ ſatisfacere, in gravidarum cognitione.

Quomodo vero diſcernendum ſit, inter conceptionem maſculi & fœmellę, jam paucis enarrandum. Si maſculus conceptus fuerit, ſedimenta erunt globoſa & rubea. Hipp. lib. 5. aph. 61. γυνὴ ἔγκυος, εἰ μὲν ἄῤῥεν κύει, εὔχρους ἐστὶν, ἢν δὲ τὸ θῆλυ, δύσχρους. Mulier gravida, ſi marem conceperit, bene colorata eſt, ſi fœminam, decolor. Lac naſcitur citius, quod emulſum, radiisque ſolis in vitro expoſitum, coaleſcit in toſum, margaritę pellucidę non abſimilem. Et, quia ſecundum Hipp. lib. 5. aphor. 62. & Gal. lib. 2. de ſem. c. 5. ἔμβρυα τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον, *Signa conceptionis maſculi.*

totum dextrum latus in maſculi conceptio[n]
longe melius valet, quam ſiniſtrum, ocul[us]
dexter pulcrior, dextra mamilla magis turge[t]
pulſus dextræ arteriæ velocior, in aſſurgend[o]
dextra parte ſe citius, quam ſiniſtra ſuffulci[t].
Si lac præterea mulieris Urinæ inſpergatur a[d]
fundum concidit, neque ſi ſal adhibeatur, di[f]
fluit. Menſtrua poſt 40 diem à concept[u]
fluunt. Et, iuxta Hippocr. lib. de nat. puer[i]
motus acior in dextro latere, ſexageſimo pl[e]
runque die ſentitur. In ſumma, omnia ſunt v[e]
getiora in maſculi conceptione, quæ eſt à cal[i]
diore ſemine, quam in fœmellæ procreation[e]

Signa conceptionis fœmellæ.

in qua omnia languent. Eſt enim hic maior d[o]
lor, color pallidior, faſtidium cibi vehemen
tius, κίττα gravior, tumor crurum & genit[a]
lium grandior, motus in ſiniſtro latere ci[rca]
diem nonageſimum tardior, fluxus menſtru[o]
rum die triceſima incertior, ſedimenta Urin[æ]
latiora & candidiora.

Quæ συνδρομὴ, imbecillius & frigidius [ſe]
men indicat. Pro colophone addamus d[o]
cumentum quorundam, quo ſexum conc[e]
ptum obſervant. Pulverem ariſtologiæ, cu[m]
melle ſubigunt, quo lumbos cum genit[a]
libus perungunt, hinc ſi prægnantis ſputu[m]
dulce fuerit, maſculum geſtat, ſi amaru[m]
fœmellam. Et hæc ſunt ſigna conception[is]
quæ paſſim ab autoribus celebrantur, ſi n[on]
certa, ſaltem non incerta quæ adeo mag[is]
face

facere debet medicus, ut nihil ex Urina de gravidis pronunciet, niſi in hæc intentos habeat oculos.

CAP. XXXIII.

Judicium ἐναιωρημάτων.

ENαιωρήματα, ad medium Urinæ corpus attolluntur, æquo ſpacio ab utriſque extremis diſtantia. Ea vero, ſi ſint continua & æqualia, ſicut ſedimenta, laudabilia ſunt. Signant enim ſubcrudiuſculum adhuc reſtare, quod ſi concoctum fuiſſet, fundum petiiſſet. Verum etiamſi ſunt continua & æqualia, & concoctum quid ſignant, tamen flatulentum ſpiritum ſubeſſe, non eſt dubium, per quem in mediam regionem lotii ſublevantur.

Atque pleraque, quæ de ſedimento dicta ſunt, hic repetantur, cum ἐναιώρημα nihil aliud ſit, quam ſedimentum à flatulento ſpiritu, in locum Urinæ medium ſublatum.

CAP. XXXIV.

Judicium nubeculæ albæ & ſpumoſæ.

ANtea nubeculas eſſe, per tranſlationem dictas, obſervavimus, cum à fundo matulæ, tanquam à terra in cœlum, quod hic eſt ſuprema regio, attolluntur.

Quæ alba & ſpumoſa eſt, in febribus anticipitibus, ut tertiana vera, bilis effervescentis copiam notat.

In ſynocho periculum minatur, propter dolorem hypochondriacum dextrum.

CAP.

Cap. XXXV.

Judicium nubeculę nigrę, & rubræ.

TRranſmutationis morborum in quarta[...] nam febrim, eſt ſignificatio. Id tam[...] notandum. Sicut minus malum, per n[...] gredinem in nubecula animadvertit[...] ita in enæoremate majus, & in ſedimento peſ[...] mum. Hippocr. lib. 2. præſag. ſent. 29. Nub[...] culæ ſuſpenſæ, vel ſublatæ in Vrinis albæ, bon[...] flavæ & nigræ, malæ. In acutis morbis, cum nig[...] apparet quarto die, malam judicationem in ſ[...] ptimo fore ſignat. Nam τῶν ἑπλὰ ἡ τετάρτη ἐπ[...] δηλ⊙, *juxta aphor. 26. lib. 2. Et vice verſa b[...] na erit criſis ſeptimi diei, ſi aut alba, aut rub[...] in quarto viſa fuerit nubecula. Hippocr. lib. [...] aphor. 69.* ὁκόσοισιν ἡ ἑβδομαίη κρίνεται, τουτέοισ[...] ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τεταρταίῃ ἐρυθρὸν, κ[...] τ᾽ ἄλλα κατὰ λόγον. *Quibus ſeptimus judicatu[...] his nubeculam habet Vrina, die quarto rubra[...] & alia juxta rationem. Maluit autem hic Hipp[...] crates ſigni judicatorii rarioris meminiſſe, ut r[...] beæ nubeculæ, non autem albæ, quæ frequenti[...] eſſe ſolet. Signat autem Vtraque, humores noxi[...] propemodum concoctos eſſe.*

Ca

CAP. XXXVI.

Judicium albæ nubeculæ, non continuæ, non æqualis.

FLatuum ingentem vim notat, per quos in altam regionem nubecula ſuſtollitur. Cruditatis præterea cujuſdam nota eſt, ſicut in ſedimento, cujus judicia & hic ſpectanda ſunt.

SCHOLÆ.

ENαιώρημα καὶ νεφέλη, non habent diverſum ab hypoſtaſi iudicium, cum ſint omnia eiuſdem ſubſtantiæ, & ſitu tantum loci differant. Quemadmodum enim ἐναιώρημα eſt portio Urinæ craſſa, in medio matulæ ſublimis & pendula, aut, ſi forte exquiſite media non ſit, paulo magis deorſum, quam ſurſum vergit, levior hypoſtaſi, quæ in fundo ſubſidet, ita νεφέλη eſt, quod in Urinis pendet eodem modo, quo nubes in aëre. Quapropter & Nubes Latinis, & Nubecula vocatur. Gal. 2. prognoſt. ſent. 29. & 36. ſcribit, Hippocrati νεφέλην καὶ ἐναιώρημα idem eſſe, aut ſaltem νεφέλην ſpeciem exiſtere τοῦ ἐναιωρήματος, cuius duas conſtituit Hippocr. ſpecies, ἐναιώρημα γονοειδὲς, καὶ νεφελοειδὲς, ἢ ἐπινέφελον. Illud ſemini ſimile eſt, craſſius, compactius, ſolidius, candidius

candidius & rotundius, hoc nubi, quod n[illegible]
colore eſt album, nec etiam plane nigrum, ſ[illegible]
horum medium, ut Galen. 3. Epidem. comm.
text. 4. teſtatur, quod rarius, magisque diff[illegible]
ſum, inſtar aëris ſereni, qui aliquot nubes p[illegible]
ſe ſparſas habet. Hæc diviſio non tantum diff[illegible]
rentiam ſitus loci, verum etiam naturæ diſcr[illegible]
men indicat.

Ἐναιώρημα autem καὶ νεφέλη ſemper a fla[illegible]
fiunt, qui materiam in altum pellit, alias
fundo matulæ ſubſideret. Qua ratione ceph[illegible]
lalgiam portendunt. Quanquam in febribu[illegible]
& aliis morbis acutis, qui à tenuioribus pr[illegible]
creantur humoribus, ἐναιώρημα præſtet h[illegible]
poſtaſi.

Raſes ſcribit, nebulas nigras, longas vig[illegible]
lias & παραφροσύνην indicare, & in ſenib[illegible]
lethales eſſe, rubras vero ſuſpenſiones & craſſa[illegible]
morbi longitudinem minari.

Cap. XXXVII.

Judicium coronæ vel circuli.

Quemadmodum in inferioribus region[illegible] bus erat contentorum certa ſignificati[illegible] talis quoque eſt in ſuprema regione. Qu[illegible] re ejuſdem contenta diligenter attende[illegible] da ſunt, inter quæ primum eſt ipſa Corona, quæ [illegible] aliis circulus, qui ſi abditus fuerit, æqualem co[illegible] flictionem noxiorum humorum, cum natura po[illegible] tendit. Sin evidens, virtus naturæ aut vicit, a[illegible]

vic[illegible]

victa eſt, ut ex certis coloribus ejuſdem manifeſtum eſſe poteſt. Alioquin & tales coronæ in aliis liquoribus cernuntur, in vino, oleo, aqua. Etſi autem ejus partes ſunt aquoſæ & fluidæ, tamen propter aëreæ qualitatis temperamentum attolluntur. atque eædem coronæ turgeſcunt, aëre interclusſo in Urina.

Coronæ vero nomen inditum eſt propter matulæ rotundam figuram, atque fere fit ex umbræ linea, ſuperficiem ambientis, alia atque alia.

SCHOLÆ.

Corona fit ab eadem fere cauſa, à qua bullæ, videlicet à flatu, ideo primo affectum capitis ſignificant. Sæpius autem coronæ color ab Urinæ colore variat, interdum convenit. Si Urinę malis coloribus exiſtentibus, declinaverit coronę color ad bonum, bonum indicat, ſi vero ſit deterior, quam Urinę color, peſſimus eſt, naturam enim hic victam, ut ille vincentem humores monſtrat. Situs matulæ & viſus conditio, varios coronę colores efficere poteſt. Diligenter itaque hoc eſt animadvertendum.

CAP. XXXVIII.

Judicium coronæ Craſſę, albę, ſubſpiceæ, ſpiceę, aquoſæ.

Poſteriores ejuſdem judicia ſubjecerunt, veteribus non uſitata, & in quibus ſæpe juſtæ

cauſæ

cauſæ deſiderantur. Verum ut ſcenæ inſerviam eadem judicia ſubdere placet. Horum hypoſtaſis ex certis ſedibus humorum, ut ſanguinis in fron flavæ bilis in dextro tempore, pituitæ in occipit atræ bilis in ſiniſtro tempore. Sic ex dominio ca cujus humoris corona tingetur, atque hujus par dolentis erit notatio. Sed hæc hypoſtaſis eſt à prob tis autoribus nondum confirmata, & tamen com munis experientia non admodum refragatur.

Ita corona craſſa & aquoſa, præcipue occi refertum pituita eſſe oſtendit. Cauſa. Nam in c pite, pituitæ domicilium eſt in occipitio, juxta rum placita. Itaque & color albicat, propter tuitam redundantem, qua calor nativus debili tur & ſupprimitur, neque eadem, cùm ſit craſ facile expurgatur. Quare non tam cerebrum quam ventriculi interiorum ſenſuum organa pe turbantur, præſertim propter craſſitudinem humiditate natam. Huic & gravitas capitis eadem parte ſuffragatur.

SCHOLÆ.

κατ' ἴξιν.

QUantum turbarum, in Medicorum r publica, Hippocraticum illud κατ' ἴξ vel κατ' ἰθυωρίαν dederit, teſtant tam variæ interpretationes & opiniones cla riſſimorum virorum. Quidam enim interpr tantur de fibrarum ſeu villorum rectitudin

Hi

tantur de fibrarum ſeu villorum rectitudine. Hinc Gal. 13. method. med. cap. 5. laborante crure, ſanum ſacrificare jubet, ſervata exacta anatomica rectitudine, ex villorum, quibus venæ & arteriȩ conſtant, diametro, recto tramite & ductu. Sic laborante hȩpate, iecoraria in dextro brachio ſecanda eſt, propter rectitudinem fibrarum, quȩ dextro lateri cum hepate communes ſunt. Hinc in pleuritide dextra nequaquam ſiniſtri lateris vena ſecanda, è dextro namque latere, nulla vena rectis fibris in ſiniſtrum concedit, non igitur ſic revulſio κατ' ἴξιν fiet. At inflammato cruri dextro, contrarium eſt ſiniſtrum, hinc enim communis & directa venarum ſocietas, per quam ſiniſtrum crus inciſum evocat è dextro. Et aperta vena primum quidem pars vulneri propinqua exinanitur, hæc dein è longinquis ſanguinem prolicit, quumque id rectarum fibrarum ope compleat (illas ſiquidem trahendo natura deſtinavit) plus ſanguinis & expeditius ab iis partibus, in quas fibræ diriguntur, quam à cȩteris, eripiet. Sic Fernelius κατ' ἴξιν Hippocratis com. 1. ſect. 1. lib. 6. Epid. interpretatur. Quem Fuchſius quoque ſequitur com. in ca. 16. lib. de ſang. miſſione. Sed plurimæ ſunt rationes, quæ faciunt, quo minus his aſſentiamur. Secta vena, abſque diſcrimine, exit humor quilibet, bonus cum malo, malus cum bono, in plethora maxime nullius fibrarum operis interventu. Quid fibræ rectæ *κατ' ἴξιν non eſt in fibrarum rectitudine.*

ad evacuationem, quarum munus eſt attrah-
re? Evacuatio & expulſio fit per tranſverſas fi-
bras. Et cur fibræ rectæ attrahent potius a
vulnus ſcalpello factum, quam ad jecur? Ven
ſectio item eodem modo evacuat, quo vom
tio, quæ ſola ſtomachi & gulæ exterioris tun
cæ fibris tranſverſis contextæ opera perficitu
Gal. 3. de fac. nat. cap. 8. Videmus præte
ſæpiſſime, humoris noxii excretionem fie
per longuinquas partes, mirum eſt, fibras i
rectas non attrahere illum ad propinquior
Denique rectæ fibræ per totum venarum c
pus diſperſæ ſunt, non autem ſiniſtro vel d
tro parieti ſolummodo appoſitæ. Qua igi
fronte dicent, in lienis affectibus ſic partit
eſſe in vena cava humorem melancholic
ut illum tantum fibræ rectæ ſiniſtri lateris
trahant, non autem dextri, licet has allu
Fortaſſis fibræ rectæ ſiniſtri lateris, acyr
ſtricto, cum fibris dextri lateris congredien
ne hæ aliquid juris ſibi ſumant in illum hu
rem, qui ſoli ipſarum maieſtati ſubditus ſit.

Alii illud κατ' ἕξιν, ad partium continua
nem & copulationem retulere. Corporis e
(inquiunt,) partes omnes, veluti quadam
ciali amicitia iunctę, invicem conſentiun
compatiuntur. Ideo diviſum & bipartitum
pus eſt, non modo, ut gemina eſſent mem
& cum una parte laboramus, altera mi
deeſſet officio, ſed etiam, ut unius loci affe

univ

univerſo corpori minus obeſſet, quod ſane accidit, dum in ſuæ regionis, ſuive lateris partibus ſiſtitur, ut ulterius progredi non poſſit. Hac equidem ratione fit, ut dextra cum dextris, & læva cum lævis majorem, quam cum oppoſitis, συμπάθειαν & conſenſum habeant. Ob id, ſi phlegmone iecur occupat, dextrum omne corporis meditullium plus mali, quam ſiniſtrum percipit. Ergo, ſi in morbo, dextra gravius torquentur, ob conſenſum, quem facit vicinia, ut criſis naturam morbo ſuperiorem eſſe demonſtret, merito ex dextra regione ſanguis erumpit. Sic in cephalalgia dolor, à bile in dextrum latus, à melancholia in ſiniſtrum decumbit, propter rectitudinem & conſenſum partium. Ex horum humorum dominio Urinæ corona vario colore tingetur, qui locum affectum in capite, coſmocritico circino notabit. Ob eandem cauſam, liene laborante, mala criſis fiet ἀνάπαλιν, dextra nare ſanguinem ejaculante, ut & iecore affecto, ſiniſtra. Gal. lib. 1. de humor. com. 14. Hinc in morbis lienis ſemper vena ſiniſtri brachii tundenda, quia ſiniſtra ſiniſtris conſentiunt. Gal. lib. de curandi rat. per ſang. miſſ. cap. 15. & 16. lib. 3. de criſib. cap. ult. lib. 2. ad Glaucon. cap. 2. Hæc opinio quæ funiculos ex arena nectit, ac illa prior. Nulla vena ab hepate inflammato in dextrum potius, quam ſiniſtrum latus fertur. Materia tum morbifica ejicitur, à facultate hepatis

κατ' ἴξιν nota eſt in partium copulatione & propinquitate.

expultrice, in venam cavam. Hæc commu
eſt tam ſiniſtræ, quam dextrę parti. Quæ i
tur ratio erit, ut in iecinoris phlegmone, ve
iugularis dextra pars materiam potius hauri
quam ſiniſtra, cum in principio expulſio
ambę humoris ſunt participes? Quod hic
repagulum ſiniſtræ partis, quo minus min
morbi hanc inficiat? Dicunt, ſi in morbo i
noris, ex dextra regione ſanguis erumpet.
eventu docemur, corporis totius validum
robur, quando partes, quas vi morbi omn
imbecillimas reddi par eſt, noxiam mater
Balſamita Mumia adiute excernere potuer
Quid enim? ſi dextra regio magis, quam
ſtra morbo gravabatur, nunc vero humo
ſuperatum extrudere valet, iam de morbo
umphans, quis non optime de ægri ſalute
rabit? quis non dicet, in aliis validum eſſ
bur, cum id afflictis mage particulis nom
fuerit? Eo certe nomine excretiones per
dem regionem fieri ſolitæ, meliorem criſi
notant, & morbi integram ſolutionem
ciunt, ut hactenus obſervatum eſt. Sign
enim facultatem, quæ in peius affecta
debilior erat, morbi materiam viciſſe, du
ſuo latere facta eruptione, ſanguinem
fomitem extrudit.

Quod ſi dolente iecore, naris ſiniſtra α
ῥαγίαν patiatur, dextri lateris vires lang
nimiumque fractas eſſe conjiciemus, &

m

morbo tandem ſuccumbat æger, verebimur. Hoc ſaltem neceſſario futurum dicemus, ut talis evacuatio nihil ægro proficiat. Id enim portendit, naturam nondum humorem ſuperaſſe, nec brevi ſuperaturam, ut quæ inutili excretione magis ac magis debilitetur. Nam ſanguis ex oppoſita nare profluens, neque ut ſignum, neque ut cauſa prodeſt, cum partis eius, de cuius vi maior eſt diffidentia, (ut ad quam præcipue morbus ipſe pertineat) robur non indicet, & minus impurum humorem, forte retentricis facultatis errore, evacuet. Præterea, dextri lateris maior eſt plenitudo, quam ſiniſtri, quia humorum confluxus ad dolentem particulam undiquaque fieri ſolet, ea vero potius inanienda pars videtur, quæ magis gravata eſt. Quamobrem recte ſentiunt, qui ἀνάπαλιν, ab oppoſito latere factam ſanguinis eruptionem improbant, cum non modo inutilis, ſed & damnoſa (quia morbum producit) videatur. Hæc ſunt, quæ pro hac opinione afferri poſſunt, quæque attulit Philoſophus & Medicus quidam ſummus, ſed minus apte, & οὐδὲν πρὸς ἔπος. Expulſio ſemper fit, à partibus robuſtioribus in imbecilliores, quæ imbecilliores excrementorum affluxum prohibere, aut à ſe depellere nequeunt. Laborante hepate, dextra pars imbecillior erit, ſiniſtra vero, quia oppoſita, robuſtior. A ſiniſtra igitur potius fiet tranſpoſitio materiæ in dextram

imbecilliorem,quam contra.Ut ideo falſum
incipere motum expulſionis à latere affec
laudabile igitur eſſe, ut in eodem latere, m
autem ἀνάπαλιν perficiatur, cum contrari
ſoleat fieri. Et ſecundum hoc axioma, mini
corruet noſtra ſententia, impetus enim exp
ſionis ſi continuabitur in loco affecto, fiet
pulſio in partem ſanam, unde evacuatio ἀν
παλιν.

Præterea melius ſignum erit, ſi ἀνάπα
fiat evacuatio. Indicat enim tantum fuiſſe p
tis dextræ, quæ læſa fuit, robur, ut potue
ſe vitioſum humorem in ſanam partem re
lere. Amplius fatemur, affecto inflammati
jecore, partem dextram magis torqueri &
imbecilliorem, facilius itaque in illam jecur
crementa, criſi felici, exonerare poſſe, non
men propterea ſequitur, ſi evacuatio fiat ἀ
παλιν, illam ſymptomaticam futuram. N
cum ſit venæ cavæ ductus & fruticatio, utri
corporis parti communis, hæmorrhagia
ſtræ naris non minus dextrum, quam ſiniſtr
latus evacuabit. Et quoties videmus in affe
bus lienis, ſaluberrime jecorariam ſecari, u
naris dextræ profluvium ſequi ſecurum, q
morbum finit? Cujus rei exemplum, co
ſeipſum adducit Gal. lib. 3. Epidem. ſect
paragr. 17. in illo ægro, qui in Dealcis dec
bebat horto. Quod veritatis ſtudioſus dili
tiſſime contempletur.

I

Idem dicimus de corona Urinæ, in qua ipſi rectitudinem & continuationem partium etiam afferunt. Quid bili cum dextra parte capitis? Communis eſt venæ cavæ ductus in dextram & ſiniſtram partem, ergo per hanc tam in ſiniſtram quam dextram partem, bilis cum ſanguine devehetur. Sic in tertianis, quę à bile fiunt, totum caput poſt paroxyſmum laborat, non autem tantum dextra pars. Idem de aliis humoribus & colore coronę ſentiendum. Dicamus igitur, coronam flavam indicare quidem bilis raptum ad ſuperiora, non tamen certam capitis partem demonſtrare, in qua ſedem dolor habeat fixam, aut à qua promanaverit. Quare merito concludimus, evacuationem, ut & revulſionem, derivationemque κατ' ἴξιν, vel κατ' ἀϑυωρίαν, neque in fibrarum rectitudine, neque in partium copulatione & propinquitate ſitam eſſe, ſed ſola vaſorum continuatione, & rectitudine ductus, qui in evacuatione artificioſa ſolus & primus à medicis conſiderandus.

κατ' ἴξιν in ſola vaſorum rectitudine ſita.

CAP. XXXIX.

Judicium coronæ craſſæ, ſubrubeæ, vel purpureæ.

SInciput abundat ſanguine. Tunc adſunt pungentes dolores in fronte, ibidem eſt venarum plenitudo, & corpuſcula rubea ante oculos volitant. Quando hæmorrhagia ſequeretur ultro, ipſa melior eſſet ſanguinis miſſione, ex humeraria vena.

SCHOLÆ.

Frequens talis eſt Urinæ corona, in pleth[illegible] ricis, qui laborant cephalæa, aut cephalalg[illegible] non autem tantum ſincipite dolent, quanqua[illegible] dolor frequentius ſinciput, quam ullam alia[illegible] capitis partem, infeſtat, propter ſuturas rara[illegible] cranium tenuiſſimum & fiſtuloſum, magnum[illegible] que venarum & arteriarum concurſum, qu[illegible] ſanguinem calidiorem mutuo ſibi commun[illegible] cant. Venæ enim & arteriȩ, ſecundum Gale[illegible] 3. de fac. nat. cap. 15. habent in ſe mutuo r[illegible] cluſa oſcula, ita ut ex uno vaſe attrahatur in a[illegible] terum. Indicio eſt, quod iugulato animali p[illegible] ἀρτηριοτομίαν, venæ æque vacuæ ſanguin[illegible] ac arteriæ reperiantur. Hinc accidit iux[illegible] eundem lib. de plenit. cap. 11. ut venȩ & a[illegible] teriȩ, propter mutuum vaſorum confluxum[illegible] in plethoram aliquando ſimul incidant, a[illegible] quando non, cum tenaces & craſſi humores [illegible] venis collecti ſunt, qui non facile in arterias d[illegible] rivantur, maxime autem dictas Galeno lib. [illegible] de ſem. cap. 12. capreolares & hederales.

Cap. XL.

Judicium coronæ ſpiceæ & tenuis.

Siniſtra pars cerebri dolet. Ea enim in pa[illegible] atram bilem dominari tradunt. Itaque ſpic[illegible] ex frigiditate, tenuis ex ſiccitate humoris proven[illegible]

Atq[illegible]

Atque huic dominanti, atrabilariorum ſymptomata addantur, utpote, quod ſint ſuſpicaces, timidi, avari, &c.

CAP. XLI.

Judicium coronæ fulvæ & tenuis.

DExtræ partis, in capite, eſt dolor, valde pungens. Ibi enim flavæ bilis domicilium eſſe creditur.

CAP. XLII.

Judicium lividæ & plumbeæ coronæ.

Aut ſacrum morbum, aut cerebri mortificationem notat. Itaque nervi in motu, & ſenſu, officium ſuum non præſtant.

CAP. XLIII.

Judicium coronæ tinctæ, prius lividæ, deinde rubeſcentis.

MElioris valetudinis ſpes concipienda eſt, cum ex mortificatione membra reddantur viva. Quare cum viſa fuerit corona livida aliquot dies, quarto vero die, & ita amplius, rubeat, virtutis animalis, ſeſe colligentis, eſt nota.

CAP. XLIV.

Judicium viridis coronæ.

HIc dominatur bilis porracea, quæ ſi fuerit in acuta febri, timenda eſt phrenitis, propter raptum bilis in caput, præſertim porraceæ. Cauſa coloris eſt potiſſimum nimia aduſtio fervidæ bilis, in caput vergentis.

Cap. XLV.

Judicium nigræ coronæ.

SI livida præceſſerit, mortificationis, ſi viri… aduſtionis nota eſt, non ſecus, ac de ipſa Uri… nigra ſuperius diximus.

Cap. XLVI.

Judicium coronæ tremulæ.

DOlorem ſignificat hæc Urina, à cerebello … ſpinalem medullam, uſque ad os ſacru… Cauſa, ex dolore flatus aſſurgit ſurſum verſ… aut etiam humor tenuis, qui tremoris in cor… cauſa eſt.

S C H O L Æ.

Talis corona apparet plærunque in men… bus retentis. Ab utero enim, poſt menſiu… retentionem, aut ſeminis corrupti, humoru… que illic παρὰχω, dolor in occipite magis … ſpinali medulla percipitur, propter conſenſu… uteri cum cerebro per ſpinalem medullam, c… robuſtis connectitur ligamentis.

Cap. XLVII.

Facitne ad criſin coronæ color, vel albus, vel niger?

ActUarius ſic habet in 2. cap. 15. In Urin… aureis, rubris, vineis, & aliis id genus, ſi al… fuerit corona, aut albæ ſimilis, bonum in Uri… ſignum eſſe notat, quod nempe natura jam hum…

rib.

ribus dominari inceperit. Sed in viridi & paſſea Urina, ſi corona ſit pejoris coloris, contrarium & malum adeſſe conjectari oportet, tanquam pravi humores dominari naturæ nitantur.

CAP. XLVIII.

Judicium bullarum perdurantium.

SIcut bullæ in corona, quarum aliæ reſident & evaneſcunt, aliæ permanent, illæ quidem ex ſubita & vehementi mictura proveniunt, & nihil ſignificant, ita hæ longum tempus durant, cum flatus in humoribus perturbatis incluſi turgeſcunt, in certa magnitudine, propter flatuum multitudinem, atque ſi tales in corona apparuerint, morbi cruditatem & diuturnitatem ſignabunt, præſertim tamen cephalalgiam ex crapula, propter flatus ex cruditate humorum natos, & propter levitatem in caput uſque ſurrectos. Atque à cauſa ventoſa cephalalgia nominatur, ſiquidem à flatibus & meninges inflantur, & ſuturæ diſtenduntur.

Teſtantur eædem imi ventris rugitum. Atque ſi multi fuerint flatus, citam creant alvum, aut ſi iidem ad renes pervenerint, qui quoque ſunt frigidi, ſicut & flatus, & crudi humores, nephritim gignunt, præſertim, ſi Urina tenuior abſque ſedimento fuerit, & albæ bullæ. Quare Hippocr. lib. 7. aphor. 32. inquit, ὁκόσοισιν ἐν τοῖσιν οὔροισι πομφόλυγες ἐφίσανται, νεφριτικὰ σημαίνουσι, καὶ μακρὴν

μακρὰν τὴν ἀῤῥωςίαν ἔσεσϑαι. *Quibus in Urin bullæ ſuperſtant, his renales morbos, & longa ægrotationem fore ſignificant. Siquidem cauſa as ſunt, crudi humores, & caloris debilitas, qui ill excoquere nequit, unde flatus gignuntur ex qu bus bullæ prodeunt. Nam juxta Galenum, bul ex humiditate fiunt, à flatuoſo ſpiritu circumter ſa, & cum frigidum hic dominetur, longitudine quoque morbi ecquis non affirmaret, cum hæc ſin concoctu difficilima?*

CAP. XLIX.

Judicium bullarum & perpetuarum, & diſpe ſarum, & in medium Urinæ corpus declinantium.

BUllæ, ſi perpetuitatem habent, i eſt, ſi quamplurimæ integra ſer in corona apparuerint, cephalalg & gravitatem, & magnitudinen portendunt. Cauſa. Teſtantur enim flatuum eſſe vim ingentem, in caput exſpiran tium.

Sin autem diſperſæ fuerint, veluti modo binæ modo ternæ, modo plures conſociatæ, mitiorem capitis dolorem indicant, cum ſit & cauſa parum debilior. Obſervatur & hoc in bullis aureis, ve aureo colore imbutis, quod ſit difficilior cæphalal gia, propter bilis acceſſionem.

Cæterum, quæ in medium Urinæ conſcendun

ſut

ſub corona, etſi morbum capitis diſſolutum, atque adeo mitiorem ſignant, tamen deſtillationem in pectus iiſdem indicari creditur, & fluxionem in partes ſubjectas.

Quare nonnulli eaſdem partes ſignificare contendunt, ex earum in ſuperficie intervallo, magis, ut arbitror, barioſe, quam vere. Fit enim fluxio in aures, in oculos, in pectus, & alias partes. Et tales bullæ vulgo granula nominantur.

CAP. L.

Judicium bullarum in ſuperficie Urinæ natantium.

NOtant non tam capitis imbecillitatem, quam naturæ infirmitatem, cum propter obſtructionem, tum propter crudorum humorum copiam.

SCHOLÆ.

SPuma, juxta Galenum lib. 2. aphor. 43. generatur, ex miſtura ſpirituoſa, & humida, quæ invicem permiſcentur, in multas partes fractis utriſque & cominutis, & plurimas, inter collidendum, bullas parvas excitantibus. Quod ſi ita fractus humor, cujus cum ſpiritu circumplicatione & complexu bullas excitari contingit, craſſam & viſcidam conſiſtentiam habuerit, tunc inde nata ſpuma, ſoluti difficilis & conſtans evadit, qualis maxime curſu fatigatis *Spumæ & bullarum generatio.*

gatis equis, atque iracundia permotis apris circa os colligitur. Subſtantiæ porro utriuſque comminutionis & permiſtionis cauſa, ex ſententia ejuſdem, alias exiſtit, vel utriuſque, vel alterius tantum motus violentus, alias calor vehemens, niſi quis forte hunc ſuo quoque motu ſpumam excitare dicat. Ut revera ſpumam duabus de cauſis generari dicere poſſumus, in mari vento vehementius urgente, propter impulſionis & impetus vehementiam, in fervente lebete, ob calorem. Sic in corporibus animalium per καταπληξίας epilepticas, jactatione & motus violentia, in apris, & equorum curſu, calore, utriuſque cauſæ vehementia, ſpuma naſci ſolet. Cum enim inter reſpirandum, aër intro ac foras continenter feratur, tum ſalivam ipſis tenuari, tum ex pulmonibus, vaporis inſtar, elatum quiddam ipſis permiſceri accidit, quod gignendæ ſpumæ ſubſtantiam auget. Non autem è ventriculo ſpuma prodit, ſed ex pulmone, atque cerebro. Sanguis enim pulmonis ſpumoſus eſt. Et Hipp. aphor. 28. li. 7. inquit, ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα τὰ ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥέει. Idem ſentit Ariſtot. 2. de gener. animal. cap. 2. Gal. comment. 3. de rat. vict. acutor. text. 12. 1. Prorrhetic. 21. 2. Prognoſt. 27. lib. 1. de humor. comm. 19. Gent. in Avic. lib. 1. fen. 2. doctr. 3. tract. 2. cap. 5. Cauſæ autem efficientes, gignunt ſpumam, dum humores rarefaciunt,

refaciunt, quibus rarefactis includitur aër, ac ſpiritus, qui incluſi, dum ſubinde tentant exitum, ſpumam efficiunt, quæ eo diutius durat, quo craſſior materia fuerit, ex qua ſpuma & bullæ generantur, & in qua eadem reſident.

A frigore quoque, ſed non primo, ſpuma excitari poteſt, dum videlicet flatus generat, qui erumpere magno cum impetu conantur. Spuma autem, quæ ex mictione provenit, non tam diu perſeverat, ut illa, quæ in corpore genita eſt.

Solet porro ſpuma apparere, quia flatus arctis meatibus antea incluſi & compreſſi, dum quaſi effractis repagulis extra vaſa ruentes, locum ampliorem occupant, exilientes humores elevant, & ſpumam generant.

Idem dicendum de bullis. Non enim diverſa eſt generatio, neque diverſa ſignificatio.

Si cum ſignis deſtillationis, bullæ apparuerint, & febris adſit, pleuritin portendunt, item podagram.

Sæpe bullæ primo non apparent, & poſtea conſpiciuntur, tunc naturam concoctioni indulgere, certum eſt. Proinde in febre, declinationem ejus eſſe conjiciemus. Semper tamen bullæ ſunt minus vituperandæ, ſi cum Urina craſſa apparuerint, propter minorem cruditatem.

Spuma multa, citra Urinæ agitationem innatans,

natans, præter flatus, colicum dolorem immi-
nere oſtendit.

Raſes ſcribit, bullas globoſas, ſanguinis è
naribus fluxum, croceas vero cum quadam
albedine, pulmonis ægritudinem ſignificare.

CAP. LI.

Judicium pinguedinis ſupernatantis.

AUt totius corporis tabem ſignat, ſi febris perpetua adſit, aut renum affectionem, cum cum nulla adeſt febris. Hippocr. in prænotioni-bus, pinguedines (inquit) ſuperne inſtantes, ara-nearum telis ſimiles manare oportet, ſunt enim colliquationis ſigna.

SCHOLÆ.

TAlis Urina interdum habet, velut pun-cta olei injecta, & idem ſignificat, quo pinguis Urina, quanquam paulo inefficaciu. Quo autem facilius hæc diſſipantur, eo fa-ciliorem morbum denotant. Fernelius ſcri-bit, ſe nonnunquam animadvertiſſe, e-epoto oleo, ejuſmodi cum Urina fluxiſſe contenta.

Galen. lib. 8. de compoſ. medic. cap. teſtatur Urinas ſimiles juſculis carnium, non pinguium, conſequi magnas jecoris inflamma-tiones, & quidem in magna copia.

CA

CAP. LII.

Judicium fœtidæ Urinæ.

SI Urina plurimum fœtet, aut alicujus viſceris putrefactionem, aut corpus jam mortificatum notat. Talis fere oritur à purulentis membris. Nam ſi gravis odor adfuerit, potiſſimum nephritin ſignificabit, maxime, ſi dolor fuerit in dorſi clavicula, ſiquidem, ſi in dextro hypochondrio depræhenditur, jecoris putrefacti eſt ſignificatio, ſin in ſiniſtro, lienis. Hippocr. lib. 4. aphor. 79. ἢν λεπίδας οὐρέῃ, καὶ ὀσμὴ βαρέη ᾖ, τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει. *Si quis ſquamas meiat, & odor ſit gravis, veſicæ hulcerationem ſignificat. Idem in prænotionibus inquit, lethales ſunt Urinæ fœtidæ, aquoſæ, nigræ & craſſæ.*

SCHOLÆ.

OMne alimentum, ſit nutrire debet, neceſſe eſt, ut ſimile corpori noſtro reddatur. *Fœtoris cauſa.* Quod ut fiat, partes inutiles ab utilibus ſecerni per πέψιν καὶ σύγκρισιν oportet. πέψις autem ἕψησις eſt quædam, ut recte Gal. lib. 3. de fac. nat. cap. 7, contra Eraſiſtratum adſerit. ἕψησις δ᾽ ἐστὶ, τὸ μὲν ὅλον πέψις ὑπὸ θερμότητος ὑγρᾶς, τοῦ ἐνυπάρχοντος ἀοριστου ἐν τῷ ὑγρῷ. ἐστὶ δ᾽ οὐ πᾶν σῶμα ἑψητόν. οὔτε γὰρ ἐν οἷς μηθέν ἐστιν ὑγρὸν, οἷον ἐν λίθοις; οὔτε ἐν οἷς ἔνεστι μέν, ἀλλ᾽ ἀδύνατον κρατηθῆναι διὰ πυκνότητα

οἷον ἐν τοῖς ξύλοις. ἀλλ' ὅσα τῶν σωμάτων ἔχει
ὑγρότητα παθητικὴν ὑπὸ τῆς ἐν τῷ ὑγρῷ πυρώ-
σεως. Quo in numero & cibos eſſe, quis non
videt? Habent enim humiditatem ejuſmodi
quæ à calore nativo, qui in humido exiſtit:
pati queat. ἕψησις autem eſt ἐναντία μόλυνσις:
quæ ἀπεψία exiſtit. εἴη δ' ἐναντία ἡ τῇ πρώτῃ
λεχθείσῃ ἀπεψία ἡ ἐν τῷ σώματι ἀορίστου,
ἔνδειαν τῆς ἐν τῷ ὑγρῷ τῷ πέριξ θερμότητος
συμβαίνει γὰρ ἡ πέψις, καὶ ἡ ἔνδεια ἢ ἡ διὰ
πλῆθος τῆς ἐν τῷ ὑγρῷ ψυχρότητος, ἢ διὰ
ἐν τῷ ἑψομένῳ πλῆθος. τότε γὰρ συμβαίνει τ
ἐν τῷ ὑγρῷ θερμότητα πλείω μὲν εἶναι, ἢ ὥστε
κινῆσαι, ἐλάττω δὲ, ἢ ὥστε ὁμαλῦναι καὶ συμ-
ψαι. Quare in μολύνσει, cum ſit frigus, & f
gridi humoris copia, quique elixari nequit, n
ceſſe eſt, ut cruditati huic ſuccedat corrupt
& fœtor, ſicut cum bene procedit coctio, b
odores in rem coctam inducuntur. Idem
ὀπτήσει & σατώσει dicendum. Hinc recte G
comm. aphor. 26. part. 3. τὴν ἀπεψίαν,
quit) ἡ δυσωδία τῶν διαχωρημάτων ἐνδείκ
Sic ruta, cepæ, reddunt, ſecundum Galen
lib. de attenuante victu. cap. 1. Urinas
olentes, quia cum coctio fiat à calore miti
acrimonia ſua, maſſæ humorum permiſta,
bant coctionem, abſumuntque, ex ſent
Oribaſii, humidiorem portionem, quę
odorem retundebat, ſicut etiam in pure
dorum carbonibus iniecto, apparet.

Fœtor à cruditate.

autem, quam quidam ex Ariſt. ſect. 2. problem. 3 adferunt, quod videlicet illa communicent ſero & Urinæ corruptos humores, nulla eſt. Videmus enim, hoc quoque in ſaluberrimo corpore fieri, in quo ad corruptos humores, cum nulli inſint, tanquam ad aſylum minime confugere poterint. Quanquam idem Ariſt. ſect. 13. probl. 6. aliam hujus rei proponit cauſam, dum ſcribit, allium hæc tria facere, ut Urina augeatur, & ſpiritus excitetur, isque deorſum, non ſurſum, quæ quidem ſitus veſicæ, teſticulorumque ideo ſentit, quod & in vicino eſt, & ſpiritui opportunior habetur ut tentigo ſive priapiſmus dictus, abunde declarat. Cum igitur excrementum allii omnium maxime ad veſicam, poſſit una cum ſpiritu devenire, permiſcens ſeſe, odorem Urinæ plenæ committit, cum cætera vel ſurſum ſpiritum & ructus movere ſoleant, ut radicula, vel Urinam excitare nequeant. Quę omnia cum priori conveniunt opinione, ſi quis ſaltem illa diligenter ad animum revocet, quæ breviſſime à nobis adumbrantur, non autem Aſiatico eloquentiæ genere, ſeſquipedalibusque Cothurnis, in ſcenam Tragicam introducuntur. Eandem Urinam ſępiſſime reddunt Cacochymici, & quibus ob inſatiabiles animi æſtus, nihi prius & frequentius eſt, quam ὀργᾷν πρὸς τὴν ὀχείαν. Enervatur enim in iis calor, qui aſſidua libidine & titillatione agitatus, una quoque commovet

humores, coctionem turbantes. Eo etiam vi[...]
detur reſpexiſſe Rex Aracam, qui ſic expe[...]
ritur futuræ uxoris temperamentum. Duod[...]
cim virgines lectas, lotas, goſſypino indui ju[...]
bet panno, tum ad meridiem uſque ſub ſo[...]
morari. Ubi deſudarunt, odor cujuſque ind[...]
menti exploratur, quarum male olet, ſuis e[...]
nuptum dat, bene olentium ſibi retinet. H[...]
enim optima fruuntur ſanitate, dignæque th[...]
ro Attalico merito cenſentur.

Concludimus igitur fœtorem, niſi ſit rei n[...]
turalis, ut cimici, caſtoreo, ſagapeno, ſobol[...]
eſſe ἴχνος ἀπεψίας, quam ſi quis velit dexterè[...]
candidè, cum Ariſt. lib. 5. de ortu animal. c[...]
4. lib. 4. cap. 8. ad putredinem alimenti, c[...]
putredo concoctioni contraria eſt (hæc aut[...]
erit ἀπεψία, ἢ μόλυνσις) revocare, non re[...]
gnamus. Fœtor enim qui rei non naturalis[...]
citur, ſuccedens ſuavi, aut ſaltem non in[...]
vi, fit à cruditate, & per corruptionem [...]
ti generatur. Non tamen putredini adſ[...]
poteſt. Multa enim putreſcunt, absque [...]
tore, multa fœtent, abſque putredine. [...]
fœces alvi, quas ſi quis vellet putridas appe[...]
dignus ſane eſſet, cui putreſcerent inte[...]
Immo Hippoc. in Coac. prædict. lib. 1. ſe[...]
ſent. 20. ὑπελθώσιας, quæ ἄνοδμοι ſunt, vi[...]
rat. Fœtor enim hic eſt ſtercori æque natu[...]
ut quod eſt crudior pars alimenti, ac odo[...]
tiſſimus moſcho, Zibeto, ambræ, ladan[...]

ſic interpretandum ducimus locum Galeni in comm. aphor. 12. part. 2. *πᾶν ὑγρὸν ἀλλότριον τῆς τοῦ περιέχοντος αὐτὸ σώματος φύσεως, οὔτε τρέφειν ἐκεῖνο πέφυκε, καὶ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης ἔχει, τὴν εἰς σηπεδόνα μεταβολὴν, ὅταν δὲ καὶ θερμὸν ᾖ τὸ χωρίον, ἐν ᾧπερ ἂν ἠθροισμένον ὑπάρχει, τότε δὴ μάλιστά τε καὶ τάχιστα σήπεται.*

Sic Urina, quę naturaliter excernitur, neceſſario cujuſdam fœtoris particeps eſt. Nam ſi vel odorem inſignem, vel prorſus nullum habeat, indicium eſt caloris imbecillioris, qui crudam & inutilem portionem ſecernere non potuit. Niſi tamen ab alimentis hoc eveniat. Nam qui laricis arboris reſinam deglutiunt, Urinam odore violarum purpurearum mingunt. Ita quoque, qui aſparagis veſcuntur. Sic à ſumpto aniſo, allio, ruta, Urina fit fœtida. Ita Ariſt. 8. hiſtor. animal. cap. 5. de Leone ſcribit, eum veſci quidem carne, ritu cæterorum ſilveſtrium ſerratorum, ſed cibo incontinenter admodum uti, multaque devorare ſolida, ſine ullo diſſectu, mox nihil triduo, aut certe biduo edere, ferre enim inediam poteſt, ut qui jam ad multam ſatietatem repletus eſt. Idem cum parum bibat, raro excrementum emittit, tertio die vel utcunque accidit, egerit, idq; durum, aridum, & ſimile, ut canis. Flatum etiam alvi acerrimum emittit, & Urinam graviter olentem, unde fit, ut canes arbores odorentur. Mingit enim crure elato, ut canes, ad ſtipites, fœdum quoque

 odorem

odorem in cibo relinquit ex ſuo halitu, pro
ſciſſo namque leone interiora graviter olent
Concurrunt hic omnes fœtoris cauſæ. I. Cib
varii, quorum præcipue odores in parte aque
fundantur. II. Ingurgitatio frequens cibo
rum non manſorum, qui cruditates gignun
unde utiam fœtor. III. Urinæ retentio, cu
parum bibat leo. Idem accidit in dyſuria
ſtranguria, ubi Urina præter inſignem acr
moniam, moleſtum quoque fœtorem contr
hit. Hujus rei rationem reddit Ariſt. ſect
probl. 1. dum quærit, cur fœtidior Urina re
datur quo diutius in corpore manſerit, ſt
cus autem minus, reſpondet, quod ſtercus, q
diutius retentum eſt, eo magis ſiccetur, qu
autem ſiccius eſt, minus id putredini pat
Urina contra effici craſſior ſoleat, recens
potioni ingeſtæ ſimilior ſit.

Contrahunt etiam malum odorem Uri
ſi præterlabantur loca, fœtidis & purul
ulceribus referta. In quo caſu ſalutem polli
tur, dum humores crudi & fœtidi cum ii
cernuntur. In febre ardente lethum min
Urina, quæ odore eſt tali, qualis aceto ca
nibus accenſis ſuperinfuſo percipitur. Ul
enim hic eſt cruditas, ultima propterea
ſtio.

Quanquam ſalſæ, acres, & amaræ, à c
tate & ſiccitate proficiſcantur, aquoſæ v
acidæ, à frigiditate, & commiſtione acic

moris, ſive etiam ſeri, quod in venis per ebullitionem, acorem contrahere poteſt, dum videlicet partes aëreæ & dulces educuntur, quæ caloris fuerunt vehiculum & fomes, quibus exhalantibus remanent partes frigidæ, terreæ & aqueæ, aqueæ tamen plures, quam terreæ. Calor autem, licet tendat ad perfectam concoctionem, quam jam in humore incepit, longe tamen citius deficit ſuccumbens, quam τελείωσιν τῆς πέψεως adſequatur, eoque exhalato, frigiditas tanquam victrix in humore permanet, & tunc gignitur ſapor, qui ὀξὺς nominatur. Idem in dulcibus fructuum ſuccis, tam à pharmacopæo, quam coco ebulliendis, videre eſt, paulo tamen aliter ac Praxagoras & Philotimus apud Gal. 3. de fac. alim. cap. 32. intelligunt. Hinc Ugo, Urinam acidam, æſtate obſervari ſcribit. Hinc illa pituita acida Avicennæ lib. 1. ſen 1. doct. 4. cap. 2. Et tantum brevibus hiſce paragraphis de fœtore, ejusque cauſis veris dixiſſe ſufficiat. *Serum poteſt acidum fieri.*

CAP. LIII.

Judicium, cautio & modus inſpectæ Urinæ dijudicandæ.

HÆc ſunt præcepta de Urinæ inſpectæ judiciis, pleraque ex Hippocratica doctrina deprompta. Quæ vera à recentioribus adjecta ſunt, non tantopere negligamus, utique in judicio non repudianda,

dianda, & ſæpe in doctorum virorum corona neceſ-ſaria. Nam ſi quis vulgarium judiciorum non peri-tus fuerit, mox male audiet, apud vulgus præſertim.

Iudicaturus autem Urinam inſpectam, pri-mum ſubſtantiam conſiderabit, aut tenuem, aut craſſam, deinde colorem, eumque cum ſubſtantia conjunctum, poſtea quantitatem obiter, propter multas cauſas, non negliget, poſtremo contenta in tribus regionibus adnotabit, & juxta præcepta ha-ctenus tradita pronunciabit, neque facile aberra-bit, maxime, ſi circumſtantias quoque alias non neglexerit, videlicet, ſi tempus anni, ætatem, ſexum, temperaturam, victum, regionem, exer-citia & formam morbi adjunxerit. His enim re-bus color vel intenditur, vel remittitur. Eſt enim rufa, & ſubrufa interdum in iiſdem. Atque ju-ta naturam & cauſam morbi, eſt quoque colo haud parva mutatio. Quapropter attentum op-tet eſſe medicum, ne has circumſtantias, quas ſa & ipſe Hippocrates agnoſcit in præſagiis, in aph-riſmis, in epidemiis, turpiter poſthabeat, prop judiciorum certitudinem.

CAPUT ULTIMUM LIV.

De adnotatione Urinæ.

Etſi ex ſuperioribus præceptis, exactiſſime U-na dijudicata deſcribi poſſet, (eſt enim ju illa exactior notatio) tamen exempla quædam ſ-nectere libet, præſertim ex Hippoc. in libris Epi quibus hiſtoriæ traditæ ſunt, cum omnibus circ-

ſta

ſtantiis & eventibus ægrotorum, adeoque ſunt experimentorum medicorum obſervationes.

I. *In 3. Epidem. Hippoc. ſect. 1. Pythioni, qui propter Telluris ædem habitabat, cœpit primo die tremor manuum, febriſque acuta, cum delirio parvo. Altero die, morbus gravior evaſit. Tertio, idem cum omnibus ſymptomatis erat. Quarto, alvus pauca, mera, biloſa, fuit dejecta. Quinto, omnia graviora evaſerunt, tremores manebant, ſomni erant exigui, alvus conſtitit. Sexto, ſputamina varia, ſubrubra erant. Septimo, os eſt diſtortum. Octavo, omnia ingraveſcebant, tremoribus etiamnum perſeverantibus. Urina à primo, ad octavum uſque diem tenuis, decolor, in qua ſuſpenſiones pendebant nubiloſæ. Decimo, ſudavit, ſputa fuere concoctiora, judicatus eſt, Urina circa criſin ſubtenuis. Quadrageſimo à criſi die, ſuppuratio circa anum, & ſtranguriosus factus eſt abſceſſus.*

II. *Alter æger Hermocrates, qui ad novum murum decumbebat, acuta febri eſt correptus, cœpit ex capite, lumbisque laborare, abdomen molliter tendebatur, lingua initio aduſta fuit, mox obſurduit, vigiliis vexabatur, & ſiti, ſed non admodum, Urinæ craſſæ & rubræ, depoſitæque non ſubſidebant, alvus torrida & copioſa. Quinto die reddidit Urinam tenuem, quæ quidem ſuſpenſiones habebat, non tamen ullum ſedimentum, ſub noctem deliravit. Die ſexto, morbo regio correptus fuit, omnia ingraveſcebant, mente non conſtabat.*

Die ſeptimo graviter ſe habuit, Urinæ erant

tenues, ſimiles proximis diebus. Sub diem undeci- mum, omnia illi viſa ſunt remiſſa eſſe. Sopor cœ- pit, Urina craſſior, ſubrubra, infra tenuis, non ſubſidebat, aliquantulum mente conſtabat. Quar- to decimo die, à febre erat liber, non ſudavit dormivit, omnino mente conſtabat, Urinæ eædem. Ad diem decimum ſeptimum, recidivæ factæ ſun In ſequentibus diebus incalvit, febris erat acuta Urinæ tenues. Vigeſimo iterum die eſt judicatu & à febre liberatus, non ſudavit. Perpetuo à ci abhorrebat, omnino mente conſtabat, loqui n poterat, lingua inarvit, non ſitiebat, obdormiſc bat aliquantiſper, ſopore tentatus. Ad diem vi ſimum quartum incalvit, alvus, lubrica, c fluxione tenui & multa. Proximis diebus ac febris, lingua torrida. Vigeſimo ſeptimo functus eſt. Hic perpetuo obſurduit. Urinæ craſſæ, & rubentes, non ſubſidentes, aut tenues, colores ſuſpenſiones habentes. Guſtare non pote

III. *Tertius æger, qui in Dealcis decumbe horto, diuturna capitis conflictabatur gravit & temporis dextri dolore, ex occaſione ign correptus, decubuit. Secundo die, modicum n ſanguinis de ſiniſtro manabat. Alvus ſtercora cte dejecit. Urinæ tenues, cum aliis atque ſuſpenſionibus, minutim diſperſis, perinde farina craſſiore ſemen referente. Tertio die bris acuta, deiectiones nigræ, tenues, ſpu ſæ, quæ in recrementis ſubſidebant, livida er nonnihil veterno tentabatur, ægre deſurgeba*

Urinis ſedimentum erat lividum, viſcoſiuſque. Quarto vomuit bilioſa, flava, pauca, poſtea virulenta, de ſiniſtro aliquantum profluxit meri ſanguinis, alvus eadem, ut & Urinæ, ſudavit circa caput & claviculam, lien intumuit, femur ſubjectum doluit, præcordia dextra molliter tendebantur, nocte non dormivit, deliravit aliquantulum.

Quinto, dejectiones, copioſiores, nigræ, ſpumoſæ, cum nigro ſedimento, nocte nihil dormivit, deliravit. Sexto die, recrementa nigra, pinguia, ſpumoſa, viſcoſa, virulenta, dormivit, mente melius conſtabat. Septimo, lingua arida, ſitibundus erat, non dormivit, deliravit, Urinæ tenues, parum boni coloris. Octavo, recrementa nigra, pauca, compacta, dormivit, mentis compos, non admodum ſitibundus. Nono, riguit, febris acuta, ſudavit, infriguit, deliravit, dexter oculus diſtortus erat, cum lingua arida, ſiti, & inſomniis. Decimo eadem. Undecimo, omnino mente conſtabat, febre liber erat, ſudavit Urinæ tenues circa criſin erant. Duos dies à febre integer intermiſit, rediit quarto decimo, ſtatim nocte non dormivit, prorſus mente fallebatur. Quinto decimo, Urina turbata, cujuſmodi ex his, quæ ſubſederunt, fit, ubi agitantur, febris acuta, prorſus deliravit, non non dormivit, genua & tibiæ dolebant, alvo ſuppoſitis balanis, reddidit nigra ſtercora. Sexto decimo, Urinæ tenues, cum nubiloſis ſuſpenſionibus, deliravit. Septimo decimo, mane extremæ partes infrigeſcebant, cooperiebatur, acuta febris, cum totius

totius corporis ſudore, meliuſcule habuit, melius ſa-piebat, non tamen à febre liber, ſitibundusque, vo-muit bilioſa, flava, pauca, venter ſtercora dejecit paulo mox nigra, pauca, tenuia, Urinæ tenues, co-loris parum boni. Octavo decimo, mens illi paullum aberrabat, ſopore tenebatur. Undevigeſimo, i-eodem erat ſtatu. Vigeſimo dormivit, plane mentis conſtans, ſudavit, liber à febre, non ſitiebat. Primo vigeſimo, parum deliravit, nonnihil ſitiebat, hypo-chondrium dolebat, & ad umbilicum perpetu-erat palpitatio. Vigeſimo quarto, Urinæ habebat hypoſtaſin, prorſus mentis erat compos. Vigeſim-ſeptimo, dextra coxa dolebat, Urinæ tenues, cu-ſedimento, cæterum commodiſſime habebat. A-vigeſimum nonum, dexter oculus dolebat, Uri-tenues. Quadrageſimo, alvus pituitoſa, alba, pl-nior, multum toto corpore ſudavit, perfecte eſt j-dicatus.

Hæ circumſtantiæ, cum doctrina ſuperiore ſu-conferendæ, ſi quis horum præceptorum, aliqu-fructus percipere cupit.

Cautiones & obſervationes admodum conducente-atque neceſſariæ medico Urinam judicaturo.

QUemadmodum in arte noſtra, null-rum ſignorum ad morbos, morboru-que cauſas inveſtigandas, frequenti-eſt uſus, quam Urinæ, ita vix ulla hujus m-dicinę pars tot ſcatet erroribus, quot illa, q-de Urinę inſpectione agit. Hinc fit, ut incert-

& p

& plærunque dubiam mercedem referat, qui periclitatione medicos, tanquam vates, ex Urina augurari cogit. Quæ enim non peccata committuntur ab ægris, dum Urinam neque matula convenienti, neque iuſto tempore colligunt, neque ſtatim medico judicandam afferunt? Quibus è contra maculis polluunt & obſcurant ſuam exiſtimationem medici, dum pollicitationes ſuperbas & aureos montes, quicunque in buccam venerint, de Urina evomunt, nullarum circumſtantiarum habita ratione? Unde prognoſtica edunt incerta, &, cum veras cauſas neſciant, fluctuant, paulo momento huc illuc impulſi, inter fugaces, ut eſt in Menone, Dædali ſtatuas, ut quis eos non inepte dicat exoſculari Nubeculam, dum Junone ſe frui opinantur. Has errorum radices non eſt nobis animus, funditus extirpare. Penicillo duntaxat illas adumbrabimus, ut typo admonitus candidus lector, Dædalea ſimilium opinionum ſimulacra expungat & explodat.

Qualis matula debeat eſſe.

VAriæ ſunt matularum formæ. Quædam longiores, quędam rotundiores, quędam anguſtiori collo, quædam latiori. Sunt quidam, quibus probentur vitra, collo longo & anguſtiſſimis canalibus, quorum frequens in

in compotationibus uſus, quique non fugere
videntur Celſum lib. 1. cap. 8. dum jubet eos
tres vel duos cyathos vini aut aquæ frigidæ
per ſyphonem ſeu tenuem fiſtulam bibere ante
quam cubitum erant, qui tarde concoquunt
& quorum ideo præcordia inflantur, & pro-
pter ardorem aliquem, noctu ſitire conſueve-
runt, quod accidere ſolet, à vinis ſulphure ni-
mium medicatis. Nobis unice adrident forma
matularum, quales in noſtris Scholis depictæ
ſunt, quasque maximi faciunt Vropoſcopi Ital
Galli & plærique Germanorum. Hę enim con-
tinuam, non autem divulſam hypoſtaſin,
& reliqua παρυφισάσματα, exhibent, & toti
Urinæ ſunt capaces. Materia matulæ ſit pell
cida & nitida, ut cryſtallus, aut vitrum Ven
tum. Noſtrum in Alemannia eſt obſcuri
Cryſtallinæ tamen matulæ ſæpiſſime circu
feruntur. Ejuſmodi plurimas medicus in pro
ptu habere debet, ut ægrotantibus eas larg
poſſit. Ruſtici fictilibus magis gaudent, q
latores à fractura tutiores reddunt. Ex his m
dicus effundat in matulam vitream, & quieſ
re permittat per dimidiam horam ut ſedim
ta juſtum & deſtinatum locum occupent.
tra munde ſemper ſervanda, & ſi poſt collu
nem aquæ tepidæ, aliquis nævus reſtet, pl
de ſale cum aqua, continue concuriend
movendo, abſtergendus. Ut à pulvere præ
ventur, præſtat habere corbes ex ſtramine,

ſuo operculo, per quod, ſit filum ſatis firmum traductum, ut claudatur, in quibus poſſint geſtari. In fundo ſit linum præparatum carptum, vel linteum molle, ut minus moveantur, minusque ad parietes corbis impingant, & ſic frangantur. Stramen enim & fœnum ineptius exiſtit, cum non adeo firmiter matulam in uno loco continere poſſit.

Idem de linteo, quod orificium matulæ ab injuriis aëris tueri debet, obſervandum. Neceſſario enim hoc fieri debet, ut obturetur Urina à Sole, frigore, vento, ne vel perturbetur, vel congelatione craſſeſcat, vel ullo alio modo prius immutetur, quam ſeparatio contentorum fiat.

Præterea diligenter opera danda, ut matula totius Urinæ, ſit capax, nec quid effundatur. Nam ſignificatio quoque ſumitur ex quantitate Urinæ. Falſum itaque hoc erit judicium, ſi non colligetur tota. Deinde ex contentis maxime coctionem vaſorum ſpectari diximus, jam facile, ſi aliquid effunderetur de Urina, poſſet portio contentorum effundi, & ſic judicium medici deſtrui. Amplius, tota Urinæ quantitas melius ab alteratione τοῦ περιέχοντος præſervari poteſt, & ſæpius inſpici. Demum color Urinę mutatur non mediocriter, juxta quantitatem Urinę. Major enim quantitas colorem refert longe intenſiorem, quam pauca.

Ut porro altudines & diſcrimina contentorum

torum cognoſcantur, non nimium pateat Uri-
nale. Baſis ipſius leniter extumeſcat, ut in e
παρυφισάμενα commode ſubſidere poſſint.
Nullus hic ſit angulus, nec mera planities, ne
nimia latitudo. Secundum has conditiones ma
tulæ præparari debent.

Quando colligenda Urina.

AVicen. lib. 1. fen. 2. doct. 3. cap. 1. vult
Urinam, quæ conſiderari debet à medi-
co, colligi debere mane, nec permanere long
tempore, nec ex nocte reſervari. Nec ſane i
epte dicit hoc Arabs. Ex matutina enim, Uri
na ſumitur certior ſignificatio, de diſpoſitio
corporis humani. Primum cum matutina U
na permiſcetur magis natura humorum, qua
cum ſecunda, propter ebullitionem factam,
ſomno, in ſecunda digeſtione hepatis & ven
rum, cujus præcipue ſignum expetimus
Urina. Deinde, quia adveniente ſecunda U
na, (ut inquit Iſaac) calor ad exteriora eſt m
gis diſperſus, quam in prima, & ideo non t
bene poteſt indicare diſpoſitionem actio
Vere hæc dicuntur, & longe rectius, quam
noſtris medicis, qui volunt Urinam mane c
ligendam, cum jam perfecta eſt prima con
ctio in ventriculo. Quid Urinæ cum con
ctione ventriculi? Urina eſt excrementum
guificationis, quæ in venis, non autem ven
culo, perficitur. Præterquam, quod illi

cum Galeno lib. 7. method. Med. cap. 7. 3. de ſympt. cauſ. cap. 1. & lib. 1. cap. 8. obtrudunt, ventriculum melius coquere cibos noctu, quam die, eo, quod calor propter frigus nocturnum per ἀντιπερίστασιν coactus principium petat, & ſic robuſtior reddatur. Eſtne principium caloris interius, ventriculus? An non ſubjectum & principium ejus ſunt ſanguis & ſpiritus? Gal. 2. de ſympt. cauſ. cap. 5. lib. 2. de temper. cap. 2. Sanguis autem & ſpiritus primo non ſunt, niſi in venis. Eo igitur, tanquam ad fontem & principium confugiet calor, non autem ad ventriculum. Expeditior itaque & fortunatior fiet concoctio, in venis noctu, quia ſe contulit calor nativus ad centrum. Ideo recte Urina mane colligitur, quia jam perfecta eſt concoctio, non quidem ventriculi, ſed venarum, cujus excrementum eſt Urina. Hinc videmus, noctu magis fieri criſes, quia revocato ad venas tanquam principium calore, ſanguine & ſpiritu, crudi humores in venis, ubi ἰσχόμενα cauſæ morborum ſunt, maturantur. Hinc ſemper quoque noctu pulſus obſervamus majores, qui nequaquam à ventriculi calore oriuntur. Idem noſtri Germani optime norunt. Hi enim, cum ob heſternam crapulam, tantam totius corporis laſſitudinem experiuntur, ut ad omnes actiones inepti ſint, tota die ſomno indulgent, medelam malo ſic quæritantes. Nam calor intro compulſus, humores crudos & reliquias

meri in venis abhuc turgentibus, concoquitt
Id indicant Urinæ magis tinctæ, quæ ante ſomn
num ad albedinem maximopere vergebant. SS
malum hæreret in ventriculo, facillime poſſe
emendari gingibere recenti cum vino, aut ele
ctuario Dia trion pipereon, aut dianiſo, au
aromatici roſati confectione, ſimilibusve rem
diis, paſſim obviis. Præterea monſtra hæc et
opinionum Galenicarum, ipſa experien
abunde loquitur. Vigilans enim plus ciboru
horis ſex concoquit, quam dormiens ho
duodecim. Ita inter prandium & cœnam, oc
tantum horæ interveniunt, ſedecim vero in
ſuccedens prandium & cœnam heſternam,
tequam fames ſollicitet. Si autem ventricu
noctu per ſomnum melius cibos coqueret, co
trarium eveniret. Sic, qui noctes inſomnes
cunt, vel propter excubias, vel propter æ
tantes, ſingulis fere momentis expetunt
bum. Quod eſt indicium certum concoc
nis abſolutæ, licet non ſomno ſepulti fue
Et mirum eſt, Galenicos Diris devovere
num meridianum, cum eo tempore æqu
noctu, ventriculi actio perfectiſſima ſit nec
ria. Nec eſt, quod obganniant, brevius eſſe
pus. Saltem aliqua ex parte coctionem ju
& eo plus, quo fuerit longior. Contra t
ſomnus meridianus tantum abeſt, ut coqu
cruditates etiam gignat, catarrhos, gravi
& compunctiones capitis, aliasque fluxio

Cio

Concludimus igitur, calorem noctu intro remeantem ad viſcera ſua & principia, melius coquere in venis humores, ideoque Urinam mane colligendam, cum jam coctio venarum, cujus excrementum Urina exiſtit, perfecta fuerit.

Quomodo judicanda Urina.

URina mane tota collecta, bene linteo obturanda, ne à frigore lædatur, & ſic concreſcat. Si fuerit concreta, igne lento diſſolvatur, nulla tamen agitatione, ne hypoſtaſis diſrumpatur. Aut, ſi hic modus diſplicet, matula in aquam tepidam collocetur.

De tempore inſpiciundi, apud autores controverſia oritur. Avic. lib. 1. ſen. 2. doct. 3. cap. 1. ſibi contrarius videtur. Vult enim, ne Urina ſtatim conſideretur, cum mingitur, quoniam hypoſtaſis non ſtatim in Urina colligatur. Ibidem poſtea jubet, ne Urina poſt horam inſpiciatur, cum ſignificatio debilitetur, color mutetur, hypoſtaſis diſſolvatur, corrumpatur & fiat ſpiſſior. Quid jam agendum cum ruſticis noſtris, qui mane coll gentes Urinam, veſperi primum judicandam medico offerunt? Dicamus nos, quod alii doctiſſimi viri dixere, Urinam ſtatim, à medico conſiderandam, quamprimum in matella integre reſederit, ſive hoc fiat poſt unam, aut alteram horam. Quanquam Urinæ ſemel corruptæ non magna habenda fides.

Locus ſit nec obſcurus, nec nimium lucidu[illegible] nec Solis radiis expoſitus, qui radii potius deſu[illegible] per, quam oblique in matulam incidant. Quo[illegible] ut melius fiat, & rectius Urinæ liquor & co[illegible] lor cognoſcatur, ſuadent medici, ut ſemp[illegible] pannus niger, vel aliud ſimile, poſt vas pon[illegible] tur, quo firmius acies viſus terminetur. Ide[illegible] de ſedimentis in fundo matulæ obſervandu[illegible] Propterea Raſes manus ſupponit matulæ, [illegible] lux tota in ſuperficiem Urinæ deferatur.

Urina præterea quanto propior eſt, tar[illegible] ſpiſſior apparet, & quo plus elongatur, eo[illegible] rior fit. Modus igitur & hic ſervandus. [illegible] cautionibus, quicunque adjecerit circumſt[illegible] tias ætatis, temporis morbi, ſexus, generis v[illegible] exercitiorum & ſimilium, ille verus augur [illegible] ſi præſertim ex uno Urinæ ſigno, alia m[illegible] ſigna vel conjectura artificioſa, vel arguta in[illegible] rogatione, in morbis præſertim mulierum, [illegible] maxima circumſpectione tractandæ veni[illegible] expiſcabitur.

De ſpagiricorum nova prorſus Urinæ probat[illegible] quæ fit per ſeparationem & reſolutionem[illegible] Mercurii, Sulphuris & Salis.

IN probatione Urinarum à Spagiricis [illegible] Neotericos, tres morborum princ[illegible] juxta tres corporis Urinæ partes, c[illegible] tuuntur. Nubes, Mercurialem principe[illegible] dicat, ſive animalem, in capite. ἐναιο[illegible]

Sulphureum, ſive ſpiritualem, in media corporis parte. Hypoſtaſis denique Salſum, ſive corporeum, qui inferiorem hominis aulam vel caulam ſibi vendicat. Porro, ut principes hi morborum, illorumque extracta arcana & diſcrimina recte dignoſcantur, neceſſe eſt, ut accurata omnium elementorum fiat ſeparatio & ſequeſtratio. Alias laterem lavabimus. Accuratam autem, ut diximus, non ſuperficiariam aut confuſam elementorum ſecretionem deſideramus, qua non tantum unumquodque peculiari vaſe conſervatur, verum etiam ſic ad unguem examinatur, ut in ſeparatione exactiſſime cognoſcamus, quodnam elementum alterum non duntaxat quantitate & multitudine, ſed etiam menſura & pondere excedat. Quo perfecto, prima fundamenta ſcientiæ fideliter jacta ſunt. Qualitas enim perſonæ, & genus principis morbi patet, num videlicet ſit Mercurialis, num Sulphureus, an vero Salſus.

A ſeparatione, vapores aſcendentes, certam Cucurbitæ partem occupant, ſitu reſpondentem parti corporis humani, in qua fomes morbi reſidet, ſpeciemque & naturam affectus adeo dilucide repræſentant, ut, cui elemento & principi malum ſit adſcribendum, facile appareat.

Pondus autem Urinæ totius, ad pondus Urinæ ſani hominis judicandum, quod eſt unciæ octo, & drachmæ tres, vel quatuor. Idcirco

ſi hoc pondus excedat Urina, maximam Tarta
ri copiam indicat, ſi præſertim hoc magna co
pia, poſt ſeparationem conſpiciatur. Unde præ
ſagimus, phlegmaticos capitis catarrhos, è ven
triculo oriundos, jam defluentes, à nimia ſicc
tate partium ſubjectarum in Tartarum coagu
lari, quo facto impeditur εἰσπνοὴ ϗ ἐκπνοὴ ar
teriæ tracheæ, αἱματοποίησις in jecinore, retar
datur, vitalis in corde ſpiritus labaſcit, grave
que morbos inde poſſe oriri, periculum eſt,
ἡμιπληξίαν, παράλυσιν, σπᾶσμα, dolores m
tricis, δύσπνοιαν, λιθίασιν, ſcabiem, κνεί
λειχῆνας, luem Veneream, Scorobutum ſi
Sal reſolutum, ſimiliaque Tartarea mala. Mo
bi Mercuriales ac Sulphurei, citius agunt ac v
hementius urgent, quam Tartarei. Cum en
in illis tenuiores & acriores inveniantur vap
res, quam in Sale reſoluto, plurimi elevant
ſtatus, qui pro vario in Cucurbita vel Capit
lo loco, & pro variis coloribus ac ſubſtantia
ria, varias affligi partes denotant. Hinc verti
ſibilus aurium, phrenitis, παραφροσύνη, ὑ
χυσις, ὀφθαλμία, κεφαλαλγία, paſſio καρδ
κὴ, λειποθυμία, συγκοπὴ. Meliores ſunt illi
pores, qui in alembico, in aquam conc
cunt, deteriores vero, qui inter ſeparand
craſſiores ſubinde evadunt, propter terreſtr
idcircoque rebellem nimis materiam. U
maxima virium proſtratio, & gravia animi
liquia, ſi fumi imprimis impetu quod

ve

verſus ſiniſtram Cucurbitæ partem, ferantur. Si qui vero ſupremam Capitelli regionem occupant, alicujus corroſionis participes ſunt. Unde cerebri morbos acutos generant, memoriam turbant, intellectum debilitant, ſubitum calorem & æſtum in toto corpore, maxime autem facie excitant, quem nos nuncupamus, ἐξανθήματα item illa producunt, quæ nobis ſunt denique non raro apoplexia, hominem è medio tollunt.

Si tales vapores in medio fere cucurbitæ, verſus ſiniſtrum latus moveantur, omnis generis morbos in matrice indicant, & periculoſiſſimos, ſi in gyrum circumvolvantur. Idem de ſimilibus eſto judicium. Non enim nobis animus eſt, uberrime de hiſce probationibus Spagiricorum ſcribere, cum, quia in plærisque Europæ locis modus hic judicandi, vel nunquam viſus, vel communi fato exploſus ſit, tum vero, quod materiam hanc penicillo adumbravit Thurnheuſerus, in ſua προκατάληψει ſeu Præoccupatione, contra Vroſcopos vulgares.

Hanc quoque Praxis partem adjicere nobis placuit, propter induſtriam illorum, qui nullo laborum tædio, in miraculis Microcoſmi inveſtigandis, capiuntur. Quæ nova ſi non omnibus probentur, ſane carbones miſſos faciant, & gypſeas manus chirothecis, annulisque Doctoralibus, contra flammas ac fumum, muniant. Σόλωνι οὐ πιστέον, ὡς γηράσκων τὶς, πολλὰ

δυνατὸς μανθάνειν, ἀλλ᾽ ἧττον ἢ τρέχειν. νέων
πάντες οἱ μεγάλοι, καὶ οἱ πολλοὶ πόνοι. Plato in
quit Dialog. 7. de republ.

Unde ſalſugo Urinæ.

ARiſtot. 2. meteor. cap. 3. ſcribit, Φαν
ερὸν δὴ διὰ πολλῶν σημείων, ὅτι γίνεται ἁλμυ
ρὸς ὁ χυμὸς διὰ σύμμιξίν τινος. ἔν τε γὰρ τοῖ
σώμασι τὸ ἀπεπτότατον, ἁλμυρὸν καὶ πικρόν. ἀπ
πτότατον γὰρ τὸ περίττωμα τῆς ὑγρᾶς τροφ
τοιαύτη δὲ πᾶσα μὲν ἡ ὑπόστασις. μάλιστα δὲ ἡ
τὴν κύστιν. σημεῖον δ᾽ ὅτι λεπτοτάτη ἐστὶ, τὰ δὲ
πτόμενα πάντα συνίστασθαι πέφυκεν. ἔπειτα ὁ ἱδρ
ἐν οἷς τὸ αὐτὸ σῶμα συνεκκρίνεται, ὃ ποιεῖ τὸν χ
μὸν τοῦτον. Saporem ſalſum ob commixtione
quandam provenire, multis conſtat indici
Quod enim in corpore minime concoctum e
id ſalſum, amarumque haberi ſolet. Aleme
namque humidi excrementum, minime co
coctum eſt. Ejuſmodi ſunt ſedimenta omn
ſed præcipue illud, quod in veſicam dela
tur. Cujus rei indicium eſt, quod tenui
mum ſit, quæ autem concoctionem admiſe
conſiſtentiam craſſiorem nacta ſunt. Simil
ſuccum generat ſudor, in quibus ejuſmo
corpus ſecernitur, quod hunc ſaporem
rit. Revera hic nodus Gordius eſt, in
jus ſolutione plurimi deſudarunt. Salſugo
cum partes tenuiores atque leviores, à
lore nimio ſic reſolvuntur, extenuantur

adur

aduruntur, ut tantum craſſiores remaneat, quas cum calor nequit concoquere, magis magiſque adurit. Hoc Gal. 4. lib. 6. Epid. ſent. 10. in aquarum fontanarum elixatione probat. Idem medici obſervant, qui, cum volunt febricitantibus aquas præſcribere, illas nonnihil lentiſſimo igne tamdiu ebulliunt, donec craſſiorum partium, quæ fundum petunt, fiat ſequeſtratio. Sic æſtate maris eſt major ſalſugo, quam hyeme, ob acriorem Solis actionem, qua partes dulces in vapores tenues attenuat. Idem fit in mari, quod ad Orientem & Meridiem vergit. Craſſities autem ponti, qua tot claſſes ferre poteſt, provenit, propter exhalationem tenuium partium. Sic in Paleſtina lacus eſt ejuſmodi, in quem ſi à quo quam homo vinctus aut jumentum injiciatur, per ſumma natat, nec in aquis mergitur. Secundum ergo hanc doctrinam, ſalſugo fiet a calore adurente. τοῦ γὰρ ὕδατος περὶ τὴν γῆν περιτεταμένου, καθάπερ περὶ τοῦτο ἡ τοῦ ἀέρος σφαῖρα, καὶ περὶ ταύτην ἡ λεγομένη πυρός, (τοῦτο γάρ ἐστι πάντων ἔσχατον,) φερομένου δὲ τοῦ ἡλίου τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ διὰ ταῦτα τῆς μεταβολῆς καὶ γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς οὔσης, τὸ μὲν λεπτότατόν τε καὶ γλυκύτατον ἀνάγεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ φέρεται διακρινόμενον καὶ ἀτμίζον εἰς τὸν ἄνω τόπον. At Ariſt. ἁλμυρὸν nominat τὸ ἀπεπτότατον, minime concoctum. Hæc certe eſt magna diſſenſio, aut κατάχρησις, aut παραλογισμός. Alii putarunt, ſe recte illud ἀπεπτότατον

interpretari, ſi dicerent, ἀπεπτότατον ſignificar
id Ariſtoteli, quod ſic coctum eſt, ut ulterio
rem coctionem reſpuat, ſeu, quod nihil am
plius à calore nativo pati poteſt. Sic initio æſti
tis, ſentimus ſaporem acerbum in pomis, elap
ſis aliquot ſeptimanis, acidum, in Auguſto dul
cem, ulterius non coquet natura, quia hic
por eſt ἄπεπτος, in quem nihil habet ampli
iuris Sol, cum nutriamur dulcibus. Hæc inter
pretatio, ut verum fateamur, dum in mari
lificat, naufragium facit. Aliena enim eſt à con
textu Ariſtoteleo, etiamſi jam dudum mu
plauſibilis videatur. Philoſophus quidem p
ponit illum ſalſedinis modum, quem mo
nos propoſuimus, verum opponit illud ἀπεπ
τότατον alimento, quod alimentum, ſi debet
alimentum, neceſſe eſt, ne acquirat ullam ſa
dinem alias fiet ἀπεπτότατον, ſubſidens exc
mentum, quod natura nunquam poterit
quere, ut aliquid inde generetur, utile hum
corpori, & ideo erit ἀπεπτότατον, quia eſt
ſum. Ideo addit, οὐ γὰρ ἂν μὴ κρατήσῃ τὸ θερ
ἐν μὲν τοῖς σώμασι γίνεται περίττωσις, ἐν
καυμένοις τέφρα. Et amplius, cibi humidi
crementum, quod videlicet ſalſedinem acq
vit, minime concoctum eſt, idcirco in veſi
delabitur.

Eandem μήνυσιν proponit idem Phil
phus capite præcedente, adeo dilucide,
quis dubitet, in ſole lucem deſiderare,

im

immerito dicatur. τὸ ἁλμυρὸν, inquit, ὑπομένει διὰ τὸ βάρος, τὸ δὲ γλυκὺ καὶ πότιμον, (loquitur enim de aqua,) ἀνάγεται διὰ τὴν κουφότητα, καθάπερ ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι. καὶ γὰρ ἐν τούτοις τῆς τροφῆς ἀσελθούσης γλυκείας, ἡ τῆς ὑγρᾶς τροφῆς ὑπόστασις καὶ τὸ περίττωμα φαίνεται πικρὸν ὂν καὶ ἁλμυρὸν. τὸ γὰρ γλυκὺ καὶ πότιμον ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἑλκυσθὲν εἰς τὰς σάρκας, καὶ τὴν ἄλλην σύστασιν ἦλθε τῶν μερῶν, ὡς ἕκαστον πέφυκεν. Et hic eſt verus modus, quo generatur ſalſugo in Urina, quæ tanto major erit, quanto vehementior fuerit calor. Ob hanc cauſam Gal. 2. de differ. febr. cap. 6. vult, omnem ſeroſam humiditatem eſſe ſalſam.

Salſuginis etiam cauſa, ſunt ſalſæ ἐδεσμάτων portiones, quæ αἱματώσεως potentiam effugere. Nam, ut recte Ariſtot. ſect. 2. probl. 3. pars alimentorum dulciſſima, leviſſimaque tota ad corpus nutriendum adſumitur, pars autem alieniſſima, crudiſſimaque ſecernitur, quæ partim deorſum collapſa, ſubſidens & Urina vocatur, partim in corporis ſumma emergens, ſudor eſt, ambo tamen ſalſa ob eandem cauſam prodeunt. Sic qui crebrius ſalſis nimium cibis utitur, ſalſiorem mingit Urinam. Qualitas enim illa communicatur ſero, quod ad veſicam mox demittitur. Hinc commode ſibi proſpiciunt potatores, qui ſale frequenter utuntur, partim, ut ſal torpentem

ventri-

ventriculi excitet appetentiam, juxta Plin. lib. 31. cap. 9, & Plutarch. lib. de cauſ. natural. quæſt. 3. Partim vero, ut illa ſalſugo ſtimu let naturam ad excretionem celeriorem, ne uteres nimium diſtendantur. Opinio Gent in Avic. lib. 1. fen. 4. doct. 4. cap. 1. & E ſtathii 2. de offic. renum cap. 28. qua v lunt, ſalſuginem fieri admiſtione bilis, cu aliqua portio admiſta maneat ſanguini, null eſt momenti. Ubi enim eſt bilis ſalſa? Non e illa diverſa ab ea, quam eſt in veſicula fel amariſſima videlicet. Quomodo igitur indu ſalſuginem?

Cur pueri, maxime autem fœmellæ, permin gant ſtragula nocta.

PUeri natura ſua, ſunt reliquis omnibus tibus humidiores, ſi primum ortum co deres. Accedit huc nimia ciborum ingur tio. Quæ omnia faciunt, ut ſomno profund corripiantur. Quia autem veſcuntur plæ que cibis mollioribus & humidioribus, ut ſa, pulte, & ſimilibus, fit ut multum ſeri gerant, quod, cum non poſſit per inſenſ διαπνοὴν ob cutis mollitiem & in ſeſe ſidentes poros, exhalare, ad veſicam rem illam valide replet. Quantitas hæc Urin mulat naturam ad excretionem, quæ i pueris procedit, cum veterno corripia Quo etiam referenda eſt muſculi in

veſicæ debilitas, qui facile relaxari poteſt, ideoque antequam expergeſiant, mingunt in lectum. Quæ omnia, cum in fœmellis majora & vehementiora ſint, non dubium eſt, cur ſæpius fœmellæ permingant ſtragula, quam pueri. Quibus, ſi quis velit muliebris lacunæ ineptitudinem ad retinendum lotium adnumerare, per nos ſane faciat.

An Urina attrahatur à renibus, & veſica.

RENes & veſicam ad ſe attrahere Urinam, ut inde nutriantur, cenſet Gal. lib. 2. de fac. nat. cap. 1. Et lib. 1. cap. 13. ſcribit, renes ſecernere à ſanguine, & attrahere ad ſe Urinam, Hippocrates, Diocles, Eraſiſtratus, Praxagoras & alii, adeoque Coqui ipſi norunt. Idem repetit 3. de fac. natur. cap. 12. & 9. 4. de uſu part. cap. 6. 6. de loc. aff. cap. 3. 9. de comp. medic. ſec. loca cap. 2. lib. de affectib. renum cognoſ. cap. 1. Fatemur libenter, illam ſapientiam, quæ in Coquis Galenicis fuit, neque in nobis, neque noſtris Coquis eſſe. Ignoramus enim adhuc, renes ſecernere à ſanguine, & attrahere ad ſe Urinam. Certe Coqui iſti Galenici, quemadmodum audimus, fuere boni viri, & admodum periti artis Anatomicę, qui potuerunt hoc videre, quod noſtri Coctores (ne dicamus Doctores) videre non potuerunt. Vah! quam bonis, quam lautis, quam

quam ſuavibus juſculis inſtructus tum fuit Ga lenus, cum adeo inſignes Coquos in promptu haberet. Ut ideo mirum non ſit, illum aliquando dormitaſſe, ob vapores in caput ex offis Coquorum elevatos. Nec dubitamus Galenum præcedenti cœna, cum mane ſcriberet de veſicæ attractione, bonum villi juſculum, à Coquis illis artificioſis paratum, exſorbitaſſe, quod propter nimios vapores non potuit edormiſcere, cum præſertim inter cochlearia cum Coctoribus, ſuis videlicet Doctoribus, in multam noctem de Urinæ ſecretione diſſeruerit. Id ipſius orationes vacillantes ſatis indicant. Sic enim 1. de fac. nat. cap. 13. argumentatur. Ichor venarum tranſcolatur per renes. Ergo aut ſponte feretur in renes à venis, & quidem exilibus, aut eo tranſmittetur, aut attrahetur. Sed ſponte eo non fertur. Alias abſurdum hoc committeretur, quo ſero quandam electionem atque rationem tribueremus, qua impelleretur. A qua opinione non multum diſtant Eraſiſtrati phantaſiæ, qui Urinæ ſeparationem per renes quidem fieri dixit, non attractione, ſed ſucceſſione ad id, quod vacuatum eſt, ut ἀνάδοσιν, fieri poſſe arbitrabatur. Quæ nugæ ſi veræ eſſent, nemo iſchuria neque diabete laboraret, non enim major poſſet copia influere, quam aſſidue vacuaretur. Prudenter tamen aliqua ex parte egit Eraſiſtratus, qui ſummis difficultatibus impeditus

diſſin-

diſſimulare modum ſeparationis Urinæ maluit, quam vel Hippocrati, vel Aſclepiadi ſuffragari. Non igitur Urina ſponte fertur in renes, neque fuga vacui ſecernitur. De aliis idcirco modis videndum. Atqui nec à vena cava ad veſicam tranſmittitur, per expulſionem, quia fieret compreſſio venarum & arteriarum, coarctatis ſuperioribus, laxatis vero inferioribus, qua ratione non ſolum ichor, ſed totus etiam ſanguis ad renes cum Urina compelleretur. Cui rei vel ſitus renum contradicit. Nam neceſſe eſſet, eos venæ cavæ & arteriæ magnæ recta ſubjectos, non autem ad latera poſitos eſſe. Etſi colatoriorum inſtar, renes Urinam tranſcolarent, oporteret totum ſanguinem in venas emulgentes tranſſumi, cum toti ſanguini admiſtum ſit ſerum, venæ autem cavæ altera pars tantum ad renes pertingit, altera ſurſum defertur. Si autem non totus ſanguis eo deferretur, nequaquam totus ichor expelletur. Id duobus exemplis docet, vimineorum ſcilicet, quæ torculari ſubjiciuntur, & qualorum, in quibus formatur caſeus. Quibus Euſtath. addit. Vaſa vel providentia quadam tranſmittunt ſerum ad renes, quod nequit fieri, alias eſſent ratione prædita, vel propellunt eo, tanquam materiam inutilem, quod quoque falſum eſt. Innumera namque ſobole venæ, tota ſubſtantia ſimiles, undiquaque per corpus diſtribuuntur, cur autem ſerum potius in venas emulgentes

emulgentes expellitur, quam in alias? Ergo ſo-
la attractione, ſerum in renes & veſicam defer-
tur. Attrahit autem nulla pars propter ipſum
τὸ ἕλκειν, ſed ut eo, cujus pertractum ſit com-
pos, fruatur. Veſica igitur & renes nutrien-
tur ſero, ſive, ut quidam Galeni aſſecla blande
interpretatur, jocundiore ſeri portione elabo-
rata: reliqua, quæ minus nutritioni conveni-
emiſſa in veſicam, quæ materia ſit Urin-.
Idem evincit veſicæ ſtructura, quæ, ſi ventri-
culi & uteri vim tractricem confirmare pote-
hic quoque palam arguit. Veſica enim vill-
ſortitur omnigenos, obliquos, tranſverſos
quoque rectos, qui attractionis cujuſdam ev-
dentioris ergo fabrefacti creduntur. Quod-
velis has fibras ad ſolam extenſionem -
datas, ut cuti & membranis, quia ſæpe ca-
ciſſimam fieri oportet, & mox anguſtiore-
quid de ureterum ſtructura reſpondeas, -
per longitudinem ductos villos habent, u-
renibus facilius attrahant? Nam ſi tantum
cernitur ſerum, non etiam attrahitur, ure-
ribus villi tranſverſi erant convenientior-
quemadmodum inteſtinis. Atqui veſicæ
meatus idem præſtare debebant, quod g-
ventriculo, ut per eos veluti quaſdam man-
ſerum jam renibus diſplicens arriperet. Q-
ſi facit, eodem fruitur, tanquam famili-
quod veſicæ naturæ convenit. Et certum
ex Gal. 3. de fac. nat. cap. 5. veſicam utr-

retinere ea, quæ conveniunt qualitate, uterum etiam ſemen, ventriculum chylum. Sic ſues ſtercoribus gaudent, atque ſuaviter veſcuntur.

Hæc ſunt Galeni, & Galenicorum Coctorum (vah Doctorum dicere volebamus) argumenta, propter quæ norunt, renes ſecernere à ſanguine & attrahere ad ſe Urinam. Sed hæc aliquid fumi redolent. Fortaſſis Coqui nimis virida ligna ollæ, in qua offa Coquitur appoſuere. Nos neque renes neque veſicam ad ſe attrahere ſerum, non quidem à Coquis Galenicis, ſed ſummis Philoſophis & Medicis, didicimus, & hanc ſeri expurgationem ſola expulſione arteriarum & venarum fieri credimus, quamprimum vel multitudinis pondere, vel mordentis acrimonia naturam offendit. Idem quoque fatetur Gal. 6. de loc affect. cap. 3. Quæ ſunt iſtę (ut hinc exordiamur) manifeſtę qualitates, præter illam, quæ Galenicis occulta eſt, proprietatem, propter quas veſica tali alimento gaudet? Ubi ſunt? Forſan in olla & offa Coquorum. Eximant idcirco illas cochleari, & ſorbendas præbeant diſcipulis ſuis. Nemo illas hactenus ulli demonſtravit. Veſica nutritur bono ſanguine, quem certæ venæ ad ipſam deferunt, ut & ipſi renes, quorum caro cum ſit admodum denſa & compacta, mirum eſt, illam tam tenui & feroſo ſanguine nutriri, cum ſecundum Gal. pulmo tenui nutriatur ſanguine,

quia tenui ſubſtantia conſtet. Ideo. Galen.. de uſu part. cap. 7. & 8, quandocunque loqu tur de attractione renum, per ſerum intel git, non nudum excrementum, ſed ſeroſu ſanguinem. Deinde bibuli ſemper mingu ſi præſertim Coqui bonas offas è vino præp raverint, quod tamen Coquos non obſerva miramur. Non eſt veriſimile, defuiſſe t exiguo tempore renibus ſerum. Cur aut ſemper attrahunt? Non devorabunt tant copiam potus. Immo videmus nihil huic mi. Nec eſt, quod quis opponat, ideo m tum ſeri à renibus attrahi tempore eo, bibitur, quia in magna copia ſanguinis, m tus etiam ichor continetur, & quia ibi multum ſit nutrimenti, illum tanquam tilem, ad veſicam deturbari. Nam nunq inſecto animali emulgentes venæ adeo ſ ſo ſanguine, etiam in bene poto, replet veniuntur, quin ex eo renes multum n menti hauſerint. Et ſi talis eſſet ſanguis i na cava, qua parte ad renes pervenit, h continuo leucophlegmatia corriperetur. terquam, quod vix veriſimile eſt, rene tura calidiſſimos, nutriri frigidiſſimo h re. Et, ſi venæ emulgentes trahunt ſer miramur merito, cur reliquæ partes ver væ, à qua emulgentes oriuntur, quæqu dem habent ſubſtantiam, cum aliis ver væ ſurculis, non attrahant quoque ſerum.

de veſica dicimus. Arrigite aures veſtras, Vos Domini Coqui, reſpondete, quare Urina tantum à veſica inferiori attrahatur, non autem à veſica quoque fellea, quæ nulla prorſus re à veſica Urinaria differt. Coqui fortaſſis propinabunt συμπάθειαν, vel proprietatem quandam occultam. Verum hæc monſtra ad focum, non autem cathedram Philoſophicam releganda. Jam reſpondendum paucis ad Coquorum argumenta. Compreſſio redolet juſculum ſemicrudæ carnis, quod ſalem deſiderat. Unicuique parti natura hoc inſitum eſt, ut familiaria retineat, noxia excernat. Ita videmus aliquoties epotum pharmacum, ſi juſculum deinde hauſerit æger, cum vomitu reddi, intus manente juſculo. Sic venæ quoque, ſive illa expulſio fiat compreſſione, ſive alio modo, retinebunt ſibi ſanguinem familiarem, ſerum autem inutile & moleſtum expellent, vel gravatæ pondere, vel ſtimulatæ acrimonia. Secundo, quod ſcribit Gal. renum ſitum, expulſioni contradicere, cum ſint incommodo loco poſiti, nihil eſt. Nam ille locus eſt medius in corpore, & renes ſunt collocati ad latera, ne ſanguinis curſus, per truncum venæ cavæ interciperetur, ad inferiores partes. Neque præterea opus eſt, totum ſanguinem pervenire ad renes, quam hypotheſin, mirabili fato, omiſſis jam Coquis, qui ſalſam perdiderunt, probare conatur Galenus

 ruſticis,

ruſticis, qui torculari præſunt, & ſpurcis co[illegible] norum ancillis, quæ poſt fornacem caſ[illegible] parant molles. Diſtribuitur ſerum cum ſ[illegible] guine in totum corpus, verum adeo mod[illegible] quantitate, ne quam moleſtiam inferat. Ser[illegible] illud, cum perfunctum eſt ſuo munere, ac[illegible] ſione novi ſeri, propter ſanguinis novi ge[illegible] rationem, auctum, gravat naturam, ideo[illegible] ex omnibus venis & arteriis expellitur, m[illegible] me, ſi caſeus mollis materiam Urinæ aux[illegible] quem Cybale Melibæi ancilla confecerit. [illegible] idcirco pelletur ſerum in venam vel pedis [illegible] capitis, quod Euſtathius vult. Natura [illegible] venas emulgentes & veſicam huic officio d[illegible] navit, ſicuti κύστιν χοληδόχον, expurgation[illegible] lis, inteſtina, ſtercoribus. Ultimo, dican[illegible] bis cauſam à qua fiat diabetes. Adferent re[illegible] tionem retentricis, ab ingenti calore, qui ir[illegible] lit vim tractricem ſeri in renes. Sed ſi hoc [illegible] verum, ſequeretur ſemper quoque ſang[illegible] profluvium, quod ex ipſorum opinion[illegible] renum facultate retentrice læſa, quæ ſa[illegible] nem attractum continere nequit. Deinde [illegible] dicunt, diabeten fieri ab ingenti calore re[illegible] probationem deſiderat. Nam cur illi, qui [illegible] rant inflammatione renum, aut natura c[illegible] renes habent, non corripiuntur diabete? [illegible] itaque cauſa diabetes inquirenda, quæ h[illegible] Venæ in diabete propter cauſam qua[illegible] que debilitatæ, ſive ſit calor, ſive aliu[illegible]

nihil ſeri, neque continere, neque recipere poſſunt, ſinunt idcirco præ nimia imbecillitate ad renes effluere, ideoque multum bibere oportet ægros, quia viſcera humore conveniente deſtituuntur. Unde recte illam Aræte lib. 1. de cauſ. & ſign. Chron. cap. 7. παράλυσιν ἢ πάρεσιν veſicæ nominat. Concludimus igitur, ex ſententia Philoſophorum ſummorum, à quibus recte edocti ſumus, non autem ex olla Coquorum, aut vimineis torculariorum, aut qualis ruſticarum ancillarum, renes & veſicam nequaquam attrahere ad ſe Urinam, ſed eo mitti à natura, quæ vel premitur quantitate ſeri, vel ſtimulatur acrimonia & ſalſugine Urinæ. Illa autem, quæ à paracelſ. lib. 2. de tumor. puſtul. de ulcerib. morbi Gallici cap. 9. & 10. proponuntur, non digna ſunt, quæ refutentur, cum tantum nugæ ſint Ironice, omni deſtitutæ fundamento, dum ſcribit, Urinam & ſtercus provenire ex patina & poculis, non autem ab hepate & ſtomacho, ſic quoque puerum proveni e non ex ſubjecto, matrice videlicet, ſed ex Eſſato, ex Oſeis, poma ex centro ſeminis, morbos ex Anatomia Eſſata. Fortaſſis hæc quoque à Coquis vel torculariis, vel ancillis didicit.

An ex Urinis de peſte judicari poſſit.

PLurimi negant, ex Urinis de peſte ju
cium fieri poſſe, cum illæ ſint ſimiles ſan
Cujus rei Gentilis cauſam adferens, natura
inquit, non audere aggredi materiam p
vam. Quæ ratio minime locum habet. C
enim vehementior eſt morbus & hoſtis,
majori conatu natura illum depellere cu
Et ſic diceremus, calorem nativum pro
bitrio & electione poſſe & velle, mate
quaſdam ſuperare, alias vero vereri. Ali
virtutis expultricis debilitatem confugiu
quæ minus expurget περιττώματα. Ea
cauſa in aliis morbis acutis, in quibus
proſtratæ jacent, locum haberet. Quo
men non fit. Nullo enim pacto, in iis m
Urinæ ſimiles ſunt ſanorum Urinis. Al
Gal. lib. 3. de præſag. ex pulſib cap. 3. di
Urinas ſimiles ſanis in iis febribus appa
in quibus putredo, cordis corpus ſolum
pavit, & ideo, cum tota materia morbif
loci ſit converſa, cumque vaſa ipſa, &
aut nullam affectionem habeant, aut exig
efficitur, ut Urinæ, quæ ſolummodo
core per vaſa in veſicam labuntur, nc
ulla putredine infectæ, talesque videa
quales in febribus ſimpliciter hecticis c
ciuntur. Sed neque nobis hæc opinio a
ut pote, quæ falſis nitatur fundament

bris cujuſcunque & nobis, & ipſi quoque Galeno 1. de diff. febr. cap. 1. πρῶτον δεκτικὸν, in quo loco primum humor febrificus flammam, ſeu intermitentem, ſeu continuam concipit, & febrem νόσον facit, cor ipſum eſt, quo ad totam ſuam ſubſtantiam, vel ſaltem quo ad loca ſibi proxima. Hoc laborante, totum corpus, & omnia ejus vaſa morbo infeſtantur æque, illa quoque, per quæ à jecore, Urinæ in veſicam labuntur. Maxime vero in peſte hoc fit, in qua univerſum corpus tremet, laſſitudinem ſentiunt omnes artus, & omnia vaſa languent. Quorſum igitur adducere illam putredinem cordis corporis, & vaſa Urinaria illæſa?

Noſtra ſententia eſt, Urinas in peſte & peſtiferis febribus, nequaquam ſimiles eſſe ſanorum Urinis, ſi modo quis ſuis oculis, propter Galenum, derogare fidem nolit. Teſtis fuit ſuperiorum annorum lues Epidemica maligna. Teſtis quoque eſt repullulans hiſce in locis peſtis, quæ vere ἀνατεταραγμένον οὖρον nobis, jam ſæpiſſime in aliquot diverſarum ætatum & diverſi ſexus peſtiferis, dilucidiſſime exhibuit: In hac Urina corpuſcula plurima tenuia mox ſubſident, nunquam autem ad veram pelluciditatem pervenit, ſiquis acute rimetur. In multis vero matulis, ſi paululum quieſcant, invenitur hypoſtaſis furfurea, vel κριμνώδης. Cui interdum non

tamen ſemper, accedit fœtor. Quæ omn[illegible] copiam craſſorum & crudorum humorum [illegible] corpore eorundemque validam agitatione[illegible] oſtendunt, unde laſſitudo & tremor artuu[illegible] cephalæa, vertigines, horrores, & quia illi h[illegible] mores aliquid maligni contraxerunt, cor[illegible] palpitatio & frequentes lipopſychiæ, aliaq[illegible] peſtis ſymptomata.

Ex Urina igitur de peſte judicium fieri p[illegible] ſe adſerimus.

Chriſtus inæſtimabilis vi, cujus auxilio[illegible] providentia timentes Jehovam non indigeb[illegible] ullo bono, ut Pſalm. 34 canitur, venena[illegible] peſtiferoſque, & animæ & corporis ictu[illegible] noſtris cervicibus clementer avertat. Amen[illegible]

Finis Libri & Scholarum medicarum, de Urinis.

REN[illegible]

REMEDIORUM AB URINA deſumptorum σύνοψις ἐξηγητική.

Lectori Candido Hieronymus Reuſnerus, Εὖ πράττειν.

HAbes, Lector benevole, Scholas noſtras de Urinis, in quibus vides, nos nequaquam illis adulari poſſe, quotquot conantur jungere gryphes equis. Libere ſententiam noſtram, animo philoſophico protulimus, libere aliorum opiniones adduximus, libere plurimorum arietes, citra tamen calumnias, aut ullum obtrectandi ſtudium, demoliti, acie, quantum à nobis fieri potuit, inſtructa, ſumus: libere fatemur, nos imitatos ſummorum Philoſophorum conſultationes, quibus nos hæc noſtra debere non inficias imus. Ex iiſdem enim fontibus, ex quibus antiqui abditioris Naturæ interpretes, rivos deducere nos oportet. Tuum erit, cui arvum hoc conſeritur, cui hæc ſeges deputatur, cui laboris hujus & ſudoris meſſis comparatur, libere de hiſce, abſque calumniis & ulla præconcepta opinione (quæ à Philoſophiæ terminis exulare debet quam longiſſime) judicium Philoſophicum proferre, & accurate, non quis dicat, ſed quid dicatur, an verum, an ferum, perpendere. Quod ſi feceris, & nos multum profeciſſe putabimus, & tibi vitam noſtram deberi, palam declamabimus. Agreſtes & Zoïlos, qui nihil niſi ſententiolas Galenicas

crepare poſſunt, non curamus. ἀλλὰ τὶ ἡμῖν, οὔτ
τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει, οἱ γὰρ ἐπιεικέστατο
(ὧν μᾶλλον ἄξιον φροντίζειν) ἡγήσονται αὐτὰ οὕτ
πεπρᾶχθαι, ὥσπερ ἂν πραχθῇ, *inquit Socrat*
in Platonis Critone. Cui recte Crito reſpondet, οὔτ
γὰρ φρόνιμον, οὔτε ἄφρονα οἱ πολλοὶ δυνατοὶ ποιῆσ
ποιοῦσι δὲ τοῦτο ὅ, τι ἂν τύχωσι. *Hæc quoque noſtr*
eſt ſententia, quam omnes Philoſophi cum Phm
ſophis illis priſcis & exoſculati ſunt, & exoſcula
tur, & exoſculabuntur.

Porro ut videas, nos in hoc omnes & animi,
corporis intendere nervos, quo poſſimus omni
prodeſſe, obeſſe autem nemini, duximus op
pretium nos facturos, ſi pro colophone adjic
mus remedia quædam εὐπόριστα καὶ πολύχρηστα
Vrina deſumpta, plurima præſertim Spagir
ſive Chemica. Quæ ſi boni conſulueris, non
bitamus, Deum verum medicum, tibi med
ſua providentia in curandis ægris adfutur
Vale, Candide Lector, & noſtrum cando
tibi commendatum habe. Cum candidis
candide agier oportet inter candidos.

URINÆ HUMANÆ VIRES,

Ex Gal. lib decimo, de Simpl. medicament. facult.

URina hominis, omnium prope aliarum Urinarum, eſt imbecillima, exceptis porcis domeſticis, quibus execti ſunt teſtes. Nam illorum ſimilis eſt totius corporis temperatura, temperiei hominum, & Urina ſimiliter debilis. Verum montanorum aprorum valida eſt, ſicut etiam ex odore apparet, qui utique acerrimus eſt. Sed & in aliis animalibus, ex odore vim ejus conjicere liceat. Nam Urinas illas deguſtare, plane eſt abominandum, cum ne pueri quidem Urinam, vir quidam honeſtus vita pariter ac moribus, ebibere ſuſtinuerit, cum peſtifere ægrotaret in Syria, ubi, cum multi Urinam puerorum ſimul & virorum hauſiſſent, ſeſe hinc ſervatos credebant. Cæterum Urina hominum, ut ſi quid aliud, extergendi vim obtinet, quod cum alii multi ſatis indicant, tum maxime fullones, qui ſordida veſtium expurgant ea atque extargunt. Hanc ejus vim cum & medici conſpexiſſent, pſoras & lepras ea detergunt, perfunduntque ulcera, tum multa humiditate, tum ſordibus & impuritate ſcatentia, ac multo magis, ubi putridum quiddam obtinent.

nent. Sed & pudendis, ubi ſic afficiuntur, Uri-
nam infundunt, & auribus pure fluentibus.
Quin & achoras, & furfures eâ curant, capit
identidem perfundentes. At nos hæc facere
odimus potius, cum ad manum ſint, quæ illis
conducant, alia medicamina. At ulcera digito-
rum pedis maxime, quæ ex illiſione atque
offenſione eſſent inflicta, ſæpenumero, ubi
nimirum phlegmone carerent, & ipſe curavi
eaque in ſervis & hominibus ruſticis, quos iter
ingredi absque medicis erat neceſſe. Siqui-
dem linamento (μῶτον Græci vocant) ul-
ceri impoſito, ac inſuper linteo circumvoluto
ac ligato, quoties meiendi inceſſeret cupidi-
tas, in digitum ferri Urinam præcipi, nec
ante abſolvere, quam bene eſſet curatus. Nam
& ſi quem alium, ruri ſine medico agentem
Urinam ulceribus perfudentem audiſſem, non
vetui, ubi ſcilicet in partibus thorace inferio-
ribus, uſque ad imos pedes ulcus conſtitiſſet.
Siquidem ulcera aut capitis, aut faciei, Urina
perfundi ſinere averſabar. Attamen medica-
mentum, quod ex Urina pueri conficitur
(quod quidam vocant chryſocollan, quia eo
ad auri glutinationem utuntur) ad ulcera di-
ficilia ſanatu optimum eſſe, adſero. Fit au-
tem id figura phiali, confecto mortario ex
ære rubro, habente piſtillum ejuſdem mate-
riæ, in quod meiente puero piſtillum circum-
ages identidem, ut non tantum à mortario

qu

quid deradat, ſed etiam a ſeſe nonnihil deterat, id quod pluribus deinceps diebus peragitur, donec Urina craſſitudinem adſequatur mellis. Faciendum vero id in Sole. Nam facilius in aëre, ejuſmodi ab ære quid deteritur. Aut ſi ſol abſit, calidas eſſe ædes ſaltem convenit. Hoc medicamento miſto iis, quæ curandis ulceribus rebellibus ſunt idonea, utimur, ut dixi, ceu optimo. Nihil enim habet abominandum, perinde ut Urina capiti, alterive parti infuſa. Nam quid commemorem Urinæ potum? Scripſere tamen medicorum quidam, de ſubſidente in Urina, craſſo illo videlicet & albo, dicentes, id mederi eryſipelatis. Sane ea eryſipelata, quæ ignea etiamnum ſunt, & revera eryſipelata, calidorum & acrium medicamentorum omnino nullum juvare poteſt. Quæ vero per refrigerantia refrixere, tum hoc, tum alia multa medicamina digerentia adjuvare valent. Atque hoc quidem uti licebit, ubi non in facie, aut prope, eryſipelas conſtiterit, verum in artuum quopiam, aut dorſo, aut ventre. At Urinam pueri orthopnoeæ gratiâ ebibere neceſſarium non eſt, cum ſint & alia medicamina, quæ huic medeantur affectui. Quin cum bibiſſet quidam, affectu liberatus non eſt, ut non eximium quid, præter alia, poſſideat.

Dioſ-

Dioſcorides lib. 2. cap. 74.

HUmanam Urinam, ſuam cuique, biberr
contra viperæ morſus, ac venena, incii
pientemque aquam inter cutem proderit
Scorpionis, viperæ draconisque morſus et
convenientiſſime foventur. Canina ad perfum
dendos canis morſus idonea eſt, pruritus &
lepras, nitro addito expurgat. Sed vetus u
cera capitis manantia, furfures, pſoras & fer
vidas eruptiones, multo magis abſtergit, no
mas, & præcipue genitalium, cohibet, aur
bus infuſa, manans pus ſupprimit, decocta
que in calice mali punici, earum vermicul
abigit. Pueri impubis reſorpta Urina, orth
pnoicis auxiliatur, decocta in æreo vaſe cu
melle, emendat cicatrices, argema, caligine
que. Ex ea & cupro, idoneum auri ferrume
conficitur. Quod in Urina ſubſidit, illi
ignem ſacrum mitigat, fervefactum cum c
prino, inditumque vulvæ, dolores mulce
ſtrangulatus letus levat, genas deterget, oc
lorum cicatrices expurgat. Taurina, ſi cu
myrrha inſtilletur, aurium dolores len
Aprina viribus iiſdem prædita eſt, privat
comminuit veſicæ calculos, & potu expel
Caprina ad aquam, quæ cutim ſubiit, cu
nardi ſpica quotidie binis cyathis cum aqua
bitur, Urinamque per alvum extrahit, auri
doloribus inſtillata medetur. Aſinina tradi
renı

renum vitiis mederi. Lyncis Urinam, quam Lyncurium appellant, ſimul ac excernitur, glaciari coireve in calculi duritiem, vulgo creditum eſt. Quare quod de ea proditum eſt, vanum eſſe convincitur. Eſt enim, quod à nonnulllis vocatur ſuccinum pterygophoron, ideo dictum, quod pennas ad ſe alliciat. Id potum ex aqua, ſtomacho, alvoque fluxioni laboranti convenit.

Strabo lib. 3.

SCribit, Iberos conſueviſſe Urina in cloacis inveterata lavare, ſibique ipſis, ac mulieribus eadem dentes abſtergere. Id quod etiam Catullus in Egnatium confirmare viſus eſt.

Plinius lib. 28. *cap.* 8.

REfert Barbaros Urina quinque annis inveterata, ad ciendas alvos, magno plauſu uti.

Theophraſt. Paracelſ. 1. *part. Magnæ Chirurg. tract.* 2. *cap.* 5.

Quandoquidem natura ipſa, Balſamum, qui vulnera curat, interius in ſe reconditum circumfert, ut nil pręter mundationem, ad vulnus curandum deeſſe videatur, de ea quoque pauca admonere, non inutile forſan fuerit. Videmus enim canes lingendo vulnera ſua curare, nulla alia ratione, quam quod ea expurgent.

purgent. Quos imitati priſci homines, vulner[a] ſua, manuum præcipue, frequenti linctu pu[l]chre curarunt. Verum ſucceſſu temporis del[i]catiores facti, à linctu abhorruerunt, ac Urin[a] vulnera lavare cœperunt, ſicque carnoſa vu[l]nera facile curavere. Sed quia fœtorem vu[l]neribus conciliabat, & frequentem diligati[o]nem requirebat, pigritia ducti, & hanc reliqu[e]runt, ac ad vinum confugerunt, quod etiam[ſi] non contemnendum eſſet, tamen in mag[nis] vulneribus ſufficere non poterat, tandemque [ad] aquam ſalſam progreſſi, eam utiliter tum hom[ini]bus, tum beſtiis adhibuerunt. Verum ne h[æc] quidem diu duravit etiam, ſed in ejus locu[m] ſucceſſerunt alia mundificativa, decoctio h[er]barum vulnerariarum in vino, adjecto ſalis m[o]dico, qua vulnus lavarunt, tandemque emp[la]ſtri loco favos contuſos impoſuerunt, aqua a[lu]minata, cum pauco atramento, ſuccus pl[an]taginis ac chelidoniæ, pauco ſale adjecto, [...] cum melle, perſicaria, aliaque plurima co[m]poſita, de quibus videatur Paracelſus paſ[ſim] in Chirurgia Magna & Minori, in lib. de [tu]moribus, puſtulis & ulceribus morbi Gall[ici,] in Chirurgia vulnerum, & lib. de Apoſtem[a]tibus, Hulceribus, Sironibus, & Nodis.

Hieronymus Cardanus lib. 17 *de Subtilitat[e]*

CUr Urina ſola inter omnes liquores, [pro]cul eſt ſplendidior, quam prope, reli[...] contr[...]

contrario modo, cauſa facile dignoſcitur. Urina continet pingue humidum, quod prope, illam obumbrat, procul autem illuſtratur, quia igneam habet lucem. Cæteri liquores umbram non habent, quia puri, vel ſi ſint impuri, quod impurum eſt, totum obumbrat, inde ut remotiores ſunt, eo obſcuriores. Eſt autem Urina tenuis valde ſubſtantiæ, ob calorem, adeo ut quamvis ſalſa ſit, attamen levior exiſtat, quam aqua, non tamen omnis. Ob id Urina ventris inflationi prodeſt, ac longe magis aqua ſalſa, tenuitate enim penetrat ad intima, ſecumque ſalis vim defert, qua flatus diſcutitur, & viſcera confirmantur. Attenuatio à calore fit, ob hoc recens, & calida, & pueri impolluti (calidiſſimus enim hic eſt ſexu, & ætate) eligitur.

Mercurial. de Urinis cap. 9.

URinam ſuam cuique potam conferre, exiſtimatum eſt. Diſtinguebantur autem interdum ab ætate. Quoniam impuberum Urinæ, contra ſalivas aſpidum, pithyadarum vocatorum, contra oculorum obſcuritates, ad aurium ſordes detergendas, ad vermes enecandos, maxime commendabantur. Econtra virorum Urinis in podagris ſunt, qui fateantur ſe uſos maxima felicitate, exemplo fullonum, quos, quia in Urinis pedibus verſabantur, podagra non ſollicitari conſpiciebant. Qua ratione, cum

Urinæ in tam variis uſibus apud veteres fu
rint, (ut præter Galenum locupletiſſimi
ſtes ſunt omnes Geoponici, Hippiatri, Il
nius, Columella & alii) factum eſt, ut vee
res Imperatores interdum vectigalia ex U
nis facerent, quemadmodum refert Suetor
de Veſpaſiano, quem Tito ipſum repræhe
denti, odorandam pecuniam ex Urina vec
galibus exactam porrexiſſe ſcribit, & pro
ſciſſe, num male oleret, quod ipſo negan
ait, atque ex Urina venit.

BALSAMVS URIN

Qui merito catholicum remedium nominari p
teſt, ob inſignes, quibus pollet, virtutes

Accipiatur Urina pueri ſani, qui ann
duodecimum agit, & , ſi fieri poteſt
aliquot menſes vinum biberit. Adulti c
hominis Urina multas ob cauſas, ut & v
nis, minus convenit. Hæc putrefiat in
Magiſtrali, vel Balneo Maris, anno Phi
phico, deinde deſtilletur, in Athanare,
mediocri (quoque diligentiſſime nota) ir
vitreo (nulla alia materia hic apta) cum A
bico vitreo, & Ricipiente vitreo, probe fi
tis juncturis ſigillo Hermetico, in cine
aut arena. Phlegma reponatur ſuper fo
quaterque hoc modo repetatur deſtill
Ultima aqua colligatur in vitro bene obt
non autem alio vaſe, nam propter ſum

penetrationem, ſubit & terrea, & lignea vaſa. Color hujus aquæ erit albus, & admodum fœtens. Propterea, ut concilietur gratior ſapor & ſuavior odor, ſumpturi Cinnamomum & ſaccarum addunt. Fœces autem illæ, ſuper quas refunditur aqua deſtillata, erunt nigerrime, quæ ſi gradibus ignis auctis ſublimentur, Sal alkali ſublimabitur, inſtar nivis, adeoque acutum, ut Solem, Lunam, & alia metalla ſolvat.

Virtutes balſami Urinæ.

QUinta Urinæ Eſſentia, recte Catholicum remedium nominari poteſt. Habet enim mirandas virtutes, in omnis generis morbis, naturamque ſua ſimilitudine, non autem contrarietate, mirabiliter fovet. Curat hydropem, Urinam & menſes ſuppreſſos movet, reſiſtit corruptioni, curat peſtem, febres varias, peſtiferas, tertianas, quartanas, quotidianas, vomitui & nauſeæ ſuccurrit, quanquam etiam non raro vomitum cieat. Solvit quoque Coteram fixam.

Nec dubium eſt, has omnes virtutes in benedicta hac Mumia contineri, cum idem Urinam crudam præſtare videamus. Ciet enim hæc Urinam, & menſes, curat tumores, & hydropem, ſanat cœliacos, colicos, utilis eſt febribus, tertianæ, quartanæ, quotidianæ, continuæ.

Contra peſtem febreſque peſtilentes eſt εὐ-
εισον remedium, ſi quotidie, per dies quin-
cim mane bibatur cum croco, vel aliquot g
nis pulveris ſequentis, cujus viribus miram
adſtipulatur certa experientia, tam in curam
quam precavendo, tempore hoc peſtilen
infectis probata.

Rec. Maceris in aceto vini optimo horis
ginti quatuor macerate, unc. ij.

Caphuræ, unc. dimidiam.

Manus Chriſti perlatæ, cum oleo Cinnam
præparatæ, unc. jv. miſce diligenter, ut
pulvis Maceris, quem ita nominamus,
pter ſaporem maceris, qui momento ſeſe
erit, quam primum inſignis odor caphure
ferbuerit, qui alias primas hic tenet.

Urina quoque frangit lapidem in ren
& veſica, ſolvit obſtructiones jecoris, icte
curat, purgat pulmones, lumbricos er
Quorum omnium peculiaria remedia
ſubjiciemus.

Eſſentiæ doſis eſt uncia una cum dir
aut etiam duæ, cum ſaccaro & Cinnam
Crudæ Urinæ major quantitas ſumi p
Ejus namque eſt minor vis.

Ad ſuffuſionem, ſive ὑπόχυσιν.

Recip. Euphraſiæ, fœniculi, rutæ
lidoniæ, verbene, betonicæ, an
nip. j.

Roris marini, man. S.

Semin. fœnic, aniſi, carvi, ſileris montani, ana unc. S.

Calami aromatici, drach. vj.

Thuris, myrrhę, aloës, ana drach. ij.

Aquæ roſarum, lib. ij.

Aquæ rutæ, vini odorati, ana lib. j.

Urinæ pueri, lib. S.

Infunde per quatuor dies. Deſtilletur hinc in vaſe vitreo.

Hoc deſtillato oculi abluendi, immerſo linteolo molli, in quo ſuccinum album pulveriſatum, vel potius in pollinem redactum, ſit concluſum.

Pedes vero decocto betonicæ mane abluendi. Interdum ſuffumigium Xylo aloës oculis excipiatur, quod præſens eſt medicamentum, contra opthalmiam quoque.

Ad puſtulas & ſaniem oculorum.

FOrtis medicina hic non habet locum. Magis enim, magiſque malum exacerbatur. Præſtat accipere ova tria, & coquere in tantam duritiem cum aceto, ut teſtæ ſemoveri apte poſſint. Hinc albumen extrahendum, cui addatur Urinæ pueri puri & maſculi, uncia j. miſceantur, & colentur cum expreſſione per pannum, ſervetur expreſſum in vitro, de quo ter in die aliquid immitatur oculis. Cephalica

præterea, aut alia brachii vena (nullum enim
hic diſcrimen,) ſecetur.

Pulvis conducens ophthalmiis, ſuffuſionibus, aliisque ægritudinibus oculorum externis.

Urina pueri ebulliat tamdiu, donec incraſſetur. Fœces remanentes, calcina in igne: postea ſolve in aqua communi, & præpara instar Salis, deſtillando per filtrum, coagulando, ſolvendo, ut fiant albæ, & pulveriſentur.

Pulvis hic certo experimento, ſubvenit omnibus oculorum morbis extrinſecis, ſi modicum ipſius bis in die oculis inſpergatur.

Collyrium Contra puſtulas, maculas, pannos, cataractas, & ſimiles affectus oculorum, quod viſum acuit, & mire conſervat.

REc. Limaturæ auri puriſſimi, drach. S.
Balſami, croci, ambræ, ana ſcrup. ij.
Muſci, opii, ana ſcrup. j.
Tutiæ extinctæ novies in Urina pueri drach. j.
Tragacanthi, ſagapeni, galbani, ſtercoris lacertæ, ana drach. S.
Lapidis Calaminaris, vitrioli albi, ſachari Candi, aloës hepaticæ, ana ſcrup. j.
Corticum myrobalan. citrinarum, & Indorum, ana drach. j.
Caſtorei, oſſis ſepiæ, ana ſcrup. S.
Fellis vulturis, humani, urſini, aquilæ, ana drach. ij.

Ex omnibus fiat collyrium, cum ſuffic. quantit. ſucci fœnic. rutæ, chelidoniæ.

De iſto collyrio, duæ vel tres guttæ, in angulum oculorum inſtillentur.

In cujus locum, aliquando ſequens medicina alternis vicibus ſubſtitui poteſt, cujus maxima vis in omnibus animalibus. Mediam ollæ vitreatæ partem, imple vino, quam impone in cumulum formicarum, ut vas ingrediantur. Tum deſtilla ſimul omnia per alembicum.

Aut formicæ tantum ſtent in putrefactione, per dies quinque vel ſex in vino, poſtea ſolum vinum percolatum, abjectis formicis, deſtilletur.

Hujus eſſentiæ, duæ aut tres guttulæ in oculum imponantur.

Valet maximopere ad cataractas, ruborem & dolorem oculorum. Si morbus ſit antiquus, & craſſa in oculo carnoſitas, prius aliquid aluminis uſti imponendum, donec caro ſit eroſa, deinde admovenda hæc collyria.

Aqua viſum acuens, & maculas, ac pannum delens.

ACcip. Seminis fœniculi, petroſelini, ſileris montani, apii, aniſi, carvi, gallitrici. Radic. chelidoniæ, acori, Betonicæ, agrimoniæ, tormentillæ, rutę verbenę, ana, partes æquales.

 Teran-

Terantur, & incidantur, ponanturque prima die in Urina pueri puri, ſecunda in vino albo, tertia in lacte mulieris, ſive aſinę, quarta die deſtillentur hæc omnia. Serva, ut Balſamum in vaſe vitreo diligenter obturato, ne quid exſpiret.

Contra icterum.

FImum equinum cum Urina ægri ſic miſce, ut pultis referat conſiſtentiam. Hæc linteolo excipe, & in camino ſuſpende, ut fumo ſemper ſint expoſita.

Vel Urinam ægri cum raphano contuſo cola, de quo Ictericius bibat mane & veſperi.

Enemata ad aſciten.

REcip. Parietariæ, pedis columbini, rutæ, folior. ſambuci, ciclæ, ana manip. i.

Chameleæ, braſſicę marinæ, vel thymelęæ ana manip. S.

Aniſi, fœniculi, ana unc. S.

Apii, petroſelini, ana drach. j.

Florum anthos, geniſtæ, ana pug. j.

Azari, unc. S.

Fiat decocti, in aqua fontana.

In decoctio libra j. diſſolve Benedictæ laxativæ, unci. j.

Urinę pueri, unc. ij. miſc. fiat clyſter.

Vel. Rec. Radicum apii, petroſelini, graminis, aſparagi, rubiæ, pentaphyli, ana uncias ij.

Radicum

Radicum azari, iridis recentis, ana unc. j.
Mercurialis, braſſicæ marinę, rutę, ciclę, vel cucumeris ſilveſtris. ana manip. j.
Florum geniſtæ, pug. ij.
Fiat decoctio in aqua fontana.
In libra j. diſſolve Urinæ pueri, unc. iij.
Benedictę laxat. unc. S.
Salis parum. Miſce, & fiat clyſter.

Clyſter præſtantiſſimus, flatus diſcutiens, aquam educens, ad hydropem aſciten, adjuncta tympanite, à ſcirrho jecinoris.

ACcip. Urinæ pueri impubis, uncias x.
His incoque Fermenti, unci. j. S.
Semin. fœniculi, aniſi, anethi, ana unci. j. S.
Mellis deſpumati, unci. j. Fiat clyſter.

Enemata ad anaſarcam.

REcip. Pulegii utriuſque, calaminthę, majoranæ, ana manip. j.
Agarici in panno ligati, unc. j.
Semin. aniſi, fœniculi, rutę, ana unc. S.
Florum anthos, ſtæchados Arabicę, ana pug. j.
Fiat decoctio. In lib. j. diſſolve
Urinæ pueri, vel murię piſcium, unc. j.
Benedictæ laxativæ, unc. ij. miſce, & fiat clyſter.

Vel. Rec. Radicum cyclaminis, ebuli, aſa-
ri, ana unc. S.

Foliorum mercurialis, braſſicæ marinæ, eu-
patorii, abſinthii, pulegii, ana manip. j.

Seminum carvi, petroſelini, geniſtæ, aniſi
ana drach. iij.

Polypodii quercini, ſenæ Alexandrinæ, an
unc. S.

Florum geniſtæ manip. j.

Coquantur in ſuffic quant. aquæ ad lib. j.

Colaturę addantur, Urinę pueri unc. j. S.

Diaturbith cum rheobarbaro, drach. v.

Benedictæ laxativæ drach. ij.

Olei rutacei, & irini, ana unc. j. S.

Salis communis drach. j.

Fiat enema, quo ſæpius utatur hydropicus.

Unguentem ad aſciten.

ACcip. Emplaſtri de baccis lauri, unc. j. S.
Unguenti Agrippæ, radicum ebu-
ana unc. S.

Stercoris vaccini, columbini, ana unci. ij.

Sulphuris vivi, drach. iij. S.

Cum Urina infantis, & melle, quantu-
ſufficit, fiat pro ventris regione, cataplaſm-
molle.

Rebi ſola.

URinam exacte deſpumato, deinde ſt
triduum in vaſe, poſtea absque igne ſi
t

triduum in cacabo, tunc in fundo inveniuntur lapilli, eſtque arcanum in Icteritia.

Ex Theophraſti Paracel. Scholiis in cap. 2. lib. 4. de gradibus & compoſition. receptorum & naturalium.

Ad ſtrumas.

REcip. Tutię, unc. jv.
Salis fuſi, calcis vivę, ana unc. vj.

Quæ ſtratificata ponantur in tertium gradum ignis, deinceps ab ipſis extrahas Alcali.

Hujus accipe unc. j.
Salis anatri, ſeu fellis, Salis fuſi, ana unci. j.
Urinæ deſtillatæ, unci. xv. Fiat mixtura.

Proceſſus ejus eſt, ut patientibus detur potanda, mane & veſperi, per ſeptimanas tres aut quatuor.

Ex lib. 1. Thephraſt. Paracel. de Præparation.

Trochiſci, quibus omnes maculæ ex veſtimentis extrahuntur.

SUme, Tartari lib. j. S.
Aluminis lib. j.
Fellis bovis, numero v.
Salis manip. ij.
Urinæ, lib. j.

Tartarum pulveriſetur, alumen autem cum Urina diſſolvatur, tandem imponatur tartarum, & tunc ſuperfundatur quantitas fellis, & cum albumine ovi fiat paſta.

Con-

Contra ſerpentes in ventre.

IN balneo bibe, ſudorem & Urinam equi, & liberaberis.

Ad lactis copiam tollendam.

FOlia laveris, ſive apii paluſtris, cum foliis buxi, cocta in Urina & aceto, apponantur mamillę, loco cataplaſmatis.

Subtrahatur cibus, qui ſit boni nutrimenti, in cujus locum ſubſtituatur is, qui, etiamſi in magna quantitate fuerit ſumtus, parum tamen nutriat.

Perfundantur præterea mamillæ decocto myrti, & roſarum, cum modico aceti, in quo cuminum coctum, & modicum myrrhæ, camphuræque maceratum ſit.

Curatio cancri.

LAvetur primo omnium Cancer, Urina ægri, in qua ebullierit vitriolum Romanum, & inſpergatur ſequens pulvis.

Bufonem terreſtrem unum, & cancros duos combure in olla nova, in pulverem.

Hoc facto, parati ſint hi trochiſci, qui mirabiliter cancros abſumunt, & polypos narium.

Recip. Calcis vivæ, arſenici citrini, ana drach. ij.

Vitrioli, æruginis, aluminis, ana drachma.

Gallarum

Gallarum, acacię, balauſtiorum, ana drach. S.

Trita in mortario æreo, expoſito igni, aut ſolis ardori, inſpergantur aceto quam acerrimo, id ſubinde repetatur, novumque adfundatur. Quinto die trochiſci formentur, ſiccentur in umbra, reponantur loco frigido & ſicco, qualis eſt patens Aquilonibus. Tempore uſus diluuntur vino, atque in linimentis adhibentur.

Potus ruſticalis contra pudendagram.

ACcip. Cereviſię part. ij.
Urinę ægri part. j. & aceti tantundem.
Millefolii manip. j. S. aut ij.
Gingiberis, & piperis minutim contuſi, ſingul. parum.

Coque in olla vitreata, per quartam horę partem.

Divide potionem in tres partes, unam mane, alteram veſperi, tertiam iterum mane, calidam exhauri, continuo uſu.

Ad diſlocata, & contuſa membra.

LAva locum affectum diligenter Urina calida, & panno tepefacto, cui nonnihil Dialthęæ inunctum ſit, fricetur, deinde vero recte reponatur.

Tum Rec. Butyri Maialis, mellis, axungię canis, dialthęæ, ana æq. partes.

Fiat

Fiat Unguentem, quod ſuperinducatur lin-
teo cereo, & apponatur.

Vel, quod præſtantius eſt, Rec. Limatura
ferri, unc. vj.

Lythargyri auri unc. iiij.

Terebinthinæ, unc. iij.

Cineris albiſſimi & mundiſſimi è foco, lib.

Olei roſacei lib. ij.

Bulliant omnia ſimul apud ignem, donec
redigantur in formam emplaſtri. Poſtea sup.
petiam calide quantum ſuſtinere poteſt æge.
applicetur, veſperi & mane renovando.

Ad lumbricos puerorum

PUlſus brachiorum, os ventriculi, umbi-
cus, totumque abdomen uſque ad inguin
ungantur pingucdine illa lenta & fœtida, q
exudat è Suis ſilveſtris veſica, ſi hęc mome
to, extracto venabulo, illęſa cum Urina ſuſpe
datur in umbra.

Prius autem aliquot pulveris ſubſequen
grana, in ſtillatitio graminis canarii liquo
propinentur.

Rec. Cornu cervini, corallinæ, ana drachma

Rhei barbari, gr. xij.

Miſceantur, ut fiat pulvis tenuiſſimus. H
etiam in lacte exhiberi poteſt.

Ad ſurditatem.

URinam leporis calidam, quam inter exen
randum in veſica reperies, immite in au

Id

Idem præſtat Urina viri calide aurib. inſtillata, ſi in primis aliquot guttæ olei Sinapis addantur, aut modica portio hujus clyſmatis.

Rec. Ellebori albi, caſtorei, coſti, ana. drach. ij.

Rutæ ſilveſtris, nitri, piperis longi, ana drach. j. & ſcrup. j.

Succorum raphani, porri & cepæ. Olei è ſpica, è chamemælo, ex amygdalis amaris, ex anetho, ana drach. j.

Euphorbii, drach. S.

Bulliant una, ad ſuccorum conſumptionem. Hoc etiam tinnitum tollit.

Contra pediculos palpebrarum.

LAventur palepebræ Urina pueri, aut juvenis jejuni, aut virginis, deinde apponatur aloë hepatica, diſſoluta cum aqua roſarum.

Aut ungatur locus hoc linimento, quod efficax admodum eſt, ad fugandos illos pedites, ubicunque aciem inſtructam habeant.

Rec. Staphyſagriæ, unc. S.

Olei abſinthii, unc. j.

Aluminis, drach. ij. S.

Ceræ, quantum ſufficit, ut fiat linimentum.

Vel. Rec. Aluminis Zuccharini, aloës, ana drach. S.

Pulveris ſtaphyſagriæ, abſinthii, ſulphuris, ana gr. xv.

Aceti

Aceti ſcillitici, quantum ſufficit, pro lin[...]
mento. Extendatur ſupra fruſtum lintei, a[...]
ponatur parti obſeſſæ. Poſt ſex horas abluat[...]
locus, ex decocto abſinthii, addito ſemine ſt[...]
phyſagriæ.

Ad faciem pulchram.

URinam bovis non caſtrati, deſtilla p[...] alembicum. Impone Camphoræ gr. i[...] Fiat lotio pro facie.

Quam poſt horam excipiat ſequens lotio.

Rec. Mellis rubei, lib. ij.

Gummi Arabici, unc. ij.

Miſce, deſtillentur per alembicum, ſu[...] igne. Prima aqua, quæ exit, eſt clara, & o[...] ma ad faciem dealbandam, & purificand[...] Secunda eſt crocea. Tertia rubicundiſſima, [...] facit capillos flavos, & omnes maculas fa[...] delet.

Noctu vero ungatur hoc.

Recip. Olei amygdalarum amararum, m[...] lis, Radicis lilii. Ceræ, quantum ſufficit, [...] unguento.

Vel paretur hæc aqua pretioſa.

Recip. Farinæ frumenti, quantum ſuffic[...]

Lactis caprilli lib. ij.

Fiat maſſa, e qua formetur panis, q[...] furno aſſetur. Eximatur, & iterum macer[...] in lacte caprillo, per diem.

Adde albumina ovorum, num. xx.

Caphuræ unc. j.

Aluminis uſti, corallorum alborum, ana unc. ij.

Urinæ bovis ſimplicis, aut deſtillatæ, unci. j.

Miſce, deſtillentur ſecundum artem.

Fiet aqua, gratiſſima puellulis non tantum, quæ fucos aliquando, maximo cum faciei dedecore, inſtinctu edentularum beſtiarum, ſibi comparant, ſed etiam viris, quos non ſemper forma neglecta decet, cum formoſam virginem ambiunt.

Ad Urinæ retentionem poſt caſum.

Detur Urina puellæ calida potanda.

Ad pudendi læſionem, & hulcerationem à coitu cum ſcorto.

ÆRuginem, cum ovo ad duritiem cocto, miſce, cui adde parum Urinæ. Exprime hæc per panniculum, quo genitalia lava.

Hinc Rec. Aluminis uſti, dentium lucii, oculorum cancri, ariſtologiæ longæ ana part. æque.

pulveriſentur, qui pulvis poſt lotionem ſuperiorem inſpergatur, vel etiam poſt hanc.

Rec. Roriſmarini, ſalviæ, chamemæli, ana manip. S.

Bulliant in vino albo.

Colaturæ adde, Vini granatorum unc, ij.

Mellis roſacei unc. S.

Hac aqua lavetur pudendum, poſt qua[...] inſpergatur iterum vel ſuperior, vel hic pu[...] vis.

Rec. Lithargyri auri, ceruſſæ, radicis ire[...] tutiæ, nucum cupreſſi, ana drach. j.

Thuris, maſtiches, ſarcocollæ, myrrhæ, [...] drach. S.

Conterito omnia, ut fiat pulvis ſubtili[...] mus.

Ad Tibiarum, lumborum & crurum dolo-rem, propter iter.

TOtum crus lavetur veſperi, cum qui[...] confert cubitum, Urina. Quod ſi quis[...] cerit, ſequenti die iter continuare poterit.

Aut bulli cinerem in aqua, & lava ea, q[...] potes, calidiſſime crura, poſtea inunge ol[...] cum ſucco rutæ.

Medicina hæc ſtudioſis conducit, qui[...] rumque aut eſſedo, aut caballis deſtituu[...] quando Minervæ lituos in peregrinis or[...] quuntur.

Ad artuum torporem, poſt verbera vel c[...] ſum, non ſecus, ac ſi eſſent Paralytici,

SUlphur, ſinapi, ſaponem Venetian[...] baccas juniperi, contunde diligenter, [...]

Urina pueri, aut vino ſublimato, quo frequentiſſime ruſtici utuntur. Hoc unge membra torpida.

Præmitti poteſt blanda frictio.

Huic ſimile eſt præſtantiſſimum hoc medicamentum, quod non ultima ſibi vendicat in apoplexia & paralyſi.

Rec. Sinapis albi baccarum juniperi, ana manip. j.

Garyophyllorum, num. x.

Pyrethri, ejuſdem ponderis.

Smegmatis Venetiani, portionem commodam.

Hæc mixta & contuſa colligantur in nodulum, imponuntur in cantharum, ſuper infunditur.

Aquæ Lavendulæ lib. j.

Olei juniperini lib. S.

Illinantur hoc ad ignem membra affecta, per horas aliquot continuas.

Quæ ſi conducere nolunt, ita, ut morbus ſubinde maneat, paretur ſequens medicina, qua uſus fuit ſecundo ſucceſſu quidam ex Præceptoribus noſtris, ad paralyſin, epilepſiam, & ſimiles morbos cerebri.

Rec. Radicum angelicæ, ireos Florentinæ, gentianæ, cyperi, ana unc. j.

Calami aromatici, cinnamomi, caryophyllorum, nucis myriſticæ, maceris, ana drach. ij.

Salvię, Ivæ artheticæ, majoranæ, roriſm
rini, lavendulæ, ſaturejæ, pulegii, calaminth
ana manip. S.

Florum chamemæli, meliloti, hyperici, r
riſmarini, ſtæchados, ana pug. j.

Inciſa & nonnihil contuſa, macerentur
quatuor horas, in aqua vitæ, & vini Malvat
ana lib. j. S.

Deinde omnia per Balneum Mariæ deſ
lentur.

Doſis eſt, quotidie mane, quantitas dim
cochlearis.

Ex eadem Eſſentia fiat vertebrarum d
& membrorum laborantium inunctio.

Contra febrim.

URina deſtilata primas obtinet, in qui
cunque febribus.

Sunt tamen & alia apud autores celeb
contra febres, Urinæ remedia.

Ut Recip. Portionem ſalis, fabæ m
magnitudine, liga hanc in panno lineo,
in Urina ægri macera integro die, poſte
exiccari, in cineribus calidis, donec rub
quendam acquiſiverit. Hoc remedio ma
veſperi æger utatur, cum pane.

Item. Recens ovum in Urina ægri
quod in piſcinam, ubi piſces ſunt, conjic
momento febrim ceſſare dicunt.

Item. Subige farinam, cum Urina ægri ad formam placentulæ, coque hanc in furno, inſtar panis, objice piſcibus, ut ab iis devoretur. Abit febris, maxime quartana.

Item, Si quis Chronica laborat febri, accipe ejus Urinam matutinam, quam in vas ęreum vel ferreum infundes, huicque addes vitellum & albumen ovi, quæ bene mixta ebullire ſines. His completis inde in ollulam omnia, quam obturabis optime, ne ullis perſpiraculis aëre ingrediatur, & illam in cumulum formicarum, ſatis profunda fovea, colloca. Si morbus eſt lethalis, momento diem æger obibit ſuum, ſin minus poſt vehementem paroxyſmum, ſe liberum ab omni moleſtia, extemplo ſentiet.

Apomaſaris apoteleſmata, de ſignificatis & eventis inſomniorum de Urinis, affinitate materiæ adnexa.

Ex indorum diſciplina.

SI quis in ſomnis ſibi videatur repletus, Urinam excreviſſe, ſi qua hominem afflictio vel indignatio premit, ea liberabitur. Sin opulentus eſt, qui ſomnium habuit, aliquid opibus ſuis detrahet, ad impenſas & erogationes in ſcorta, pro ipſius Urinæ copia.

Si quis ſibi viſus ſit,in vas quoddam vitreum minxiſſe, ſi rex eſt, mulierem infamem, de ſe- mine ſuo prægnantem, reddet, ac neque fœ- tus uteri, nec ipſa finem optatum adſequetur propter imbecillitatem vitri. Si plebeius eſt, li- beros ex conjuge ſua procreabit.

Si quis ſibi viſus ſit, in vas aureum min- xiſſe, difficulter mingendi morbo labora- bit.

Si vero in vas lapideum defoſſum, opes ſi- in terra defodiet.

Si in vas argenteum, rex quidem, aut proce- rum aliquis, cum ancillarum venuſtiſſima r- habebit, plebeius, ſua cum uxore ſemet ob- ctabit, pauper, opulentæ mulieris vel amore vel matrimonium promerebitur.

De Urinis, Perſarum & Ægyptiorum con- ſentiens interpretatio.

QUæcunque in alvo concluduntur, opes - tendunt, & ex ea, quæcunque rejiciun- opum amiſſionem denotant.

Si quis minxiſſe ſibi viſus ſit, ad libic- ſuas, pecuniam erogabit.

Si quis in veſtimenta ſua, minxiſſe ſib- deatur, idque conſpectum ab aliis, in ſcort- ne depræhendetur.

Si quis in vaſe quodam ſibi minxiſſe v- tur, ſi vas ipſius eſt proprium, ſua cum u-

Ll

liberis operam dabit, ſin alienum, alienam inibit.

Si viſus ſibi fuerit, Urinam excernere, coactus & arctatus, exigentur ab eo, quas injuſte collegit, opes, & graviter adfligetur.

Si quis in terræ faciem, viſus ſibi fuerit ſanguinem mingere, mulierum cauſa, maximas impenſas faciet, ac gaudio potietur. Quippe terra, mulieris interpretationem habet.

Si quis Urinam propriam bibiſſe ſibi viſus ſit, impenſas in res ſuas faciet, ac rurſus impudenter expenſas ſuas recipiet.

De ſomnio protoſymbuli.

MAmmunas ille Protoſymbulus, ſomnium habuit, quo ſibi viſus eſt, eſſe in templo maximo, nimirum in Micca, ſeu Mecham, ſive in Abrahami tabernaculo, quumque ſuperiorem in partem abiiſſet, ubi ſolium eſt, juxta duos angulos, in eis minxit, correptusque formidine, velut in peccato maximo, clam ad ſomniorum interpretem Sereimum miſit, qui pro ſuo ſomnium hoc uſurparet, idque declarari à Sereimo peteret. At ille coarguens hominem. Non hoc, ait, oblatum eſt tibi ſomnium, quippe non ortus es de Protoſymbuli ſemine. Propterea nullam ex me interpretationem habebis. Ibi

tum hominem coram conventum, hortatu
eſt Protoſymbulus, interpoſito quoque jur
jurando, ne ſomnii, ſolutionem occultare
At ille, quatuor, inquit, anguli templi, qu
bus in angulis Urinam reddidiſti, quatu
liberos portendunt. Duo partis illius ſup
rioris, ubi thronus eſt, throni & imperii ſu
ceſſores erunt, duo partis inferioris, procre
buntur illi quidem ex te, verum imper
ſolii tui non potientur. Et hæc adjicere n
bis placuit, antequam partum ad umbilicu
perduceremus. Abſit abuſus, cum ſuper
tione, curioſitate nimia, vanitateque anili c
junctus. Explodamus illorum ſententiam,
omnem rationem ſumendorum è viſis n
cturnis præſagiorum evertunt. Imitem
exemplum Hippocratis in epiſt. ad Ph
pœm. qui non contemnebat ſomnia præ
tim cum erant ordinata. Hinc Hippocr
ſomnio admonitus, prænovit, Democrit
nulla inſania laborare. Sic, monente quo
Galeno lib. artis parru. cap. 82. ſomnus
rimis & inſuetis imaginationibus abund
indicat futuram ægritudinem. Ut alia p
ſilentio prætereamus, ut ſomnium M. T
& Catuli de Octavio, qui deinde C. Cæ
Auguſti nomen habuit, dum aurea caten
cœlo in Capatolium demiſſus fuit, accep
Jove flagris. Idem dicimus de Alexandri
ſomnio, de radice ſalubri à Dracone dece

Quis igitur adeo erit perfrictæ frontis ut hæc inſtar ἐκφατνισμάτων ſuſque, deque faciat, cum partim divinitus accidant, partim συμμετρίαν vel ἀσυμμετρίαν humorum in corpore ſequantur? Quorum poſteriora inprimis ad medicos ſpectant, qui horum interventu & adminiculo non raro in morbi & cauſæ cognitionem deveniunt.

Ratio cognoſcendi ex Vrina, an peſtilentia correptus morietur.

URinam infecti, in matulam mundam infundunt, in hanc guttulam lactis muliebris, ſi puerum conceperit, injiciunt. Si lac recta ſupernatat, æger ſanitatem priſtinam ſtatim recuperat, ſin autem medium matulę locum occupat, non quidem ſtatim valetudini reſtituitur, ſed aliquo elapſo tempore, ſi denique ad fundum deſcendit, vitam quoque in fundo eſſe, & mortem peſtifero imminere portendit.

Quæ portenta, ſignificationes & conjecturas, Jehova hac ſenecta peſtifera, quę omnibus extremum minatur diſcrimen, pro ſua ineffabili clementia, ad felicem perducat exitum, ſive ad ſanitatem, ſive ad mortem, nos vocet juſta Dei ſententia. Quem Deum optimum Maximum, Deum invictum ſapientia, Deum inæſtimabilem vi, Deum ante omnia,

in omnibus, poſt omnia, laudamus, quod nos, ab incunabulis uſque, in illis ſcholis vivere voluit, in quibus cum primo lacte, divinam ſacrarum literarum & Medicinæ Philoſophicæ ambroſiam, haurire potuerimus. Eundemque veris ſuſpiriis oramus, ut conatibus noſtris, contra machinationes & technas malevolorum, qui lapides Siſyphios in cervicis noſtræ perniciem volutant, clementer adſit, cymbamque ſuam in Cimmeriis iſtis tenebris, contra procellas Aquilonias tueatur. Ad quod ſummum bonum, à quo omnia bona, bonum hoc quoque noſtrum referimus, ſemperque referemus. C[…] ſit laus, honor, gloria, ſoli & uni, ſæculis infinitis, Amen.

TH[…]

THOMÆ WILLIS ELENCHUS RERUM

In diſſertatione

DE URINIS.

CAP. I.

De Urinæ Elementis, & præcipuis accidentibus.

URinæ analyſis Spagyrica. ejus quinque principia, ſcil. Sal, Sulphur, Spiritus, Aqua, & Terra. ejus accidentia, ſcilicet quantitas, color, conſiſtentia, & contenta.

CAP. II.

De quantitate, & colore in Urinis ſanorum.

Quæ ſit Urinæ quantitas, reſpectu habito ad liquida aſſumpta. color citrinus à Sale, ac Sulphure diſſolutis ac ſero concoctis, earum diſſolutio partim in viſceribus, & partim in vaſis perficitur. cur à potu pleniori Urina limpida ſtatim mingitur, probabile eſt chyli portionem immediate à ventriculo, & inteſtinis cruori transfundi.

CAP. III.

De conſiſtentia, & contentis Urinæ ſanorum.

Hypoſtaſεωs filamenta ſunt particulæ nutrimenti

menti quod ſolidis partibus adponi debuera
quę ſit bona, & mala hypoſtaſis. conſiſtent
Urinæ qualis cerviſię depuratæ.

Cap. IV.

De quantitate, & colore in Vrinis ægrotantium

Urinæ quantitas debito minor ob vari
cauſas, præcipue propter ſanguinis dyſcraſiam
Urinæ profuſio interdum à Sale nimis evect
& fluorem paſſo unde Urinæ color aqueu
albus. de Urina flammea, crocea, & rubicu
da. rubedo aut liquori intereſt, aut conte
tis debetur. quare Urina rubeſcit, tum in febr
tum in ſcorbuto, aut phthiſi. etiam aliquand
in morbis arthriticis. de Urina viridi & nig
colorum, nec non diaphaneitatis, & opacita
in Urinis cauſæ. cur Urinæ claræ ab aëre tu
bantur.

Cap. V.

De contentis in Vrinis ægrotantium.

Ea ſunt vel univerſalia, vel particulari
contenta prioris generis ſunt vel natural
quæ hypoſtaſin conſtituunt; pel præternat
ralia, ſcil. ſucci nutritii degeneris, vel ſangu
nis deflagrati recrementa, contenta variis m
dis ſubſidunt. ſedimenta diverſi coloris, un
cremor Urinis innatans, & cryſtalli vaſis la
ribus affixi. arenulæ quomodo generantur.
calculis, quandoque inter veſicæ tunicas acc
ſcu

ſcunt. mictionis ſanguineæ, & purulentæ exempla rariora, contenta farinacea.

C A P. VI.

De judiciis circa Urinas ægrotantium ferendis.

Cujuſmodi affectus ab Urinis innoteſcunt. Urinis ægrotantium aliquid naturale deeſt. aliquid præternaturale additur, aut ſimul utrumque contingit, qui ſit præcipuus ὑπεροχείσεως uſque in morbis chronicis, & acutis.

C A P. VII.

De Urinarum examine, & variis probationum modis.

Apparatus circa Urinæ inſpectionem. Urinarum color, & odor ſæpe ab aſſumptis alterantur, unde odor violacens à terebinthina, & aromatis aſſumptis unde fœtidus à radicibus Aſparagi, Allii. Urinarum evaporatio, deſtillatio, & præcipitatio, quomodo inſtitui debent. earundem putrefactio.

D E

DE
U R I N I S
Diſſertatio Epistolica
AD
Virum Doctiſſimum mihique
Amicissimum,
D. RADULPHUM BATHURS
Med. Doct. & Collegii S. Sanctæ Trinitatis Oxon. Socium.

Ornatiſſime Domine,

URinarum *inſpectio, & ab illis circa pr xin ἰατρικὴν directionum inveſtigatio que à primis Medicinæ initiis inter Antiquos beri cœperant: hinc enim pro judiciis circa æg tos ferendis, ac pro eligendis aptiſſimis mede temporibus Magnus* Hippocrates *tum præ tiones, tum præcepta ſua potiſſimum deſum adeo ut celebre iſtud, & uſque hodie ratum teris Medicinæ ſtatutum, ſcilicet,* τὰ πέ φαρμακεύειν, *ſine matula rite conſulta, ob vare non licuerit. Hoc etiam communiſſimæ tioni conſonum videtur, ut, ſiquidem corp ægroti, tanquam vaſis occluſi, intima perſ tari nequimus, à latice infuſo, parteſque ſi las perluente, ac à plurimis ramenta quæ delibante judicium petatur. Neque enim ce*

aquæ acidulæ, deliteſcentis mineræ, qua percolantur, naturam produnt, quam Urinæ diverſimodas corporum noſtrorum dyſcraſias, atque habitudines teſtatas faciunt. Quare hujus excrementi (licet viliſſimi) contemplatio in ſcientiam accrevit, & Medicorum illuſtrium, tum veterum, tum recentiorum, ingenia exercuit. Super hac re plurimi extant libri, magna cum diligentia exarati, in quibus variæ Urinarum differentiæ, colorum, conſiſtentiæ diverſitates recenſentur; contenta ad amuſſim deſcribuntur, &, pro ſingulis iſtorum diſtincta οὐροκρίστως præcepta traduntur, quæ quidem tantæ certitudinis à quibuſdam æſtimantur, ut à lotio inſpecto nullius non morbi, aut partis affectæ, imo cujuſvis circa urgrotum accidentis, ſignificatio petatur. Verum in hoc vulgus egregie decipitur, & pertinaciter uſque decipi vult, cum affectus cujuſque dignotionem, ejuſque prognoſin, nonniſi matula inſpecta erui poſſe contendit; & Medicum, niſi à matracio, tanquam vitro magico, divinare ſuſceperit, nullius pretii æſtimat. Quod autem revera attinet ad præcepta, & regulas, quibus οὐροσκοπίας praxis innititur, extant multa diligenti obſervatione collecta, & dein bono cum judicio, & ratione ſtabilita, quatenus tamen Urinarum ſignificatio ad caſus particulares large nimis à quibuſdam extenditur, intertexuntur plurima incerta, deceptioni obnoxia, & nonnulla plane falſa; ut, qui, lotio tantum

tantum indice, de rebus ægroti confidenter pr
nunciat, Præſtigiatoris potius quam Medici n
men mereatur.

Hæc autem circa Urinas doctrina ita paſſ
erroribus ſcatet, eo quod obſervationes, quæ pr
xin ejus ſpectant, aut perperam factæ ſunt, a
non bene in methodum redactæ. Suſpicari fas
obſervationes non rite factas, quoniam à c
forſan uno, aut altero particulari, ſæpe reg
generalis infertur. Ex. gr. quia nonnulli hyd
pici Urinam tenuem, & aquoſam reddunt, i
ſtatuitur iſtiuſmodi Urinas neceſſario hydrop
denotare, cum & in aliis nonnullis affectibus
les Urinæ excernantur, & aliquando in hyd
pe Urinæ ſint craſſæ, & rubedine ſaturatæ. I
quod vulgo receptiſſimum habetur, ſcilicet, U
nas, quibus cremor innatat (velut in aqua,
Tartarus incoquitur) phthiſin denotare, pler
que incertum eſt, quippe ſignum hoc hypoch
driacis magis proprium, & familiare eſt, qu
tabidis, & quamplurimi ſine hoc intabeſce
moriuntur. Præterea, quod generatim aſſeri
ſcilicet in morbis quibuſcunque naturam aff
ab Urinis innoteſcere, omnino falſum eſt;
niam aliquando morbidi Urinas ſanorum ſi
limas reddunt, & interdum qui videntur
integre valere, propter accidens quoddam (f
à cibis comeſtis) Urinas habent ſuſpectas
ſtatu naturali recedentes. Quod attinet ad
thodum, ſive doctrinam circa Urinas à pler

tr

traditam, videtur iſta omnino Empirica, & nequaquam rationalis: etenim nudæ recenſentur Urinarum differentiæ, prout juxta colorem, conſiſtentiam, & contenta, varie diſtingui ſolent: dein ſingulis horum ſpeciebus ſignificationes pathologicæ, obſervationibus tantum rarioribus collectæ, opponuntur; cum interea, nec cauſæ phœnomenων, aut alterationum præternaturalium, in Urinis (uti oportuit) aſſignantur; nec Urinarum ſignificatio morborum cauſis applicatur, ſed tantum morbo, aut ſymptomati; ideoque ſæpiſſime fallax eſt, & incerta; quoniam eadem cauſa morbifica pariter, & ejuſdem Urinæ ſignificatio, poterit ſimul diverſos morbos, & ſymptomata mediate reſpicere. Ex. gr. Urina tenuis, & aquoſa immediate ſæpiſſime denotat apepſiam, ſive defectum coctionis in viſceribus; veruntamen, propter iſtum cruditatis ſtatum ſæpe χλώρωσις in virginibus, quandoque hydrops, aut leucophlegmatia, interdum cephalalgia, & alii complures affectus oriuntur. Quod Vero à me exigis penſum (Clariſſime Vir) nimirum ut notiones, quas olim inter nos à colloquiis mutuo habitis, velut collatis teſſeris, circa Urinas concepi, & qualem ſuper hac re, ſtudio, & obſervatione propria, notitiam ſequutus videor, in faſciculum redigere velim, & οὐροσκοπίας methodum plane novam conſcribere; fateor opus grandius, quam cui rite peragendo noſtræ ſufficiant vires, utcunque animo ſtatui in quantum hoc exſequi potis fuero, tibi morem gerere

Atque, ut ſupra vulgarem, & plane Empiri
cum philoſophandi modum, doctrina, ſive me
thodus circa Urinas inſtituatur, erant hæc di
diſcurſus noſtri capita: Nempe, Primo ut trad
tur Urinæ anatome, quibus conſtat elementis,
partibus; ſimulque in corpore noſtro ejus geneſ
quali nimirum coctione, & dein particularu
aliarum ab aliis ſecretione, hujuſmodi liquor co
ficiatur. Secundo, ut rite explicetur Urinaru
in matula inſpectio, & quæ ſint οὐρομαντείας *c*
titudo & regula.

DE URINIS

Cap. I.

De Urinæ Elementis, & præcipuis accidentibus.

CUm Urinæ liquor, aut recens corpore excretus, aut longa digeſtione putrefactus, analyſi Spagiricæ exponitur, in has partes, velut principia, reſolvi ſolet, inter deſtillandum, primo aſcendit quidquid huic ineſt *Spiritus* vinoſi cum aqua diluti, verum in exigua admodum quantitate, ut non facile ſit ipſum guſtu percipere, huic ſuccedit *latex aquoſus* in proportione ſatis larga, cui *Salis*, ac præcipue *Sulphuris* particulæ quædam laxiores commiſcentur, tertio exſtillatur aqua valde penetrativa, quæ vulgo *Spiritus Urinæ* vocatur: revera tamen Spiritus vinoſi fere expers, maxima ex parte tantum phlegma eſt *Sale* inſigniter aculeatum, ideoque prout in deſtillatione aceti, ultimo aſcendit, quatenus vero *Sal Urinæ volatilis*, iſte vero *aceti* tantum *in fluore eſt*, ideo liquor exſtillatus, qui hujus particulis impregnatur, valde *acidus* eſt; qui alterius Salinis imbuitur, plurimum *acris*, & pungitivus exiſtit. Quod hujuſmodi Urinæ (quemadmodum apud vulgus audit) ſpiritus acredinem ſuam Sali potiſſimum debeat, indicio

eſt, quia, ſubtiliſſimus licet fuerit, flamma non concipit, verum admotam extinguit. Pr humiditatem penitus exhalatam, in fundo cu curbitæ altera *Salis* portio cum *Terra* rem nebit; cui ſi calor nonnihil intenſior adhibet Sal iſte in alembicum ſublimabitur, dereli tantum fęce terreſtri. Hujuſmodi *Urinæ* an tome plane oſtendit, quod elementa, è qui liquor ejus conflatur, ſunt plurimum *Aq* & *Salis*, aliquantulum *Sulphuris*, & *Terræ*, at *Spiritus* tantillum.

Salſedo in *Urinis* guſtu, & tactu percipi ſapore proxime ad Salem nitroſum accedit citur quidem è Salinis eſculentorum partic quæ, coctione in viſceribus, & circulatio vaſis, ulterius exaltatæ, ut plurimum in Sa volatilem faceſſunt: hoc eſt, *Sal* & *Spi* quidam, ob diuturnum utriuſque co tium, arctiſſimo nexu colligantur: ide ipſum Salem, alias fixum, in ſublime rapi, tuique non inhabilem reddi, ceu pennis alt contigit. Pro varia corporis noſtri affect *Urina* plus, aut minus, in ſe continent eumque magis volatilem, aut fixum ha quę proinde diverſi ſunt coloris, & conſiſt

Sulphur in *Urinis* contineri, earum ci tredo & fœtor ſatis teſtantur: oritur è p bus, & *Sulphureis* alimentorum particul ter coquendum minutiſſime confractis que cum Sale incoctis: hujus, prout

Sp

Spiritus, minor ineſt copia, quam aut ſanguini, & cornibus animalium, aut fuligini: quare in deſtillatione *Urinæ* fere nihil oleiforme, aut pingue adſcendit. Enimvero, dum cruor in vaſis circulatur, corpuſcula ſpirituoſa & *Sulphurea*, quæ ab ipſo decedunt, magna ex parte foras evaporant: interim recrementa ſalina, & aquoſa lotium præcipue conſtituunt: nihilominus *Urinæ* de *Sulphure* aliquatenus ſemper participant; ejus vero quantitas, & proportio diverſimode alterantur, juxta varios coctionis, & cruditatis gradus; exinde etiam color, & conſiſtentia in *Urinis* plures mutationes ſuſcipiunt.

Spiritus vinoſi portionem non niſi exiguam in *Urinis* contineri, ejus defectus in liquore primo exſtillato, etiam cita lotii putreſcentia teſtantur: aliqualem vero ſubeſſe, arguit inteſtinus particularum in *Urina* motus, ſcilicet, tenuis à craſſo ſeceſſio, & partium aliarum ab aliis ſpontanea ſegregatio, ac in hypoſtaſin collectio: inſuper particulæ ſalinæ (in quantum volatiles fiunt) ſpirituoſis maritantur, ideoque ſunt motus, & energię promptioris. Pro diverſa tamen ſpirituum in Urinis copia, & præpollentia, varii emergunt hypoſtaſεωn, & ſubſidentiarum modi; ipſæ etiam *Urinæ* citius, aut tardius putreſcunt.

Aquoſa Urinæ pars quantitate cæteras longe ſuperat, ipſiſque fere ſextuplo major eſt:

 deſtil-

deſtillatione haud ita ſimplex prolicitur, qu[illegible]
Salis, & *Sulphuris* particulæ quædam (utpo[illegible]
volatiles) una aſcendunt, atque latici fœt[illegible]
rem ingratum impertiunt: huic originem p[illegible]
bet materia potulenta cum alimentis copi[illegible]
ingeſta: quæ tamen cujuſcunque generis fu[illegible]
rit, priuſquam in Urinam mutatur, quali[illegible]
tes proprias amittit, & alias acquirit: ſiquid[illegible]
è liquore aſſumpto præter meram humidi[illegible]
tem, nihil fere ſincerum in lotio relinquitur[illegible]

Terram, & fæcem limoſam in *Urinis* ha[illegible]
re, ejus deſtillatio, aut evaporatio ſatis de[illegible]
rat: cum enim cæteræ partes exhalarunt, T[illegible]
ra, velut Caput mortuum, in quantitate [illegible]
diocri in fundo reſtabit: quippe in ſucco nu[illegible]
tio, præter activa *Salis*, *Sulphuris* & *Spiritus* p[illegible]
cipia, ſolidum aliquid requiritur, unde m[illegible]
& magnitudo corpori accreſcant: hujus re[illegible]
menta, ſcilicet, fæculentiæ terreſtres, co[illegible]
in ſero diſſolvuntur, ipſique conſiſten[illegible]
craſſiorem, & contenta contribuunt: hæ[illegible]
tem, pro vario coctionis, & cruditatis ſtat[illegible]
variis habent modis.

Hæc ſunt principia, qua *Urinæ* corpus [illegible]
ſtituunt, etiam in quæ Analyſi chymica [illegible]
reſolvitur: è diverſis harum συζυγίαις, &[illegible]
contemperatione, oriuntur cætera Urin[illegible]
cidentia, ſcil. *quantitas, color, conſiſtentia* &[illegible]
tenta, quæ ſunt quoad ſenſum maxime ci[illegible]
ſum notabilia, & præcipua ὑγροχείστως ob[illegible]

cum enim fere nihil præterea in lotio conſpicitur, hæc prima phænomena conſtituunt, in quibus rite ſolvendis tota hujus ſcientię hypotheſis verſatur. Quare de his jam proximo loco dicendum erit; & *primo* de *Urina* ſanorum, quę ſit ejus *quantitas*, quomodo *colorata*, qua *conſiſtentia*, & quibus contentis prædita; ſimulque explicandum ex qua elementorum mixtura, qualique in viſceribus & vaſis coctione, ſingula hæc dependent. *Secundo*, Oſtendetur quot modis *Urinæ* ægrotantium ab hac ſanorum norma, ſive regula deflectunt, & pro ſingulis earum differentiis proprias alterationum cauſas aſſignare conabor, atque hæc primum in hoc diſcurſu propoſitum, ſcilicet *Urinæ* anatomiam, abſolvent.

CAP. II.

De quantitate, & colore in Urinis ſanorum.

Urinæ *quantitas* in ſanis paulo minor eſſe debet humore, ſeu ſubſtantia liquida quotidie ingeſta; etenim potulenta, & humida quotidie aſſumpta, ſunt ipſa materies, è qua Urinæ primitus conſtant, hæc autem (& fame & ſiti urgentibus) uberius requiruntur; tum ut chymi maſſam ſatis diluant, quo rite in viſceribus fermenteſcat; tum ut pro vehiculo inſerviant, & chymo, quo maſſæ ſanguineæ convehatur; & ſanguini ipſi, ut ſine incraſſamento in vaſis circuletur; atque ſucco nervoſo,

quo ſenſus, & motus organa actuet, & irriget: quanto latex ſeroſus hoc ritu, quidquid fere habuit Spiritus, ac Sulphuris, pro nutricatu, calore, ac motu impendit, novo cedit humori nutritio; atque ipſe, velut inutilis, ope renum à cruore ſecluſus amandatur: liquor alimentoſus, qui in Urinam demum mutabitur, ex ſua natura diverſimodus exiſtit, ſcilicet, modo aquoſus, modo Spiritu, modo Sale, ac Sulphure impraegnatus, ac pro variis hujus, aut illius elementi in eo præpollentiis, Urinæ nonnihil alterari ſolent, attamen liquida quæcunque ore aſſumpta, nec tota, nec illibata, corpus noſtrum pertranſeunt, quin variis in partibus mutationes ſubeunt, & quantitatis ſuæ portionem aliqualem amittunt, antequam in lotium faceſſunt: etenim latex, ſive humor in Urinam convertendus, primo in ventriculum recipitur; (nec enim Reuſnero aſſentior, qui eundem magna ex parte in pulmones delapſum mictionis à potu citioris cauſam aſſerit) uſque dum in ventriculo commoratur, ubi coquitur: etiam Sale, & ſulphure, aut propriis, aut ab alimento ſolidiori diſſolutis, impraegnatur: dein plurimum ejus cum ſucco alibili cruori confunditur, qui cum diu circulatur, & exinde, pro varia ſanguinis temperie, ejuſque in corde accenſione, ulteriorem Salis ac Sulphuris tincturam recipit, hinc aliqualis ipſius portio, cum Spiritu animali, in cerebrum, & nervo-

ſum

ſum genus derivatur: indeque poſtea effœtus ac imbellis factus, denuo in cruoris ſinum reducitur: poſtquam, & ſanguini, & ſucco nervoſo impenditur quidquid generoſum in ſero continetur, etiam quantitas non exigua diaphoreſi aliiſque emunctoriis abſumitur; quod reſiduum eſt, dum ſanguis renes continuo perluit, aut percolatione, aut vi fermenti cujuſdam præcipitatione facta, ibidem à cruore ſècernitur; & per ureteres in veſicam, indeque foras eliminatur.

Ex origine, & luſtratione ſeroſi laticis, modo deſcriptis, plane conſtat, quod Urina in proportione aliquanto minori (forſan ſubtripla) liquidorum aſſumptorum quantitate reſpondere debeat; quod viſcerum coctioni inſervientium craſin, & robur, nec non ipſius ſanguinis, & aliquatenus ſucci nervoſi, temperiem & diſtributionem plane oſtendat: inſuper de affectibus ductuum Urinariorum indicia ſecum referat. Lotii *quantitas* ab hac norma non raro deflectit, ut interdum *ſuperabundet*, interdum etiam *deficiat*: utrumque pro brevi tempore, cum diatheſi, haud multum inſalubri, conſiſtere poteſt; ſin ejuſmodi affectiones diu perſtiterint, ſtatum in valetudinarium arguunt. Super his inter Urinæ, in morboſo corporis apparatu, phænomena dicemus; jam proxime Urinæ ſanæ colorem perpendamus.

Urina ſanorum quæ poſt coctionem in toto corpore abſolutum redditur, eſt citrini coloris,

inſtar lixivii mediocriter cocti, qui procul dubio procedit à *Sale* & *Sulphure* ſucci nutritii, & ſanguinis, inter coquendum diſſolutis, & ſero incoctis: non à *Sale* tantum oritur hic color (prout nonnulli contendunt) quia liquor *Sale* imprægnatus, niſi ad ſpiſſitudinem quandam evaporetur, minime flaveſcit, etiam Sal Tartari deliquio ſolutus adhuc limpidus perſtat; quod objicitur de lixivio cinerum, dico illic totum Sulphur comburendo non abſumi, ſed colorem citrinum oriri à particulis quibuſdam ſalinis, aliiſque ſulphureis aduſtis, cineri adhęrentibus, & dein liquori infuſis, aut incoctis. Nec tantum à *Sulphure* Urina ſanorum ejuſmodi colorem acquirit, quia Sulphur in menſtruo aquoſo, niſi adjecto Sale, haud diſſolvitur, nec ullam ſui tincturam deponit, quod ſi Sal, Tartari, & Sulphur commune, ſimul in aqua digerantur; aut ſi Antimonium menſtruo ſalino incoquitur, utrique liquores inſtar Urinę exinde flaveſcunt; conſimili prorſus modo Salinæ, & Sulphureę alimentorum particulæ, digeſtione in ventriculo, & inteſtinis, ac circulatione cum ſanguine in arteriis, & venis, minutiſſime confractæ ſeroque incoctæ ei colorem citrinum impertiunt.

Hujuſmodi Salis, ac Sulphuris diſſolutio cujus gratia Urinæ citrineſcunt, in *viſceribus* primo inchoatur; ac poſtea in *vaſis* perficitur plurimum dependet à coctione in ventriculo

& inteſtinis peracta: hic enim caloris, & fermentorum ope, alimenta ingeſta maxime ſubiguntur; ſoluto mixtionis vinculo, particulæ Salinæ, & Sulphureæ minutiſſime confractæ, & comminutæ in cremorem lacteum faceſſunt, indeque ſerum à coctione & diſtributione iſtius ſucci lacteſcentis reſiduum, coloris citrini evadit: non abſimili ritu, ac cum Sal Tartari, ac Sulphur commune invicem diſſoluta, & acido quovis perfuſa, colorem lacteum induunt; dein contentis per ſubſidentiam ſeparatis, liquor reliquus inſtar lixivii flaveſcit, quod ſi alimenta, propter malum ventriculi diatheſin in prima coctione non rite digerantur, prout in pica, hydrope, aliiſque viſcerum dyſcraſiis uſu venit; etiam Urina redditur cruda, limpida, & fere inſipida, inſtar aquæ fontanæ; ſin ob fermenta viſcerum plus debito exaltata, aut alias depravata, prout in ſcorbuto, affectione hypochondriaca, aut intemperie febrili, comeſtorum particulæ in prima regione nimis diſſolvuntur, exinde fiunt Urinæ rubicundæ, & craſſæ.

Serum, modo prædicto in prima coctione lixiviali tinctura imbutum, & ſanguini confuſum, quamdiu cum ipſo circulatur adhuc ulterius coquitur, & colorem magis ſaturatum acquirit; etenim aſſatæ, & peraduſtæ ſanguinis particulæ, licet maxima ex parte in veſicam felleam ſeponantur, tamen aliquatenus ſeroſo

latici

latici incoctæ, ejus colorem intendunt; hinc coctione finita, quæ primo excernitur Urina pallidior eſt; quæ dein ultimo, magis rubicunda, quę poſt longa jejunia, adhuc magis ſaturata: ubi ſanguis frigidior eſt, uti in cachecticis, minuitur Urinæ color; ubi cruor febrili calore æſtuat, & aſſatur, lotium intenſe rubeſcit.

De Urinis ſanorum adhuc obſervatu dignum eſt, quod quæ poſt pleniorem potum minguntur, nequaquam tinctæ, verum pallidę, & aquoſæ exiſtunt, de quibus inquirendum erit, quo pacto latex ſeroſus tam cito è ventriculo elabatur, (contra quam vulgo creditur) atque ductus omnes chyliferos, dein venas, arterias, ipſius cordis ſinus, renum, & ureterum anfractus pertranſiens intra tam breve ſpatium, corpore excernatur; inſuper qui fiat ut Urina ita præcipitanter facta, contra ac in aliis plerisque non modo nullum in tranſitu mutuetur colorem, verum etiam proprium amittat: namque, uti in proverbio eſt, cerviſia noſtra *nil ſpiſſius intrat*, atque *nil clarius exit*.

Circa hæc dicendum videtur, quod præter longum ſucci nutritii ambitum, quo nimirum poſt aliqualem in ventriculo moram, inteſtinis illabitur, & exinde per vaſa lactea in novos ductus, indeque in venas deducitur (quæ quidem circumvectio, haud brevi abſolvi poterit) veriſimile eſt quod detur alia propior ejuſdem nutritii laticis tranſitio, qua quidem è veſtig

è veſtigio, & ſine mora, ſanguinis maſſæ, & forſan liquori nervoſo convehatur; atque idcirco, poſt inediam, à comeſtis, præſertim à potulentis ingeſtis, immediate ſequitur citiſſima virium refectio; quæ tamen ne per Spiritus, & vapores fieri credatur etiam à tali potu Urina ſtatim excernitur, & quidem citius quam chyli maſſa è ventriculi ſinu demitti putatur: quare non improbabile videtur, quod, cum liquor alimentoſus ventriculo ingeritur, ſtatim tenuior ejus portio, quæ Spiritu, & Aqua imprimis conſtat, à membranis ejus utpote ſpongioſis imbibatur, indeque venarum oſculis inſtillata, cum ſanguine verſus cor refluo protinus confundatur, etenim in ea opinione (licet non præfracta admodum) ſemper fui, *Chymum aliquatenus immediate è ventriculo, & inteſtinis, per ramos venæ portæ in cruoris maſſam derivari*; & ſicut lactei ductus ipſum longo ambitu circumvehunt, quo in venæ cavæ *truncum deſcendentem* inſtilletur; ita ut propriori via, ſcil. per hæc vaſa, in ejuſdem *truncum adſcendentem* feratur: quippe ſanguis in circulatione pauperior factus, ex utraque parte rediens, priuſquam cor ingreditur, novo ſucco refici debet, quo vegetius in cordis ſinu fermenteſcat; quatenus autem multo pars maxima cruoris ſurſum vehatur, certe conſonum videtur, ut ſaltem aliqua ſucci nutritii portio huic prius deflagrato, ac fere effœto, in novam à corde accen-
ſionem

ſionem velut pabulum accedat. Quæ hoc ſua-
dere videntur, argumenta non levis momenti
potui hic plura congerere: verum ita nimis lon-
ge à propoſito diverterem: quare quod tam citò
à potu aquoſum mingimus, modo prædicto
aliquatenus fieri exiſtimo; idcirco qui propere
adeo ex alimentis cruoris maſſæ convehitur li-
quor, per anguſtos adeo (ac ſunt viſcerum mem-
branæ) anfractus pertranſiens, velut deſtilla-
tione prolicitus, materia craſſiori rejecta, fere
Aqua tantum, & Spiritu conſtat: quo nimi-
rum Spiritus vitales reficiat, ac ſanguinem di-
luat; circa quod penſum, eum pars ſpirituo-
abſumitur, latex aquoſus, præ copia ſua gra-
vativus & moleſtus, continuo per renes ama-
datur; & cum à ventriculo Sale & Sulphu-
nondum imbutus advenit, nec diu cum ſan-
guine circulatur, ut tincturam lixivialem in-
acquirat, limpidus & tenuis excernitur.

Cap. III.

De conſiſtentia, & contentis Urinæ ſanorum.

Hactenus de *quantitate* & *colore* Urinaru-
quæ à ſano corpore decedunt; quod ve-
ad *contenta* attinet, ſciendum eſt, nihil præt-
hypoſtaſin Urinæ ſanæ ineſſe debere; hæc aute-
quid ſit ac quo pacto ſubſidat, proximo in lo-
explicandum reſtat.

Quamdiu ſanguinis maſſa ſero, & humo-
alibili perfuſa, in vaſis continuo circulatur,

ea ſuccus quidam nutritius perpetua digeſtione elaboratur : qui in nutrimentum ſolidis partibus continuo adponendum faceſſit, hic primo in humorem glutinoſum inſtar ovi albuminis, poſtea in tenuia filamenta excoquitur, quæ poris, & ſpatiolis ſolidarum partium intertexta, iis novæ uſque ſubſtantiæ accretionem præbent, dum vero ſerum ſanguini commixtum univerſas corporis regiones perluit, ultimi hujus alimenti, ſolidis partibus adponendi, portionem quandam ſuperfluam in ſe abſorbet, & ſecum foras abducit; atque hoc eſt quod in Urinis *hypoſtaſin* conſtituit: quare quamdiu hęc adeſt, quatenus coctionem, & nutritionem aliquatenus obiri indicat, pro ſigno laudabili habetur; ejus abſentia, aut cruditatis in cachecticis, aut dyſcraſiæ in febribus, indicium eſt; tenuibus filamentis conſtans, primo diſperſa eſt per totum Urinę corpus, ac deinde in unam nubeculam colligitur hac ratione: filamenta iſta ſunt longa, & teretia, etiam aſperitatibus quibuſdam veprium inſtar prædita, ut hinc inde commota, facile ſe invicem corripiant, & inter ſeſe complicentur; non aliter, ac ſi matracio aquæ pleno plurimos injicias pilos, ac dein vas iſtud diu conquaſſando circumducas; pili primo ſparſim innatantes, brevi poſt tempore ſe mutuo comprehendent, ac in unam faſciolam colligentur; pari (uti videtur) ratione filamenta quæ hypoſtaſin conſtituunt, colore

lore, & ſpiritibus Urinæ inſitis varie hi[illegible] inde agitata, ſe invicem implicant, & pr[illegible] trudunt, donec mutuo omnium implexu[illegible] unam nubeculam coëunt; & quoniam filame[illegible] ta iſta ſunt compacta, & cæteris Urinæ c[illegible] tentis ſolidiora, pondere ſuo verſus fundu[illegible] ſubſidunt.

Quod hujuſmodi filamenta in Urinis ſa[illegible] rum hypoſtaſin faciunt, veriſimile eſt, eo qu[illegible] ſanguis bene conſtitutus, & ad nutriendu[illegible] diſpoſitus, fibris ſeu filamentis albis valde [illegible] fertus ſit: quod cum vena ſecta cruor emi[illegible] aqua calida excipitur, cuivis conſpicuum e[illegible] etenim craſſamento rubro a liquore dilut[illegible] fila iſthæc teretia, & candida, aquæ innata[illegible] quare videtur quod iſtorum tenuia quæd[illegible] ramenta, cum ſeroſo latice abrepta, ſint fl[illegible] ci iſtius in Urina ſubſidentis materia: qu[illegible] in cachecticis ob cruditatem ſanguis va[illegible] aquoſus, & nutritioni ineptus, fibrillis i[illegible] bene elaboratis deſtituitur; etiam in ma[illegible] dyſcraſiis quando cruore nimis aſſato hu[illegible] nutritius in hujuſmodi filamenta non rite [illegible] coquitur, hypoſtaſis in Urinis, aut omn[illegible] deeſt, aut valde confuſa & perturbata exiſti[illegible]

Hypoſtaſis bona & laudabilis dicitur, quæ[illegible] coloris albidi, figuræ rotundæ, & æquabilis [illegible] verſus fundum ſubſidit; ad quæ requirun[illegible] *Primo*, ut alimentum illud ultimum rite [illegible] boretur, quo filamenta evadant alba; tere[illegible]

& ſolida, inſtar tenuium fibrarum: *Secundo*, ut Urina ſatis polleat ſpiritibus, qui (ut in muſti efferveſcentia cernitur) partes omnes hinc inde agitant, & compellant. *Tertio*, ut liquor non ſit nimium craſſus, nec ejus pori corpuſculis alienis prius occupentur, quo ſit motus contentorum impeditus; ſed ſpatium agitandis & circumducendis iſtiuſmodi particulis ſatis liberum relinquatur.

Si ὑπόστημα ſit rubrum, indicio eſt alimentum iſtud ultimum nimio calore peraſſari, & aduri: quare tale ſedimentum plerumque fit initio febrium, quamdiu coctio, in viſceribus, & vaſis, haud in totum pervertitur; ſi hypoſtaſis ſit abrupta, & inæqualis, ſignum eſt nutrimentum ſolidis partibus deſtinatum, non recte, & æquabiliter coqui, ejus particulas non eſſe homogeneas, & ex omni parte congeneres: quare filamenta non una cohærent, verum hæc cum illis, & iſta cum aliis ſeorſim implicantur; hinc quædam denſiora verſus fundum deſcendunt, alia autem rariora altius ſuſpenduntur. Quando hypoſtaſis non omnino ſubſidet, verum tota, aut in ſumma, aut media regione pendet, ideo contingit, vel quoniam iſta conſtat filamentis non perfecte elaboratis, ſolidis, & compactis, ſed rarioribus, & ſpongioſis; aut quia liquor eſt craſſior, Sale, & Sulphure imprægnatior, eoque, lixivii inſtar, quædam pondera

 ſuſtentat,

ſuſtentat, quæ alias in imo ſubſiderent. Inte[illegible]
dum hypoſtaſis omnino deeſt; in ſanis po[illegible]
longam inediam, immodocos labores, a[illegible]
ſudorem copioſum, materia, aut in nutrime[illegible]
tum penitus abſumpta, aut diaphoreſi evapo[illegible]
ta; in febribus, ob ſanguinis craſin valde dep[illegible]
vatam; etiam in pica, cachexia, aliiſque ejuſm[illegible]
di affectibus, ob ſummam cruditatem.

De *conſiſtentia* Urinæ in ſanis, haud mu[illegible]
conſideratione digna occurrunt. Ejuſmodi e[illegible]
ſolet, qualis eſt cerviſiæ mediocris longa [illegible]
mentatione depuratæ; aut lixivii mediocr[illegible]
cocti: ſcilicet, aquoſus Urinæ liquor por[illegible]
meatibus ſuis includere debet quam pluri[illegible]
Salis, & Sulphuris particulas, minutiſſime c[illegible]
fractas ac diſſolutas; ac præterea aliquant[illegible]
terræ, ſecundum minima diviſæ, & per to[illegible]
lotii corpus diſperſæ; ſi conſiſtentia ſit de[illegible]
tenuior, qualis in Urina limpida, & aquoſa [illegible]
nitur, ſignum eſt indigeſtionis, & crudi[illegible]
quod alimenta non plane ſubigantur, ac[illegible]
quantur: ſin Urina ſit craſſior, & debito [illegible]
ſior, indicio eſt corpus liquoris contentis [illegible]
ternaturalibus ſaturari. Verum de his alibi, [illegible]
de Urinis ægrotantium dicemus.

Huc uſque de Urina quatenus in ſan[illegible]
pore coctionis (tum in viſceribus, tum va[illegible]
te peractę) excrementum, & ſignum eſt; [illegible]
quantitas ſive moles, à materia potulenta [illegible]
minatur; *color citrinus*, à Sale, & Sul[illegible]

di[illegible]

diſſolutis, & ſero incoctis; *hypoſtaſis*, ſeu *contenta*, à filamentis in cruore pro nutrimento ſolidarum partium elaboratis, dependent: *conſiſtentia*, à Sale, & Sulphure, una cum Terrę particulis ſeroſi laticis poros, & meatus implentibus. Reſtat proxime, ut de Urinis ægrotantium agamus: in quibus etiam quantitas, color, contenta, conſiſtentia, & quædam præterea accidentia, conſiderationi ſeſe offerunt.

Cap. IV.

De quantitate, & colore in Urinis ægrotantium.

IN morboſo corporum apparatu, aut ſtatu invaletudinario, ſæpe Urinæ *quantitas* proportioni liquidorum aſſumptorum, haud exacte quadrat; namque interdum à debita menſura deficit, & aliquando ipſam excedit: Quando lotium potulentis ingeſtis longe minus exiſtit, ratio eſt quia latex aquoſus, aut alicubi in corpore ſubſiſtit, aut in aliam, quam per Urinam, excretionis viam divertitur, ſi intus manet; *Primo*, vel circa viſcera eorumque cavitates congeritur, & ſic modo in ventriculo plus debito moratur, ejuſque diſtenſiones cum ſpuatione moleſta inducit; ſæpius vero in cavitate abdominis, ac interdum thoracis, ac capitis, deponitur, ibidémque morbos hydropicos inferre ſolet. Vel *ſecundo*, ſerum in vaſis reſtagnat, ideoque ſanguinis ac liquoris nervoſi moles auget, atque motus inſigniter pervertit;

unde catarrhi, affectiones Rheumaticæ, & non raro paralyſes, ac convulſiones excitantur. Aut *tertio*, humor iſte aquoſus in habitu corporis defigitur, atque ita totius, aut partium quarundam, intumeſcentias creat. Aut *quarto* denique, in viis Urinariis lapide, aut materia craſſa, velut aggere oppoſito, obſtruitur: iiſque illis partibus dolores, ac ſpaſmos & in toto corpore ſeri plenitudinem infert. Quando latex ſeroſus alio impenditur, ut plurimum in ſudores crebros, ac moleſtos, aut in diarrhœam fere continuam, ęgri ſunt proclives.

Sunt igitur affectus, quos Urinæ paucitas indicare ſolet, modo viſcerum quorundam intumeſcentię, & in iis aquarum congeſtiones; modo affectus catarrhales; modo nervoſi generis diſpoſitiones malæ: interdum anaſarca, aut tumoris œdematoſi: ac aliquando renum aut veſicæ diatheſis calculoſa. Quandoque etiam lotii diminutio evacuationis cujuſdam alterius præternaturalis; ſcilicet, ſudoris, diarrhϾ, aut alius immodicæ ἐκκρίσεως effectus, aut ſignum eſt: ſingulas hic ſeroſi laticis aut in corpore ſubſiſtentis, aut alia excreti, cauſas ac fiendi modos ad amuſſim deſcribere, eſſet totam fere pathologię materiam huc transferre; complures enim & diverſimodæ ſunt occaſiones, & circumſtantię, propter quas ſerum in hac, aut illa parte congeritur, ac in corpore ſubſiſtens lotii quantitatem diminuit; plerumque

ta

tamen hujus cauſa principalis, & maxime frequens, conſiſtit non tam in hepatis, lienis, aut renum, quam ipſius ſanguinis, vitio ſcilicet Urinæ copioſa, ac libera excretio; necnon ipſius in corpore mora, & tantum minuta redditio, præcipue dependent à cruoris temperie, ejuſque, ſive acceſſione, ſive fermentatione in in corde: nam ſi cruor principiis activis (ſcil. Spiritu, Sulphure ac Sale) rite exaltatis pollens, vegete in vaſis efferveſcat, adeoque ſatis laxata liquoris compage à cordis fermento debite accendatur; fere totus ſpiritualeſcit, cum calore, & motu rapido ſingulas partes ſine infarctione trajicit: quidquid ſuperfluum, & volatile eſt, foras evaporat: dumque ſanguis rarefactus, & cum calore ebulliens, renes pertranſit, quod ſeroſum eſt; à renum ſive colo tantum, ſive (quod veriſimile eſt) coagulo, facile ſecernitur, ac à reliqua cruoris maſſa velut præcipitatur: hoc modo ſanguini fere idem accidit, quod in lacte obſervamus, ſcil. dum incaleſcit, ac effervet, facillime in partes ſecedit, ejuſque ſerum à leviſſimo coagulo infuſo ſeparatur: ſin eidem frigefacto fermenta fortiora, & valde acida infundas, præcipitatio vix omnino ſuccedit, itaque ſi cruor, à mala conſtitutione, aut victu pravo, frigidus, ac æquoſior extiterit, ut elementis activis minus dotatus ſegniter efferveſcat, ac minutim in corde accendatur, pigre admodum ac difficulter

in vaſis circulatur, poros, & meatus viſcerum, aut carnium pertranſiens, paulatim adhæreſcit, ac ſui aliquid pone relinquit; unde obſtructiones, & tumores paſſim gignuntur, cruor etiam hoc modo, viſcoſus, & frigidus, adeoque præcipitationi, vel percolationi inidoneus, minus prompte in renibus exuvias feroſas deponit; verum eas in toto corpore, quoniam ægre, & non ſine humoris cujuſdam reſidentia circulatur, ubivis relinquit. Quare in hoc ſtatu quæ ſanguinem valde exagitant, cujuſmodi ſunt exercitia, & motus citatior, aut etiam quæ vel coagulo infuſo eam fundunt, uti ſunt aceto- & ſalium præparata, Urinam liberius provocant.

Interdum accidit Urinas ægrotantium quantitate larga, & valde profuſa reddi, nycthemeri ſpatio, duplo, aut forſan triplo plus mingant, quam liquidi ingeſſerunt; cu- item affectus cauſæ ſunt variæ, & ſignificationes plurimum diverſæ, ſi poſt Urinæ ſuppreſſionem, aut quantitatem ejus prius diminutam, ſi in affectibus hydropicis, rheumatiſmis, nervoſi generis paſſionibus: vel ſi in febrium criſibus, aut ſponte naturæ, aut diureticorum uſu, lotii profluvium ſuccedat, plerumque morbi, aut diſpoſitionis præternaturalis ſolutionem, vel ſaltem declinationem denotat. Sin vero (uti crebro obſervavi) in conſtitutione gracili, & imbecilla (ſine præviis m-

ci-

citatis affectibus) Urinæ liquida aſſumpta longe excedant, indeque totius magna debilitas ſequatur; hoc revera diatheſin malam, cum tendentia ad atrophiam, aut tabem, ſignificat. Novi quaſdam teneræ, & rariores texturę mulieres, quæ interdum per plures dies male habentes, in copia ingenti (ſupra duplum liquidi aſſumpti) aquoſum, & tenue, ſine contentis, aut hypoſtaſi, quotidie mingere ſolebant; quo tempore de virium languore, reſpiratione difficili, & impotentia ad motum, querebantur: ſuſpicor in hoc caſu ſanguinem, & ſuccum nervoſum, à Sale evecto, & fluorem paſſo, nimis aceſcere, ideoque ut in mixtione nonnihil reſolvantur, & in ſeroſitatem nimis fundantur habiles reddi. Etenim obſervare eſt quod liquida quævis, craſſiora licet, & mucilaginoſa fuerint, ſi ad acorem ſervantur, ſtatim aquoſiora, & magna ex parte limpida fiunt: etiam Urinæ profluvia quandoque, à tali ſanguinis, & humorum diſpoſitione oriri conſtat: eo quod lotium, ita copioſe excretum, ſapore acetum refert; atque hujuſmodi affectus potiſſimum chalybeatis, & minime adſtringentibus, aut incraſſantibus curari ſolent.

Quod vero ad *Colorem* ſpectat; Urina ſanorum ſit norma, ſive regula, ad cujus examen cæteræ omnes ægrotantium revocari debent; cum vero ſanorum color ſit *citrinus*, erit ægrotantium Urina, vel citrina pallidior, & ſic, vel

aquea aut *alba*, vel eadem ſaturatior, cujus præ-
cipue ſpecies ſunt *flammea*, *crocea*, *rebicunda*, *vi-
ridis*, & *nigra*. Singulas harum breviter percur-
ram, ſimulque appendere conabor, quibus de
cauſis quælibet alterationes fiant, & quales affe-
ctus, ſeu morborum apparatus indicare ſoleant.

Urina eſt aquea, ſive limpida, quando co-
ventriculi indigeſtionem, Salinæ, & Sulphu-
reæ eſculentorum particulæ, non rite ſubigun-
tur: nec minutim confractę adeo volatiliſantur,
ut ſero diſſolutæ ei tincturam impertiant, quam
per ſingulos tranſitus ſui anfractus ſecum re-
ferre poſſit: etenim latex in Urinam mutan-
dus, quia per ductus valde ſecretos, & minime
patentes, velut deſtillatione quadam, urge-
tur: ideo colore, & conſiſtentia, quæ in liqui-
dis aſſumptis fuerant, omnino ſpoliatur, ni-
hilque penitus niſi volatile è chymo (cujus
vehiculum eſt) imbibit. Quare ſi, ob ſummam
cruditatem, Sal, Sulphur, & alia contenta, haud
primo volatiliſantur in viſceribus, nec poſt
diſſolvuntur in vaſis, ut cum feroſo latice
una iter faciant; ipſe demum fere omnibus
denudatus, velut aqua limpida, foras excer-
nitur. Quod principiis activis tales Urinæ fere
careant, ſignum eſt, quia diutiſſime à putre-
factione immunes ſervantur: hujuſmodi Uri-
na in puellis χλώρωσιν plerumque denotat,
pleriſque cachexiam, aut hydropem, in quibus
vis ἀπεψίας & cruditatis indicium eſt. Quando
q

que in nephritidi obnoxiis paroxyſmum ingruentem prænunciat, ſcil. dum ſerum à ſucco lapideſcente in renibus coagulatur, ejus diſſoluta, & contenta in materiam Tartaream congelantur ſuperſtite tantum latice aquoſo. Qui tenue, & aquoſum aliquamdiu mingunt, qualicunque ægritudini ſunt obnoxii, ſæpiſſime adjuncta habent, *reſpirationem difficilem*, & a motu *crebram*, atque circa regionem ventriculi *diſtentionem*, & a paſtu velut *intumeſcentiam*. Prioris ratio omnino dependet à defectu πνευματώσεως in ſanguine: etenim quia liquor ejus particulis activis (Spiritus, Sulphuris, ac Salis) rite exaltatis, aut plene imbuitur; ideo à fermento cordis non ſatis accenditur, quo ſtatim totus exſiliat, & velut in flammam prorumpat: quin ægre fermenteſcens, & in corde ſtagnare, aut magna ex parte reſidere aptus, ipſum valde aggravat: quare ſi cruor ita diſpoſitus à motu citatiori in cordis ſinus ſolito plus urgetur, quia non ſponte rarefactus, ſtatim totus egreditur; ideo magno pulmonum nixu, & crebriori agitatione opus eſt, quo foras exantletur. Hujuſmodi cruditatem, in ſanguine Urinæ aquoſæ propterea ſignificant; quia ſiquidem à Sale, & Sulphure tincturam fere nullam receperunt, indicio eſt eorum particulas in cruoris maſſa minus diſſolvi, aut volatiles reddi. Quod ad ventriculi inflationem attinet, (cujus item Urinæ limpidæ ſunt effectus & ſignum)

 dico;

dico, propter debitæ ζυμώσεως defectum, chy-
lus minime in cremorem volatilem, verum (in-
ſtar panis non fermentati,) in maſſam grave-
& ponderoſam faceſſit; quæ quidem tarde,
non ſine reſidentia viſcoſi phlegmatis, è ſtom-
cho eliminatur: ejus reliquiæ, plicis & me-
branis ventriculi impactæ, poros, & mea-
quoſvis obſtruunt, ut nihil evaporet, nec qu-
tenuius, & ſpirituoſum eſt per ductus ſecre-
(uti fieri oportuit) protenus ſanguini conve-
tur: hinc flatus copioſe gignuntur, qui ven-
culum continuo diſtendunt, ac ſupra debit-
molem inflant: etiam cum fœculentiæ iſtę
in ſtomacho relictæ ſale fixo abundant, in m-
teriam modo acidam, modo vitriolicam,
alius naturę, degenerant; unde cardialgia,
ſurdorum appetitus, ſæpe ardor cum ſiti im-
ni, interdum vomitus atroces, aliaque ſym-
mata valde infeſta oriuntur: quorum nonn-
licet calorem ſatis acrem intus latitare argu-
tamen ob coctionis privationem, taliter af-
ſæpe Urinam crudam, & aquoſam reddunt.
Urina *limpida* ita fuſe egimus, quoniam
reliquarum, quæ pallidæ, & tenues, citra c-
rem, & conſiſtentiam in ſanis ſubſiſtunt, r-
nes peti debent. Etenim à Sale, & Sulphure,
aut minus diſſolutis, ſeroque incoctis, U-
pallidæ, ſtramineæ, colorumque aliorum
citrinum phænomena excitantur; ac ſim-
tu, quo de aquea dictum eſt, explicari pote-

R. d

Reſtat, Urinæ ſpecies quædam altera, *citrina pallidior*, minime *tenuis*, verum *craſſa*, & *opaca*, atque *coloris ſubalbidi*, communi, obſervatione conſtat ſæpe pueros talem excernere, cum viſcera eorum lumbricis ſcatent; cujus ratio videtur, quia materia ex qua fiunt lumbrici, eſt viſcida quædam pituita, ob chyli indigeſtionem, & πνδμαπώσεως defectum, in viſceribus congeſta, quę primo nullam Urinæ tincturam tranſmittit, ob materię fixitatem; poſtea eadem materia putreſcens exaltatur, & aliquo modo volatiliſatur; atque tunc partim calore, & ſpiritu in lumbricos efformatur, ac partim chylo tranſeunte confuſa ac in vaſa delata, cum ſit nutricatui inidonea, cum ſero à cruore ſecernitur, & Urinę permiſta, colorem album ipſi conciliat. Quandoque etiam in febribus, præcipue puerorum, Urinę albicant, cujus ratio eſt, quia ſucci nutritii ſupplementum, è chylo cruoris maſſæ ſuffuſum non rite aſſimilatur; ſed in humorem excrementitium degenerat, cujus portio ſero incocta, ei conſiſtentiam craſſiorem, & colorem lacteum impertit: ſecus, ac in adultorum febribus, ubi, cum calor ſit fortior, ejuſmodi ſucci degeneris adventus colorem rubicundam ſero imprimit. Item Urinæ albeſcunt in fluore albo, gonorrhœa, ulceribus renum, veſicæ, & meatus Urinarii, ob ſaniei aut ſeminis corrupti confuſionem: utcumque ſit, color Urinæ albus ab ejus contentis producitur,

quibus

quibus demum ſubſidentia ad fundum dep… ſitis, liquor plerumque evadit coloris ſubfla… & pallidi; non aliter ac in conficiendo lacte ſu… phuris cernitur, ubi ſubſtantia lactea ad fu… dum ſubſidente, liquor ſupernatans citrini c… loris exiſtit.

Urinæ quarum *color* eſt *citrino intenſior*, no… tantum *Sali* & *Sulphuri* plus ſolito diſſolut… verum aliquatenus *craſſioribus* in liquore co… *tentis*, Φάσεις ſua debent. Salis atque Sulph… ris uberior diſſolutio, potiſſimum in vaſis… ipſa cruoris maſſa peragitur, indeque ſeroſo… tici tinctura imprimitur: hoc autem dup… ut plurimum modo fieri contingit; ſcil. … *propter efferveſcentiam febrilem*, quatenus cru… in vaſis ebulliens, & in corde magis accen… in mixtione plurimum laxatur, adeoque S… ac Sulphuris particulas, velut coctione deli… tas, ſero copioſe affigit: vel ſine febre; quan… ejuſmodi Sulphurea ac ſalina corpuſcula, … emmunctoriis excerni ſolita, cohibentur; id… que ſenſim in cruore congeſta, ſero aff… duntur. Hujus item *duo* ſunt *præcipue* Ca… ſive modi: aut enim recrementa ſangui… quæ de *Sulphure aduſto* maxime participant… per vaſa choledocha amandari debuerant, r… nentur; adeoque ſeroſo humori ſuffuſa fla… dinis tincturam imprimunt: aut etiam efflu… quæ ſunt præſertim *naturæ Salinæ*, & tranſp… tione inſenſili evaporari oportuit, cohiben…

ab iiſque lotium lixiviali tinctura ſaturatur: prioris generis Urinę *ictericis* ſunt propriæ; quę vero hujus, in *ſcorbuto* familiares exiſtunt: namque in ſcorbuto ſalinæ cruoris particulę à volatiliſatione deſciſcunt, & fluorem nanciſcuntur: quare ob fixitatem minus evaporant, ideoque in ſanguine plenius congeſtæ, ipſius craſin magis pervertunt, & humorem ſeorſum ſalſedine plurimum imprægnant: *contenta* quæ Urinæ colorem intendunt ſunt *duplicis generis*; ſcilicet vel *recrementa aduſta* à deflagratione ſanguinis reſidua; vel *ſucci nutritii* in materiam extraneam *degeneris particulæ*: de quibus infra proprio in loco dicetur. Reſtat modo, ut ſingulos Urinæ citrino intenſiores colores ſpeciatim deſcribamus.

I. Primo occurrit Urina *flammea*, quæ inſtar Spiritus nitri cum fulgore rutilat: hæc autem ſæpiſſime in febre tertiana intermittente reperitur; oritur hic color à portione flavæ bilis tenuioris, ſero, dum in motu eſt, commixtę, quippe in hac febre adeſt ſanguinis acris & calida intemperies, quæ humores quoſvis adurit, & torrefacit, ideoque bilem copioſe gignit. Hæc autem, licet maxima ex parte ductibus & vaſis biliariis à cruoris maſſa ſecernitur; cum tamen in vaſis abundat, pars ejus, ſeu (quod idem eſt) particulæ quædam ſanguinis & humorum, retorridæ & aduſtæ, ſeroſo latici incoctæ, ei flavedinem ſaturatam impertiunt.

Hæc

Hæc Urina tenuis eſt & coruſcans, eo quo[illegible] in hoc morbo continua fere diaphoreſis, ſu[illegible] ci nutritii recrementa, & craſſiores quaſ[illegible] ſeri partes, ad circumferentiam corporis pr[illegible] trudat.

II. Urina *Crocea*, quæ & lintea eodem col[illegible] re inficit, indubitatum eſt icteritiæ ſignum[illegible] hoc modo tingitur à flava bile, ſive à Sale [illegible] Sulphure aduſtis ac ſero ubertim commixt[illegible] etenim bilis flava à jugi calore & motu ſangu[illegible] nis neceſſario gignitur; huic autem à cruo[illegible] maſſa ſecernendę cyſtis fellea, ejuſque ductus[illegible] hepate radicati, à natura deſignantur: Sin ve[illegible] talis ſecretio quovis modo impeditur, hum[illegible] iſte in ſanguine reſtagnans, & copioſe cong[illegible] ſtus flavedine ſua cutim, cruorem, & imprim[illegible] laticem ſeroſum, inficit. Differt Urina *cro*[illegible] à *flammea*, quoniam in hac tantum bilis tenu[illegible] ris portio quædam, verum in iſta craſſior[illegible] longe uberior copia, lotio ſuffunditur: porro[illegible] flava bile Sulphur cum Sale adjuncto diu [illegible] culatim, ab ipſo plene diſſolvitur, ut velut [illegible] gmentum evadat, cuivis ſubjecto tinctur[illegible] croceam impertiens; prout cum Sulphur co[illegible] mune ac oleum Tartari ſimul digeruntur. Q[illegible] autem, ſine iſtius bilis reſtagnatione, in Uri[illegible] rubedo excitatur, eodem modo ac in lixivio[illegible] nerum contingit; ubi Sulphuris particulæ, ſ[illegible] prævia à ſalinis digeſtione, una cum ipſis in[illegible] quore protinus deponuntur.

III. Re[illegible]

III. Reſtat proxime dicendum de Urinis *rubicundis*, quæ ſunt diverſæ habitudinis, neque ſemper ab iiſdem dependent cauſis, nec plane idem denotant affectionum genus; præcipuas earum differentias, & proprias ſignificationes breviter percurremus. *Primo*, Urinæ liquor aut ex ſe rubeſcit, eodemque modo perſtat, nec partium quarumvis ſubſidentia calor alteratur: Vel *Secundo*, Urinæ rubedo ſaturata ejus contentis præcipue debetur, quæ cum ad fundum ſubſiderunt liquor flaveſcit, vel minus intenſe rubicundus exiſtit: affectus quos hujuſmodi Urinæ indicare ſolent, ſunt præcipue *febres*, *ſcorbutum* & *phthiſis* confirmata. Singulorum rationes perpendamus.

I. Quando Urina quæ mingitur rubicunda, ita perſtat. *Primo* vel eſt conſiſtentiæ mediocris, & pellucidæ, atque tunc colorem ſuum debet Sali & Sulphuri plus ſolito aduſtis, ac proinde ſero copioſius incoctis: vel *Secundo* talis Urina rubicunda eſt, ſimulque turbida & opaca: hæc autem, præter Salis & Sulphuris contenta, etiam particulas quaſdam terreſtres ſibi incoctas habet, quæ quidem poris & meatibus ſeroſi laticis impactæ, minime deſcendunt; quoniam Urinæ liquor ſpiritibus idoneis deſtituitur, qui heterogenea quævis ſegregent, & ad fundum compellant: veluti in vappa, aut in cerviſia propter tonitru aceſcente, uſu venire ſolet; ubi liquor fæce turbida inficitur,

& propter

& propter defectum ſpiritus non denuo cl[…]
reſcit, quare hujuſmodi Urina peſſimum i[…]
febribus ſignum eſt: quippe talem in ſanguin[…]
materiæ aduſtæ, ac ſecernendæ, confuſione[…]
indicat, quali ſpiritus vitales ſubigendo & pe[…]
domando non ſunt pares.

II. *Urina* interdum *rubicunda* mingitur pr[…]pter ejus *contenta*, quibus ad fundum ſubſide[…]tibus, liquor alterius coloris evadit: ſunt aute[…] iſta contenta, uti ſuperius innuitur, duplici[…] ſcil. modo tenuia, quæ ſunt materies ſeu r[…]crementa aduſta, à deflagratione cruoris re[…]dua; modo craſſiora, nimirum particulæ ſu[…] nutritii degeneres, utraque hæc à ſangui[…] efferveſcente torrefacta, & ſecreta, partim [...]dore excluduntur, partim ſeroſo latici comm[…]ſta, ejus conſiſtentiam incraſſant, ac color[…] intendunt: ſcil. quamdiu hujuſmodi conten[…] poris & meatibus liquoris incluſa ſuſtenta[…]tur, color Urinæ ſaturatior, & conſiſten[…] ſpiſſior, apparet: his vero ad fundum præ[…]pitatis, & rubedo & craſſities liquoris minu[…]tur, hujus ratio inferius aſſignabitur, ubi de c[…]ſis colorum, nec non diaphaneitatis & opaci[…]tis, Urinarum dicemus: nunc inquiramus, q[…] ſit diſcriminis ratio, quod Urinę rubicun[…] tum in *febribus* tum etiam in *ſcorbuto phthiſi,* [...] forſan aliis quibuſdam affectibus, reddi ſole[…]

I. In *febribus* Urinæ liquor rubore ſaturat[…] propter *uberiorem Salis & Sulphuris diſſolu*[…]

eorumque particulas ſero copioſius incoctas. dum enim ſanguis & humores à cauſa febrili efferveſcunt, propter calorem plenius accenſum, Salina & ſulphurea corpuſcula, aduſta & torrefacta, plus diſſolvuntur, ſeroſoque latici incocta ei tincturam altiorem affigunt: quemadmodum ſi lixivium è cineribus ſuper ignem coquatur, intenſius rubeſcet, quam ſi per infuſionem tantum procedas. Etiam in febribus *Urinæ contenta ejus colorem ſæpiſſime adaugent:* ſcil. ob ſanguinis intemperiem & deflagrationem, tum ſucci nutritii particulæ degeneres, tum materies altera, (velut cineres ab aduſtione cruoris reſidui) in calcem rubicundam veluti comburuntur; quæ poris Urinæ incluſa ejus colorem ſaturatum reddit, & poſtea ſubſidens fit ſedimentum, inſtar ochræ, rubrum.

II. In *ſcorbuto* diuturno Urinæ liquor ſæpe ita intenſe rubeſcit, ut non magis in febre ardente: talis ſi evaporetur, aut deſtillationi exponatur, Salis copiam ingentem cum fæce limoſa exhibet, quare ſaturatam hanc rubedinem à Sale potiſſimum oriri (prout ſupra innuimus) hoc experimento conſtare videtur: quippe in ſcorbuticis particulæ ſalinæ, quæ volatiliſari, adeoque conſtanti diapnoë foras exhalari, debuerant, fixiores evadunt, atque ab effluxu cohibitæ uberius in corpore affecto congeruntur. *Sal intus manens cum Sulphure*

& terra varie coagulatur, ac *dein continuo reſolvi*-*tur*: & ab hac diverſimoda *coagulatione* & *reſolutione*, admiranda hujus morbi ſymptomata excitantur. Etiam à corpuſculis ſalinis cum fœculentiis Tartareis ubertim reſolutis, & ſero dilutis, Urinæ intenſa rubedine ſaturantur; cui ſæpiſſime accedunt, in hoc affectu inveterato, hepatis ac veſicę fellcę vitia. Cum enim hæc viſcera, aut obſtructa aut aliter depravata, munere ſuo pro ſecernendis aduſtis ſanguinis particu[lis] minus defunguntur, eædem in cruore pl[e]nius congeſtæ ſeroſo latice diſſolvuntur, i[p]ſumque lixiviali tinctura adhuc magis inficiu[nt]. Et, ſi particulæ aduſti Sulphuris cæteris Salis [fi]xi & ſcorbutici præpollent, ſimul icterus fla[vus] ſcorbuto accedit, & Urina croceam tinctur[am] linteis affigit. Sin iſtis minores ſunt, & p[ar]ticulæ ſalinæ præcellunt, producitur affec[tus] tantum ſcorbuticus, in quo Urina intenſa [ru]bicunda eſt, nec tamen linteamenta tingit: R[es] ita ſe habere perſuaſus ſum, quia cum plur[ium] è ſcorbuto defunctorum cadavera diſſe[carem], quibus Urina rubicunda extiterat; obſer[vavi] hepar aut cyſtim felleam in culpa fuiſſe: in n[on]nullis fuit hepar prorſus exſangue & exſic[catum] inſtar uberis vaccini; in aliis veſica bil[is] erat vacua & inanis, in aliis lapidibus [referta], in aliis amurca minime amareſcente r[eple]ta; in omnibus viſcera hæc taliter affect[a ut] ſecretio bilis impediretur.

III.

III. Propter hujuſmodi Salis reſolutionem, in *morbis arthriticis* Urinæ interdum rubeſcunt: nam præter inſultus podagricos (in quibus tale lotium non raro excernitur) obſervavi in quibusdam affectionem dolorificam, & velut febris æmulam, cum Urina valde rubicunda excitatam; adſunt dolores vagi, modo in hac, modo in illa parte graviter infeſti, ut ægroti vix pedibus ſtare, aut membra movere poſſint: vigiliis & crebris ſudoribus ſunt obnoxii; etiam ſiti, & faucium ardore valde moleſtantur, atque Urina intenſe rubicunda cum ſedimento copioſo & rufo exiſtit: interea tamen nec à pulſu, ſpirituum languore, aut cephalalgia, ſanguinem ſupra modum efferveſcere, aut febrem induxiſſe conſtat: quare hujuſmodi affectum præcipue à nervoſo genere conſiſtere atque à principii ſalini, potius quam Sulphurei, exorbitantiis dependere ſuſpicor.

IV. Etiam in *phthiſi* confirmata, præſertim ſi hectica adjungitur, Urina rubicunda exiſtit: cujus ratio eſt, ſi quando ulcus in pulmonibus excitatur, inde putrida ſanies ſanguini præterlabenti confuſa efferveſcentiam ei fere continuam inducit, qua particulæ Sulphureæ & ſalinæ uberius diſſolutæ, feroque incoctæ, liquorem ejus rubedine afficiunt: præterea ob ſanguinem hoc modo inquinatum, ſuccus nutritius fere totus in putrilaginem degenerat; cujus recrementis Urina ſaturata magis

rubeſcit, & contentis plurimum infercitur: hu-
jus indicium eſt, quod tabidi à paſtu plerum-
que æſtuant, & calore per totum corpus ſuf-
funduntur, ſudore nocturno ſuccedente: inſu-
per *Urinæ* eorum ſedimentum craſſum & co-
pioſum deponunt; ſcilicet ſuccus alibilis cruo-
confuſus, cum non aſſimilatur, efferveſcentia
in ipſo concitat, atque in materiam extrane-
degener, partim ſudore per poros cutis ex-
lat, partim ad Urinam tranſmiſſa ejus color-
& conſiſtentiam valde intendit.

Hactenus de Urina rubicunda cujus ſing-
modo prędictę ſpecies, plures habent inten-
nis & remiſſionis gradus, prout cauſæ, colo-
& conſiſtentiam in eis alterantes, ſunt aut d-
les aut fortiores.

IV. Quod ad *Urinam viridem* & *nig-*
ſpectat, colores ejuſmodi ſaturatos (quales
porrum, & atramentum exacte referunt) fa-
me nunquam in lotio vidiſſe: quin exiſ-
ex *flava intenſiore*, *viridiuſculæ*, ex eadem
mixtura opaca & nonnihil atrata, *Nigri-*
Urinæ apparentiam deſumi; indeque ab au-
ribus lotium viride & nigrum appellari.
autem iſtis modis *Urinæ* coloratę habentu-
ita conſtanter aliquo tempore perſtant
ſunt icteritię, aut etiam cruoris virulentia
dam affecti, ſigna: Vel pro data occaſion-
Urinæ varie immutantur, & modo huju-
illius, modo ſtatim alterius coloris ex-

Ita novi hypochondriacos, tales Urinas quibuſdam temporibus velut critice excernere ſolitos, dein poſtea ſanorum ſimiles reddere: Quoad prius, cum icteritia plurimum ingraveſcit, ut in cruoris maſſa *Sulphuris* ac *Salis* portiones aduſtæ diutius perſiſtant, eædem longa incoctione colorem flavo ſaturatiorem, ſcil. primo viridem, & poſtea nigrum, acquirent, ac eundem ſero impertient: etenim ſi bilis flava cyſti fellea exempta, ac cucurbitæ indita, leni balnei calori exponatur, eadem brevi virideſcet, ac poſtea inſtar atramenti nigerrima apparebit: quare in ictero nigro, quæ tantum eſt flavus diuturna mora in deterius evectus, nihil uſitatius eſt quam *Urinas* atratas reddi. Preterea hujuſmodi *Urinæ* in febre maligna ac peſte interdum apparent, etiam non raro ab epoto veneno; atque in hoc caſu ſignum lethale plerumque exiſtunt: quippe ſanguinem valde corruptum & profligatis ſpiritibus, ac ſoluto mixtionis vinculo, velut νεκρωσ affectum arguunt: non ſecus ac cum pars aliqua in corpore noſtro ulcere affecta, poſtea gangrena aut ſphacelo corripitur, illico ſanies quę prius aquoſa, alba, aut flava effluxerat, nigra evadit. Quare in affectibus citatis cum Urina nigricat, ſero & ſanguine per totum vitiatis, etiam cutis externa tali colore obfuſcatur. Quod ad Urinas colore viridi, ac pręſertim nigro, periodice tinctas attinet,

(quæ nimirum hypochondriacis frequente accidunt;) veriſimile eſt, quod tales à fæcu lentiis atrabilariis in liene reconditis & deinc præ congeſtione nimia aliquoties exundanti bus, & ſanguini confuſis, oriantur: etenii talis materia in quibuſdam hominibus ſæpe ventriculum ſuffuſa, vomitus atratos ciet, etia in aliis eadem à cruore pertranſeunte reſorp latici ſeroſo ejuſmodi colorum ſuffuſiones in pertire poſſit.

Huc uſque de *Urinarum coloribus*, quoru *pallidiores e cruditate nimia*, *ſaturati fere om* oriuntur vel à Sale & *Sulphure* uberius diſſo tis, & interdum à *recrementis aduſtis ſero* pe tus *incoctis*, vel à *craſſioribus Urinæ conten* ſive ipſa ſint *alimenti* inter coquendum *dege rati* velut *calx & pars reſidua*, ſive *corporis beſcentis* aut *partis* cujuſdam male affectæ *c quimentum* aut *abſceſſus*: Quæ dicta ſunt m lius intelligentur, ſi explicetur modus iſtiuſmodi diſſoluta aut contenta poſſunt *U* colorem varie immutare.

Colorum diverſimode apparentium, & rie immutatorum necnon opacitatis, & phaneitatis in Urinis cauſæ, (veluti in liqu bus aliis quibuſcunque) unice dependent à ria incidentia ac emerſione radiorum lu prout alibi in tractatu de fermentatione in tur: nam ſi liquoris compages ſit rara & nuior, cum poris & meatibus apertis, ut

lucis facile pertranſeant, iſte fit pellucidus & inſtar aquæ fontanæ limpidus: ſin vero contentis ſeu corpuſculis innatantibus, laticis pori implentur, adeo ut radii luminoſi in tranſitione ſua refringantur, utcunque vero demum emergant, juxta varios iſtiuſmodi refractionum, & emerſionum, modos, color citrinus, croceus, aut rubicundus, in liquore adhuc diaphano apparebunt. Quod ſi, pororum ſpatiolis adhuc plus occupatis, lux minime pertranſit, opacitas inducitur: tunc autem ſi radii immerſi parum aut minime reflectuntur, fuſci, aut atri coloris liquor apparebit: ſin vero repercutiuntur, pro diverſo reflectionis modo, φάσις alba, cineritia, aut alius generis inducitur. Ex hoc ſuppoſito, juxta quod *Urinæ* liquor, modo Sale, & Sulphure aliiſque diſſolutis fere privatus lucem facile tranſmittit, modo ejuſmodi contentis, aut modice, aut valde refertus, radios incidentes, aut in tranſitu diſtorquet, aut penitus imbibit, aut denuo repercutit; facile erit colorum & conſiſtentiæ in iis phænomena quævis explicare.

Non raro accidit ejuſdem Urinæ colorem varie immutari: quæ enim rubicunda mingitur, aëri expoſita, albi, aut fuſci coloris, ac dein aliquo poſt tempore citrina, evadit: cujus ratio, ni fallor, hæc eſt; hujuſmodi Urina, dum mingitur, rubicunda eſt, quia pori liquoris ſunt contentis plurimum occupati; quamdiu

tamen calore dilatantur, radios lucis (licet va-
rie diſtortos) tranſmittunt, ut denuo emer-
gant: verum hæc Urina non citius frigori ex-
ponitur, quin poris conſtrictis ſitus & poſiti
partium in contentis mutatur, & proinde ra-
diorum lucis pertranſitus inhibetur: quare
quor ſtatim opacus evadit, & prout iſti rad
hoc, aut iſto modo reflectuntur, color, aut
bus, aut fuſcus, aut alius generis inducitur: tan-
dem vero contentis pondere ſuo ad fundu
ſubſidentibus, pori liberati radios lucis denu
tranſmittunt, ipſoſque minus diſtorquer
quare color minus ſaturatus, ſive citrinu
evadit.

Ex his, quæ circa Urinarum colores dic
ſunt, conſtare poteſt quæ ſit cauſa variæ U
narum *conſiſtentiæ:* prout enim *Salis*, & *Sulph*
ris, *materiæ aduſtæ*, aut *ſucci nutritii* inter aſ
milandum depravati, particulæ plus aut min
ſero incoquuntur, etiam Urinę *conſiſtentia*
tenuiorem, aut *craſſiorem* nanciſcuntur. Reſ
proxime ut de *contentis* in Urinis præternat
ralibus (quorum ſæpe mentio facta eſt) exp
catius dicamus.

CAP. V.

De contentis in Urinis ægrotantium.

CONtenta in *Urinis* Ægrotantium dupli
agnoſcimus, ſcilicet vel *univerſalia* qu
ſanguin

ſanguinis, & liquoris nervoſi maſſa procedunt, & totius corporis habitudinem reſpiciunt; vel *particularia*, quæ ſunt unius viſceris, aut partis male affectę excrementa, aut depoſita, de quibus mox inferius dicetur. Quę prioris generis à toto decedunt, ſunt vel *naturalia*, ſcil. filamenta hypoſtaſin, prout in ſanis, conſtituentia: vel *præternaturalia*, quæ præcipue ſunt humoris nutritii ab aſſimilatione degeneris particulæ, & ſedimenti in Urinis corpuſcula craſſiora conſtituunt: atque his demum (ſi adeſt intemperies febrilis) materies à deflagratione ſanguinis aduſta, & ſeroſo latice diluta accedit, & contentorum molem auget.

Hæc autem, tum *naturalia*, tum *præternaturalia* Urinarum contenta ſe vario habent modo, prout ſanguis, plus aut minus indebite efferveſcit: etiam prout alimenta in viſceribus, & vaſis varie coquuntur, & chymi inde confecti, aut ſuperfluitates, aut corruptelę, cum ſero abluuntur: namque ſi humor alibilis cruori tranſmiſſus, haud totus pervertitur, ſed magna ejus portio in nutrimentum ſolidis partibus adponendum mutatur, etiam hujus rite elaborati partes quædam ſero commixtæ, in Urina adhuc aliqua hypoſtaſεως veſtigia imprimunt: quodque ex materia degeneri aut aduſta ſedimentum præternaturale conflatur, adhuc paucum, & tenue exiſtit, neque hujus naturalis apparentiam omnino delet.

 Quare

Quare in principio, & declinatione febri
quandoque etiam in phthiſi, aut cachexia, h
poſtaſis, licet non adeo perfecta, cernitur. Qu
ſi major ejuſdem chymi portio, cum ſangui
efferveſcens, ob calorem immodicum in ma
riam heterogeneam pervertitur, quæ poſt
ut noxia, & inutilis cum ſero amandatur, h
poſtaſis ſtatim obſcura & imperfectior e
dit; atque præter eam in Urinis plurima h
bentur contenta, quæ earum calorem & co
ſiſtentiam intendunt. Talis Urina quæ ſim
hypoſtaſin licet imperfectam, & alia ejuſmo
in ſe diſſoluta continet, ſi in loco calido c
tineatur, ſola hypoſtaſis cernitur; reliqua a
tem contenta, poris *Urinæ* à calore dila
tis comprehenſa, fiunt prorſus inconſpicu
poſtea tamen, pororum ſpatiolis à frigore co
ſtrictis præcipitantur eadem contenta, ac pro
de ſitum ac poſitionem mutantia Urinam tu
bidam, ac opacam reddunt, ac hypoſtaſeos a
parentiam delent. Hujuſmodi *Urinæ* in meli
ri febrium ſtatu, catarrho, tuſſi, ἀλλαπνοίᾳ,
cacochymia & levioribus pleriſque dyſcra
mingi ſolent.

Sin ægritudine ulterius provecta omni
vitiatur coctio, & ſuccus nutritius totus in p
trilaginem mutatur, hujuſmodi contenta etia
abſque hypoſtaſi in Urina cernuntur, & va
in morbis ſignificant, prout variis præcip
tantur & ſubſidunt modis, ſedimentumq
dive

diverſi generis, conſtituunt: prout nimirum cito, aut tarde, aut non omnino partium ſeparatio ſuccedit, & prout materia ſubſidens fuerit pauca aut multa, aut etiam coloris albi, rubri, vel fuſci. Quę circa hoc præcipue notabilia & obſervatu digna occurrunt, breviter percurram.

I. *Urina* hujuſmodi contentis ſaturata aliquando non præcipitatur omnino (niſi cum longo poſt tempore liquoris compages putredine reſoluta fuerit) quin turbida & nonnihil opaca diu perſtat, corpuſculis per totum innatantibus. Hujus ratio eſt, aut quoniam hæc contenta nimis alte ſero incoquuntur, ita ut Spiritus inſiti purum ab impuro, craſſum à tenui, nequeant ſegregare, uti cernitur in conficienda cerviſia, cui ſi braſii farina nimium incoquatur, nunquam poſtea clareſcit liquor: aut etiam Urina manet turbida, quia omnino deſtituitur ſpiritibus, qui partes liquoris in fermentationis motum compellant: ſicuti fieri ſolet in cerviſia ob tonitru aut calorem immodicum aceſcente, & fæce turbida infecta, quæ vix unquam rite defæcatur. Hujuſmodi Urina plerumque in febribus valde periculoſis, & quandoque in cachexia conclamata cernitur, atque ſemper malum portendit.

II. Interdum contingit Urinam adeo contentis ſaturari, ut dum adhuc incaleſcit turbari inci-

incipiat: ſæpius obſervavi hoc modo fie
in febre lenta, cujus calor fuit mitis, & rem
ſior: in qua ſcil. nutritii craſſamenti partic
depravantur, ſed minus calore ſubactæ,
ſero incoctæ, facilius ejus poris excidunt:
luti cum *Sulphur* commune lixivio incoq
tur, ſi priuſquam perfecte diſſolvatur, ab ig
amoveatur, liquor primo clarus, & rubicu
dus ob citam diſſoluti præcipitationem, ſtat
fit turbidus, opacus, & ſubalbidi coloris.

III. Quod vero ſæpiſſime uſu venire
let Urinam hujuſmodi contentis gravida
quamdiu incaleſcit, & aliquo poſt tempo
videri claram, & perſpicuam, cum vero fri
ſcit, paulatim turbari, & velut coagulo inf
ſecundum omnes ſui partes præcipitari; e
dem tamen ſi juxta focum, aut in aqua c
da aliquantiſper detineatur, denuo clareſ
re: hujus ratio, ubi de cauſis opacitatis
diaphaneitatis dictum eſt, ſatis ſuperius f
explicata.

IV. Poſtquam *Urina* frigori expoſita l
modo præcipitatur, obſervandum erit; q
pacto ejus contenta ad fundun deſcendu
quandoque enim brevi tempore ſubſider
&, ſi ſpatio duarum, aut trium horarum
quor clareſcat, ſignum eſt *Urinæ* liquore
haud nimis eſſe craſſum, nec *Sale*, & *Sulph*
valde ſaturatum: quare in principio, ac decli
tione febrium, quando calor eſt remiſſus, t

Ur

Urina ſæpiſſime excernitur: Interdum non niſi plurium dierum ſpatio talis ſubſidentia ſuccedit: cujus ratio eſt, quia liquoris conſiſtentia eſt debito craſſior, ideo contenta, aut diſſoluta complexu non adeo facile dimittit, ut pondere ſuo ad fundum decidant. Hujuſmodi *Urinæ* in febrium ſtatu reddi ſolent, & malam ſæpiſſime criſin præcedunt.

V. Nec minus diverſi generis ſunt quæ ad fundum cadunt ſedimenta. Ut præteream hoc in loco ſaniem, & ſanguinem, arenas, ſabulum, & ſimilia partium quarundam depoſita; ea quæ ſunt totius corporis producta, ut plurimum ſunt, aut *alba*, aut *fuſca*, aut *rubra* inſtar ochræ: ſi Urinam, cum diu ſteterit, chartam emporeticam trajicias, contenta hæc colligere poſſis. Vidi ſæpe, inſtar cretę, albicantia; quandoque inſtar boli Armene, rubra. Proculdubio eſt eadem omnium materia, nimirum ſanguinis deflagrati, & ſucci nutritii inter aſſimilandum depravati, recrementa: quæ prout in corpore noſtro à colore exaſſantur, & diverſimode pervertuntur, etiam in Urina ſub vario colore, & forma apparent; non ſecus, ac Antimonium nitro commixtum, prout plus aut minus calcinatur, exhibet calcem, modo rubram, modo croceam, modo flavam, modo fuſcam: par (uti videtur) ratio eſt de Urinarum ſedimentis, quæ ſunt veluti calx materiæ Sulphureæ, & terreſtris,

in viſceribus, & vaſis febris incendio deſſi-
gratæ.

VI. Præter hujuſmodi contenta, quæ
Urinis ægrotantium contingunt, non raro
obſervavi, poſtquam Urina aliquandiu ſtete-
rit, aliquid, arenarum inſtar, matulæ lateribus
affigi; & quidem ſub diverſa figura, modo
enim hæc corpuſcula ſunt arenis ſimilia, cum
ſuperficie aſpera, & inæquali; modo cum
ſtriis inſtar cryſtallorum nitri concreſcunt;
quidem ſplendent, & pellucida ſunt, inſt-
glaciei: aliquoties in Urinis dyſenteria affect-
rum, etiam bis in vigiliis pertinacibus hujuſmo-
di cryſtallos matracio affixos vidi. Interdum
Urinis, cum aliquandiu ſteterint, crem-
quidam ſupernatat, veluti cum Tartarus aqu-
incoquitur; hujuſmodi cruſta albicans, in ſu-
perficie lotii concreſcens, vulgo puinguis,
adipoſa creditur, ac pro ſolidarum partium d-
liquamento habetur: quare talem Urinam e-
cernere ſoliti, ſtatim tabidi, & quaſi depl-
rati pronunciantur. Veruntamen iſta concr-
tio tantum ſalina eſt, quæ ſi igni admoveatu-
minime liquatur, ſed in ſubſtantiam cruſt-
ceam obdureſcit. Quinimo, & hoc, & reliqu-
Urinarum incruſtamenta ſunt veluti Tartar-
coagulatione quadam in iis productus: ta-
autem concretio omnino dependet à particu-
ſalis fluidi, ſive acetoſi, cum aliis Salis fixi, au-
Alcaliſati combinatis: etenim in quovis ſub-
jecti-

ecto, ubi ſalium utriuſque generis commiſtio, ſeu ſponte naturæ, ſeu ἐγχειρήσει artificiali, procuratur, cryſtalliſationes & coagulationes diverſimodæ excitantur: quare lotium ejuſmodi, cui cremor iſta innatat, aut cryſtalli in lateribus vaſis concreſcunt, indicat ſanguinem à natura dulci & balſamica (qualis a Sale volatiliſato dependet) in acidam & corroſivam, & principii ſalini fluorem & fixitatem, deſciſcere. Talis Urina, ſi evaporetur, Salis copiam ingentem in fundo vaſis relinquet: affectus, in quibus reperiri ſolet (uti ſæpius obſervavi) ſunt ſputum ſanguineum, atrophia, & diſpoſitio hypochondriaca.

In Urinis ægrotantium obſervatu dignum eſt, utrum matracium infecerint, necne? quandoque enim in febribus Urina non citius vitro imponitur, quin ſtatim ejus latera nebula albicante obfuſcat, & rurſus hoc alio tempore non ſuccedit: puto vitrum infici, quando Urinę liquor Sulphure diſſoluto plus ſaturatur, quam ejus pori in ſe continere poſſunt; quilibet enim liquor Sulphure nimis imprægnatus idem præſtat; prout cernitur in lixivio, cui Sulphur commune, aut Antimonium incoquitur: item quælibet Urina ſi diu in vitro ſteterit, donec putreſcat, ejus latera inficit cruſta, ſeu nebula, modo albicante, modo rufa, modo alius coloris: nimirum, liquoris compage putredine ſoluta, Sulphuris parti-

particulæ à mixtionis vinculo ſolutæ vitro a[...]guntur: in Urinis vero ægrotantium aliqua[...]do hoc ſtatim ſuccedit; quia Sulphur ſero c[...]pioſius diſſolvitur, quam ut poris ejus inclu[...] poſſit.

Quod vero ſpectat ad *contenta* Urinar[...] *particularia*, ea quidem multiplicia exiſtunt, [...] à variis locis & partibus provenire poſſunt: [...]piſſime tamen à morbis circa *renes*, *veſicam*, [...] *ductus Urinarios* conſitis dependent: interdu[...] accidit propter abſceſſum in hepate, liene, p[...]monibus, aut alio viſcere excitatum, vel ob [...]mores preternaturales in illis locis congeſtos, [...] plenitudine ſua exundantes, materiam ext[...]neam in ſanguinis maſſam, indeque ſeroſ[...] laticem tranſmitti; attamen hoc rarius cont[...]git, quoniam apoſtema intus diſruptum, [...]rumque in viſcerum cavitates ſaniem profu[...]dit, è quibus in ductus Urinarios nullus pa[...]ſcit aditus: inſuper cruoris maſſa impuritati[...] ſcatens, haud ſtatim eas per Urinam, at ſęp[...] ſudore, ſputatione, exanthematum eruptio[...] tumoribus aliiſve excretionum viis, elimin[...]nititur. Quare obſervatione communi c[...]ſtat, quod alia Urinarum contenta (quam q[...] ſupra citavimus) potiſſimum à renibus aut [...]rum appendice dimittuntur; quorum præ[...]pua ſunt, *arenulæ, calculi, ſanguis, pus, carun*[...]*læ, membranæ, ſedimenta farinacea*, quę pleru[...]que ſignificant aut effectionem *calculoſam*, [...]

ulceroſ[...]

ulceroſam, aut ſimul *utramque*, ultra vaſa emulgentia conſitam.

Uſitatum eſt *arenulas* rubicundi coloris à quibuſdam in magna quantitate cum lotio excerni; horum nonnulli calculo renum ſunt obnoxii, atque paroxyſmis nephriticis crebro tentari ſolent: novi tamen alios ſine dolore, aut alio graviori ſymptomate, longo tempore arenoſum minxiſſe: Urinæ quæcunque, ſi in vaſe plumbeo aut terreo vitreato aliquandiu ſteterint, ejuſmodi ſabulum rubrum matulæ fundo & lateribus affigunt; nimirum Sal Urinæ volatilis cum Sale fixo metalli coagulatur: ſic quando Sal Armoniacus limaturæ chalybis, Sali marino, aut vitriolico commixtus ſublimatur; flores elevati inſigniter rubeſcunt: quare videtur quod ejuſmodi arenulæ rubræ in renibus gignuntur, eo quod Sal Urinę cum fæculentiis Tartareis circa anfractus renum depoſitis coagulatur, indeque materia ſabuloſa conſtat, quæ protinus à ſeroſo latice pertranſeunte abluitur: Itaque arenæ, quæ ita crebro minguntur, non ſunt ramenta calculi majoris (uti vulgo creditur;) verum ſanguinis & ſeri, renum anfractus perluentium, extemporanea producta.

Quo pacto *calculi* in veſica aut renibus producantur, non eſt hujus loci plene diſquirere: hoc autem à *coagulatione*, potius quam

exſiccatione, ſeu excalfactione, fieri extra du[illegible] bium ponitur: obſervavi nonnullos calculo v[illegible] ſicæ laborantes, qui poſtquam Urinam dep[illegible] ſuerunt, cum magno conatu, & dolore ſuccu[illegible] craſſiorem & viſcidum excernere ſolebant, q[illegible] illico in materiam ſquamoſam obdureſceb[illegible] hujus odor fuit lixivialis, & conſiſtentiæ qu[illegible] lis lixivii ad ſpiſſitudinem evaporati, cuj[illegible] ſcilicet liquor craſſior factus & frigori e[illegible] poſitus, protinus in duritiem ſalinam ob[illegible] geſcit. *Calculi minores* meatus Urinarios [illegible] terdum pertranſeunt, & foras excernunt[illegible] Satius eſt grandiores in foveis ſuis imm[illegible] tos permanere. Loca in quibus uſitate gign[illegible] tur, ſunt *renum ſinus anfractuoſi*, exinde [illegible] nores in *veſicam* delapſi, ſi non excernunt[illegible] in lapides ingentes excreſcunt: ſemel vidi [illegible] res calculos majores circa veſicæ latera, [illegible] ter membranas ejus, velut in cyſti, con[illegible] ſos; iſti proculdubio à renibus adhuc mi[illegible] res dimiſſi, in ureterum ductibus inter ve[illegible] tunicas perreptantibus manebant, atque [illegible] ſenſim mole augebantur. Matrona taliter [illegible] fecta, longe ante obitum, è meatu Urin[illegible] rejecit membranam, craſſam atque lat[illegible] materia ſabuloſa refertam, quæ (uti poſt[illegible] cadaveris diſſectione conſtabat) fuit pars [illegible] cæ interioris veſicæ, à calculis ibidem in[illegible] attrita & diſrupta.

Nephriticis familiare eſt, *ſanguinem* aut *pus* cum lotio crebro excernere: etenim à calculo majori & aſperitatibus prædito, renum caro facile atteritur, & vaſorum oſcula reſerantur, quibus ſanguis exundans Urinam tingit: cumque ſolutio continui hoc modo in renibus excitatur, ſæpiſſime ulcus ſuccedit, quo pus & ſanies cum ſeroſo latice perfunduntur, & ſedimentum copioſum & fœtidum in Urina conſtituunt: dein ab ulcere continuum plus ſolvitur, & ſanguinis profuſiones largiores non raro ſequuntur, atque ipſa renum caro attrita, & ſenſim exeſa, cum lotio ejicitur. Olim inviſi mulierem annoſam, quæ per plures menſes cum Urina purum ſanguinem in magna copia quotidie reddebat; inſuper carunculas ingentes, carnium fruſta, vaſorum exeſorum velut tubulos, quoties mingebat, in magna quantiate excernere ſolebat; ut ſuſpicio eſſet renem alterum hoc modo totum è corpore abſceſſiſſe: poſtea tamen à decocto vulnerario cum ſpiritu Vitrioli acidulato mictio iſta cruenta ſiſtebatur, atque hæc fœmina adhuc ſana in vivis degit. Novi matronam alteram, quæ primo ſanguinem & materiam purulentam, cum membranis à longo tempore mejendo ejicere ſolebat: deinde, mictione cruenta ceſſante, per plures annos aquoſum mingebat, cum ſedimento copioſo, & albo inſtar puris, in matulæ fundo ſubſidente, poſtea cum

 ſedi-

ſedimentum illud deeſſe cœperat, intemp
ries febrilis cum doloribus hinc inde vagis,
rium languore, aliiſque mali moris ſympt
matis, ſucceſſit: cumque ægra in magnum v
periculum adduceretur, tumor in latere ci
renis ſiniſtri ſitum exortus, in abſceſſum m
turatus, propter largam puris profuſionem,
ſam liberavit: tamen ulcus cavum & ſinuoſ
in iſto loco, ichorem tenuem exſudans,
rante vita manebat: quod aliquoties perſa
tum denuo ſtatim erupit. Exinde, biem
vix elapſo, Illuſtriſſima hæc Domina, U
næ ſuppreſſionem per dies 14 paſſa, apo
ctica interibat: cadavere aperto, ren ſini
omnino defuerat; ejus loco ſubſtantia m
branoſa lumbis adnata vaſorum & ureteris
tremitates complectens, accreverat: ureteri
ſtigia quædam remanſerunt, verum ſine a
tura in ductus cavitatem: quinimo ichor,
ſeroſitas quædam, arteriæ emulgentis oſ
exſudans, in ulcus iſtud ſinuoſum exteri
rebatur. Ren alter fuit materiâ ſabuloſâ &
culis minoribus valde oppletus: inſuper
ta ſummitatem ureteris, lapis circa p
magnitudinem defigebatur, cujus extr
tas erat ductui, ſeu cavitati ureteris adeo
tata, & firmiter impacta; ut velut epiſt
aperturam ejus exacte clauderet, &
latici tranſitum omnino inhiberet.
ria purulenta non tantum à renibus, v

aliquando è veſica, & meatu Urinario, ulcere affectis, in lotio deponitur; quandoque etiam è vaſis & locis genitalibus *ſanies*, *ſemen corruptum*, *fluor albus*, aut *ſanguis menſtruus*, Urinis ſuffunditur, & ſubſidentias præternaturales in iis producunt.

IV. In Urinis ægrotantium ſæpenumero conſpiciuntur *contenta alba*, & *copioſa*, è corpuſculis minutis conflata? quæ cum ſubſiderunt, ſupra medietatem liquoris implent, ipſumque albidum & opacum reddunt, reliquo in ſuperiori matracii regione tenui & claro permanente; hujuſmodi ſedimentum farinaceum dicitur, quia ſcilicet aquam farina imbutam refert: de hoc ambigitur, utrum è tota cruoris maſſa, an tantum è viſceribus Urinariis conferatur. Obſervatione conſtat in calculo veſicæ ejuſmodi lotium conſtanter reddi, etiam aliquando ob renem lapide grandiori obſitum: abſque affectu nephritico talem ſubſidentiam in Urinis nunquam vidi: quare hoc fere indubitatum calculi ſignum ſemper reputavi: atque videtur, quod à ſucco, ſive humore circa calculi molem congeſto omnino dependeat: namque ubi lapis in rene aut veſica defigitur, humor nutritius ibidem ab aſſimilatione pervertitur, & in mucum craſſiorem degenerat, qui valde copioſus coacervari ſolet; veluti ichor, qui propter globulum in

fontanella poſitum ubertim exſudat. Iſte au tem mucus, cum ſero ablutus, ſedimentum i lud album conſtituit.

Cap. VI.

De judiciis circa Urinas ægrotantium ferendis

HActenus de Urinarum *anatome*, in q explicantur earundem *elementa*, & *prin pia conſtitutiva*, una cum præcipuis ipſarum cidentibus, ſcilicet *colore*, *conſiſtentia*, & *conten* tum quæ per eſſentiam iis debent *natural* ineſſe, tum quæ iis ob corpus male affect *præternaturaliter* ſolent accidere. Facile erit quam hanc hypotheſin ad praxin accom dare, & *judicium* de Urinis in matula inſpe ferre; etenim ex dictis conſtat, quarum tium morbi per Urinæ inſpectionem inn ſcunt, & quid in ſingulis Urina ſignificat. ca hoc ſubjectum abunde ſatis ab auctor dictum eſt, ideo rem breviter tantum ſtringam, & ſicco (ut ajunt) pede pert ſibo.

Licet Urinæ materia, ſcilicet ſerum ſa nis univerſam corporis regionem perlua cum ſanguine per ſingulas partes circul haud tamen omnium ſtatum & morbos facit, ſed iſtarum ſolummodo, quibus ad ralem ſui perfectionem & geneſin debet, quibus alterationem quamvis ſuſcipit:

viſce

viſcerum, coctioni inſervientium, actionem & craſin aliquatenus refert; & præterea ſanguinis & humorum in vaſis temperiem & motum ſubindicat: verum ut quis dolorem in capite, abſceſſum in gula, aut quemvis alterius partis affectum, unde nihil ſero communicatur, ex matula cognoſcere & divinare præ ſe ferat, ignorantiæ potius ſuæ, quam morbi cujuſvis indicium præbebit.

Urinæ ab ægrotis delatæ, quandoque ſunt omnino *ſanorum ſimiles*, & tunc nullam de morbo aut parte affecta lucem præferunt; liceat vero illis inſpectis aliquid negative pronunciare: ſcil. ægrotum eſſe febris immunem: circa ventriculum, & alimenti coctionem, non admodum male ſe habere: quare, ni ſit in tabem proclivis, aut abſceſſu, aut alio morbo ſolutæ unitatis laboret; affectum qualiſcunque fuerit, non valde videri periculoſum, aut curatu difficilem.

Interim tamen nihil temere edicat velim, nec eo uſque progrediatur, unde nulla receptui pateſcat via: non raro enim obſervavi in graviſſimis quibuſdam affectibus, ſcil. in febre maligna, ubi cum viribus dejectis, pulſu debili, & inæquali, macularum eruptione, aliiſque mali moris ſymptomatis ægrotantes periculoſe admodum decubuerunt, Urinas quoad colorem, conſiſtentiam, & hypoſtaſin, veluti in ſanis laudabiles fuiſſe; ut revera tali in caſu, medicus

è lotio tantum conſpecto circa prognoſti
con perquam turpiter erraverit: quare Urin
ſingulari teſtimonio, niſi alia ſuffragantu
indicia, ægra commodetur fides. Quod ve
ro in peſte, & febribus malignis mendax ſi
illa, & meretriciam exerceat, in cauſa eſt
quod in iſtis morbis, nonnunquam ſine ma
gna efferveſcentia, ſanguis ſenſim & velu
tacite corrumpitur: adeoque licet coagulatio
ne, aut νεκρώσει liquor ejus afficiatur, tame
quia non eodem tempore immaniter defl
grans, materiæ aduſtæ velut cinerum cong
riem facit, ſerum à ſolita craſi, aut tenore p
rum aut minime alteratur: præterea aliqua
do, cum in tali ægritudine cruor multum e
ferveſcit, quicquid excrementitium in ma
ejus congeritur, ſtatim cerebro & nervo
generi transfertur: quare latex ſeroſus à co
tentis præternaturalibus immunis uſque ſ
lito more ſe habet, extra hunc caſum, qua
do Urinæ coloris ſaturati, turbidæ, & ſi
quovis ſedimento apparent, non eſt qua
ὀυρομάντις in prognoſi facienda multum h
ſitet.

Quoties Urinę ægrotantium ſunt iſtis *ſa
rum diſſimiles*; aut ipſis *aliquid naturale dee*
aut *quid præternaturale*, *additur*, aut *ſim
utrumque contingit*.

I. Deeſſe poterunt *color*, *conſiſtentia*, *c
tenta*, & *quantitas*. Si *color* ſi debito remiſſi

& liquor pallidus, indicat cruditatem, & πνδ-ματώσεως defectum, quod nimirum ſuccus nutritius nec in viſceribus nec in vaſis rite coquitur, aut exaltatur; ut particulæ Salinæ, & Sulphureæ ſimul evectæ, ſeri diſtributioni velut deſtillationi obſequentes, eidem penitus adhæreſcant, unde etiam ipſi tincturam impertiant: quare tali Urina conſpecta, de hujuſmodi ſymptomatis non inepte hariolari poteris quod ſit gravitas in ventriculo, inappetentia, & dyſpepſia, tenſio in hypochondriis, ineptitudo ad motum, ſomnolentia, reſpiratio difficilis, & crebra intra exercitandum palpitatio cordis, color pallidus, pedum & abdominis intumeſcentia; dicas periculum eſſe ne forſan incidat, aut jam inciderit, in cachexiam, aut hydropem; &, ſi virgo ſit, quod pica aut malacia afficiatur.

Quod ſi in febre Urinarum color remittatur abſque, criſi ſignum eſt materiam fermentativam, ſeu recrementa ſanguinis aduſta, eſſe à cruoris ſinu ſecreta, & alicubi defixa: quod plerumque in cerebro contingit; & proinde tales Urinæ ſolent delirium ſeu phrenitidem prænunciare, in nephriticis ſubita alteratio Urinæ in pallidam & aquoſam, ingruentem nephritidis paroxyſmum denotat.

Urina pallida & copioſa, ſæpe indicat ſalium reſolutionem nimiam, ob quam è toto corpore ac præcipue è partibus nervoſis, ſeroſitates,

velut profluvio quodam amandantur : talis ex-
cretio interdum ſalutaris eſt, & velut critic-
qua ſuperfluitates tantum eliminari conti-
git: quandoque ſymptomatica eſt, & magna
debilitatem infert, quia ſcil. ſuccus nutritiu
& humores utiles una excernuntur.

Si conſiſtentia ſit tenuis, & liquor pallidu
arguit cruditatem & πνευματώσεως defectu
aut potum nimium, aut affectionem nephri-
cam : ſin color ſit flammeus, ſignum eſt feb
tertianæ intermittentis.

Si deſint contenta, & palleſcat, appe-
ſignificatur, & cachectica corporis diat-
ſis. Sin vero color ſit citrinus, & conſiſte-
mediocris abſque hypoſtaſi, ſuſpiceris ægr-
nimio labore & exercitio uti ſolitum,
nocturnis ſudoribus crebro affici, aut f-
ſan atrophiâ laborare, aut eſſe in tabem p-
clivem.

Si Urina in minori, quam par ſit, quanti-
continuo reddatur, niſi adſit largior diap-
reſis, ſignum eſt cruorem à ſeroſo latice
ſatis expurgari: quare neceſſe eſt, ut aquo-
evadat, & tandem cachectica corporis diſp-
tio, aut hydrops inducatur. Sin derepente
primitur; & cum dolore & difficultate mi-
tur, affectionis nephriticæ indicium eſt.

II. Urinæ aliquid ſuperadditur, nimi-
aliquando color intenditur, interim ut co-
ſtentia, & contenta ſe debito modo habe-

atque ſuſpicio erit de diatheſi ad febrem vel de hectica inchoata: forſan cauſa quædam evidens præceſſit, prout balneum, æſtus, crapula, aut immodica exercitatio, quæ ſanguinem excalfacerent, aut frigus incaute ſuſceptum fuerit, unde pororum occluſio, & ἀδιαπνευστία. Si Urina ſit crocea, & lintea flavedine tingat, dicas morbum eſſe icteritiam: ſin crocea ſit, aut rubicunda abſque febre, neque lintea tinctura inficit, affectionem ſcorbuticam, aut hypochondriacam plerumque indicat.

Ut color & hypoſtaſis ſe recte habeant, contenta præternaturalia non raro Urinæ inſunt; ideo cum frigeſcit, turbatur, & ſedimentum deponit, modo *album*, & tum ſuſpicio erit de cruore ſordibus ſcatente, item de ventriculo impuro, materia excrementitia, aut lumbricis obſeſſo; modo *rufum*, quod ſæpe contingit ob tranſpirationem impeditam, phthiſin, & quandoque ob crapulam, aut febrem inchoatam.

Urinæ naturaliter ſe habenti contenta præternaturalia craſſiora interdum inſunt; quæ alicujus partis circa vias Urinarias affectionem denotant; unde pus, aut ſanies, ſanguis, fluor albus, ſemen corruptum, aut ſimilia, Urinæ permiſcentur: & facile dignoſcas; interrogando quomodo in hoc aut iſto loco æger ſe habeat, quæ pars ſit affecta; ut, recolendo qualem morbum ejuſmodi Urinarum ſedi-

menta

menta indicent, de natura affectus certio
ſias.

Cum Urinæ aliquamdiu ſteterint, eiſqu
ſedimenta alba, & copioſa ſubnaſcantur, no
facile erit primo ſtatim adſpectu dignoſcere
undenam ea proveniant, ſcilicet an à tota cruo
ris maſſa, an à particulari tantũ viſcere, ſeri, au
ſeminis prçparationibus dicato? Etenim ſangui
nis, & ſucci nervoſi impuritates, ſub ſpecie fari
nacea ad fundum matracii depoſitę, ſępe fluor
albi in fœminis, aut gonorrhœę in viris, ſuſpi
cionem Medico movere aſſolent: etiam in lo
tio contenta fere ſimilia cernuntur; quę à parti
bus Urinariis, ac quæ à ſpermaticis procedunt
inter has ambiguitates ne ὀυρομάντις temerari
confidentia non ſolum incerta pro certis, ſe
inſuper falſa, pro veris referat; ejuſmodi Ur
narum diſcrimina poterit hoc ritu indagare.
contenta ſint univerſalia, eorumque indic
maſſæ ſanguineæ applicari debeant; ut plur
mum à prima mictione (niſi aliquando forte
διουρήσει critica) iſthæc (utpote in ſubſtanti
tenuiori) ſunt omnino inconſpicua: dein, Ur
na à frigore turbata, tarde ad fundum deſcen
dunt: & poſtquam ſubſiderunt, à calore matr
cio adhibito eorum apparentia rurſus deletur: ſ
vero ὑποςύματα iſthæc alba à particulari fo
amandantur, Urinam recens emiſſam illic
turbant, & incraſſant, cito præcipitantur, &
calore minime evaneſcunt: ut vero conſtet c
viſce

viſceri particularia ejuſmodi contenta adſcribenda fuerint, ex aliis circumſtantiis facile negotio cruendis, innoteſcat.

III. Urina quandoque à naturali ſtatu prorſus alteratur: color, & contenta quæ ineſſe debuerant, deſiderantur, & aliena ipſi inſunt: tum vero indicatur, intemperiem in toto corpore adeſſe, & coctionem in viſceribus, & vaſis depravari; dicas ægrum febre laborare, dein interrogando diſcas, & ſtatim pronuncies quod caput doleat, quod ſiti, ardore, anorexia, vigiliis, & aliis ſymptomatis hinc conſequentia quadam deducendis, afficiatur.

Aliquando accidit Urinam à naturali ſtatu deflectere, tamen affectum de quo æger conqueretur, minime referre; & vel oſtendit morbi cauſam, vel partis alterius cum affecta conſenſum, ut ſi quis de immani cephalalgia, aut tremore cordis queratur, & Urinam exhibeat aqueam; illa non denotat ipſos affectus, ſed tantum cruditatem in ventriculo, necnon lienis, & viſcerum circumcirca obſtructiones, quæ poſſunt eſſe iſtorum affectuum cauſa, dico in hoc caſu, Urina inſpecta præcipuę indicationes circa medendi methodum deſumuntur, & remediis utimur, nec cephalicis, nec cardiacis, ſed vel catharticis, quæ vomitum aut purgationem moveant; aut de obſtruentibus, & imprimis chalybeatis: interdum vero Urina eſt vitioſa, tamen ab affecto de quo æger queritur,

ejus

ejus ſignificatio eſt prorſus aliena; ut ſi qu
comati, aut lethargo obnoxius eam reddat ru
bicundam, & contentis præternaturalibus ſatu
ratam, ejus inſpectio optime coindication
ſuggerit, ſcil. ne remediis nimis calidis, ſe
temperatis inſiſtamus.

Præcipuus οὐροκρίσεως uſus, in obſervand
morbi cujuſvis ſtatu, & progreſſu, nec no
alterationibus verſus ſalutem, aut mortem. Ete
nim in affectibus chronicis ex Urina quotid
inſpecta, Medico innoteſcat, quibus gradibu
ægritudo indies accreſcat; quo tempore reme
dia purgantia, aut alterantia, erunt magis op
portuna; qualia medicamenta ſunt maxim
proficua: hinc obſervare eſt, an natura morb
prævaleat, necne? certiſſimum hinc progno
ſticum elicitur de ſpe, aut particulo convale
ſcentiæ; prout nimirum coctionis, aut crud
tatis ſigna in Urinis apparent, in morbis acut
hinc ſtatus, & ἀκμὴ febris optime prænoſcitu
quo tempore criſis, & quo ſucceſſu, ſperatu
quando evacuationibus, & quando cardiac
tempeſtive inſiſtendum eſt. Non certiori fide
aut majori diligentia, pyxidem nauticam in
tuentur naucleri, quam, pro idoneis medend
temporibus, & modis, Urinarum phęnomen
obſervare debent Medici.

Hæc ſint quæ circa judicia Urinarum, no
è vanis agyrtarum traditionibus collecta, ſe
rectæ rationi, & veritati conſona, in prompt

era

erat dicere. Scio præterea, à medicaſtris, & mulierculis, innumeras fere οὐρομαντείας regulas, & præcepta paſſim tradi; ut matula tantum inſpecta divinare præ ſe ferant, an ſit vir, an fœmina qui ægrotat; quamdiu decubuerit; quali morbo laboret; utrum affectus in mortem, an ſalutem deſinet; an patiens amoris, aut triſtitiæ affectibus ſit obnoxius; utrum mulier utero conceperit, necne; & an gravida marem, an fœminam paritura ſit; & ſexcenta alia, in quibus, vel inani conjectura utentes, confidentia ſua credentium animis imponunt: vel (quod crebrius iis in more eſt) callida verſutia rem aliter exquirendo indagantes, notitiam ſuam Urinæ inſpectioni falſo adſcribunt.

Cap. VIII.

De Urinarum examine, & variis probationum modis.

Licet apparatus circa examen & inſpectionem Urinæ vulgo tantum ſimplex adhibeatur, (ſcil. lotium vitro immiſſum, medicaſtri & agyrtæ plerique intuentur, parum conquaſſant, indeque ſtatim judicium ferunt) tamen quibus ægrotantium ſalus cordi eſt, res paulo intricatior videtur, & circa οὐροσκοπίαν circumſtantiæ quædam obſervari ſolent; quibus omiſſis nihil certum, aut in praxi medica revera directorium, è matracio ediſcitur. Inſuper in quibuſdam affectibus, præter meram

vitri

vitri inſpectionem, habentur alii profationu modi, quibus circa Urinas quod in receſſu l tet, virumque effugit, palam fiat: unde earu *evaporatio*, *deſtillatio*, *putrefactio*, etiam *præc pitatio* non inutiliter à quibuſdam, ἀκροκελτικ accuratius curantibus, in uſum aſſumuntu Quapropter de recto lotium inſpiciendi m do, & in caſibus nonnullis analyſi varie inſt tuenda, breviter dicemus.

Cum Urina ægrotantis Medico offertur, prius eadem aliquandiu in vitro ſteterit, atq ſi liquor ſit diaphanus, hypoſtaſis velut in n beculam collecta, & ſi reliqua contenta a fundum ſubſiderint; nihil ultra deeſt, qu protinus ſententia σημειωτικὴ proferatur. S lotium matracio aut recens infunditur, a prius conquaſſando perturbatur, exſpect dum partes confuſæ denuo ſegregentur, & d bita ſubſidentię loca acquirant. Quod ſi liqu contentis ſaturatus, poris à frigore conſtrict turbidus, & opacus evaſerit, vitrum in loc calido detineatur, donec lotium denuo cl reſcat; & deinceps aliquandiu prope focu collocetur, ut dum contenta præternaturali aut tenuiora, poris à calore dilatis abſorbe tur; aut craſſiora in fundum decidunt; fil menta hypoſtaſin conſtituentia (ſi aliqua a fuerint) in media regione, aut paulo inferi ſimul congregentur; ita enim conſtabit quæ natura, & qualis morbi potentia: item in f

bribu

bribus, caloris & efferveſcentiæ gradus, humoris nutritii coctio, aut depravatio, etiam materiæ aduſtæ in ſanguine congeſtio, ejuſque ſecretio incepta, aut prorſus fruſtrata, ſignificatione ab Urinis deſumpta, nonnihil eluceſcunt; quare hoc etiam modo procedere oportet, ſi quando Urina à longinquo adfertur; cujus nimirum particulæ multa concuſſione perturbatæ, niſi in loco tepido aliquandiu detineantur, haud facile repetunt poſitionum ſuarum loca. Sin ægrotum in proprio cubili degentem crebro inviſurus, opportunum erit, ut Urina recens micta, & matracio indita circa hypocauſtrum collocetur, quæ dum modice intepeſcit, ſingulæ partes, ſine quavis perturbatione, optimo diſponuntur ſubſidentiæ modo.

Poſtquam Urina ita nude, & quaſi omni velo diſcooperta, intuitui offertur, proxima erit cautio ne aliqua ejus phænomena accidentaliter contracta, & non proprie ad ipſam ſpectantia, Medico imponant: quod revera aliquando accidere ſolet, propter alterationes in illis à cibis aſſumptis excitatas, quæque imprimis conſiſtunt in *colore*, & *odore* Urinarum, præter naturam, & Medici expectationem, varie immutatis.

Enimvero error ſatis vulgaris committi ſolet, cum Urina à Rhabarbaro, croco, ſemine ſantonici, aliiſque ore ingeſtis, flaveſcens,

& linteamenta tingens, indubitatum icteri-
tiæ ſignum creditur; etiam à caſſia lotium ni-
gricans humore atrabiliario imbutum dicitur:
quandoque etiam à jure cicerum, aut decocti
rubiæ tinctorum, aliiſque epotis, Urinam ru-
bore ſaturatam æſtimamus (falſo licet) intem-
periem febrilem indicare. Non raro accidit
potu tenui copioſo, Urinæ colorem intenſum
præter exſpectationem minui, atque à fortio-
potu, atque alimentis calidioribus intendi: cu-
juſmodi mutationum cauſæ ni Medico inn-
teſcant, de lotio inſpecto judicium non ni-
falſum adhiberi poterit; eum itaque ſine ca-
manifeſta color in Urinis immutatur, vic-
ratio inquiratur, ut, ſi forſan ab ingeſtis alte-
tio procedat, ne perperam adſcribatur morb-
Quæſtio hic oritur; Cur ſiquidem plera-
ore aſſumpta, priuſquam in lotium faceſſa-
colores inſitos omnino amittunt; aliqua tam-
ſunt, quæ, comeſto ſero tincturam imprim-
pertinacem adeo, ut per omnes ductuum
fractus illibata tranſeant? Cujus rei cauſa in
cardine verſatur, quod mixta nonnulla pa-
culas Chromatiſmi conſtitutivas habent v-
ſubtiles, eaſque inſigniter volatiles: quare h-
in exigua tantum quantitate ingeſta, to-
chyli maſſam colore ſuo inficiunt; & dei-
ſuccus nutritius ſanguini convehendus col-
tus adſcendit, ejuſque vehiculum, ſcil. l-
ſeroſus uſque tinctus amandatur.

Qu-

Qualis ſit odor ab Urinis ſanorum, unicuique propriam quadamtenus olfacienti obvium eſt: ſcil. dum recens mingitur, ob particulas ſulphureas, & ſalinas in liquoris compage conſtrictas, haud valde ingratus eſt: cum aliquandiu ſteterit, ut mixtione ſoluta ſulphur ſale aculeatum exhalare inceperit, graviter puteſcit: præterea autem obſervare licet, quod aliquando Urinæ recens factæ odorem ſuavem, ſcil. violaceum exſpirant, atque interdum fœtorem valde ingratum naribus objiciunt. Prius nec à ſano, nec inſalubri corporis ſtatu dependet; verum ab aſſumptis ſolummodo producitur: Terebinthina, nux moſcata, & alia quędam gummi, & aromata, diverſæ licet naturæ aut operationis, ori ingeſta, Urinæ plane ſimilem odoris ſuavitatem impertiunt. Hujus ratio videtur eſſe, quod in hujuſmodi mixtis ſulphuris purioris, (hoc eſt, ſpiritibus imbuti) particulæ complures eminent: quæ cum volatiles fuerint, ſero confuſæ mixtionis vinculo non continentur; quare otio excreto, ſtatim hæ ſolitáriæ, aliiſque Urinæ fœtidis incomitatæ exſiliunt, ideoque odorem ſatis gratum diffundunt: qui licet à comeſtis diverſimodis concitetur, iſque tamen eodem modo violaceus perſtat, eo quod in omnibus ſulphureæ iſtæ particulæ digeſtione ab aliis ejuſdem concreti

adjunctis liberantur, neque alienis à lotio in-
ficiuntur. Quod vero ad Urinam fœtente
ſpectat, iſta nonnunquam ab ulcere circa r
nes, veſicam, aut vias Urinarias conſito pr
cedit; quandoque etiam à calidiori renum
aut totius corporis intemperie ſuſcitatur: cu
enim ſulphur ſaturate nimis ſero incoquitu
ejus particulæ cum ſalinis aculeatæ (utpo
minus arcte concluſæ) protinus evaporan
& olfactus ſenſorium graviter feriunt; p
terea autem, aliquando à comeſtis Uri
fœtorem contrahunt. Etenim Balſamus
phuris allium, rad. aſparagi, pomaceum,
num Rhenanum, & alia pleraque ore inge
Urinæ graveolentiam accerſunt: hujus ra
ſi inquiratur, dicimus quod talia quæ U
næ fœtorem imprimunt, etiam in quant
te uberiori eam provocant: quare vid
quod ejuſmodi aſſumpta ſanguinem fund
& ſeri præcipitationem valde accelerant: cu
que hoc ritu latex ſeroſus à cruoris m
velut abrupte devellitur, liquoris comp
laxa efficitur, neque partes exacte miſcern
nec craſeos æquabili vinculo continen
quare cum lotium iſtud corpore excerni
compage ejus prius ſoluta ſulphuris craſſ
(h. e. cum Sale combinati) particulæ
exſpirant, adeoque tetrum odorem di
dunt. Etenim Urina ab aſſumptis hoc m
alterata, lixivio cui Antimonium, aut

phur commune incoquitur, atque acidum quodvis poſtea inſtillatur, perſimilis videtur: quippe in hoc decocto, prout etiam in tali lotio, reſerata liquoris compage, corpuſcula Sulphurea protinus erumpunt, & gravi fœtore ſenſorium percellunt.

Quod ſi ſupra viſus, & olfactus examen, quiſpiam curioſus Urinarum explorator ulterius indagare velit, in promptu erit diverſimoda ἐγχειρήσει eas in partes reſolvere, ac velut ad vivum diſſecare, indeque directiones Medicas non levis momenti elicere: quippe in morbis quibuſdam chronicis, ubi ſanguinis dyſcraſiæ exactius perquirendæ ſunt, ut in eo ſalis, & Sulphuris proportio, & temperatura, rite inveſtigentur, convenit interdum Urinas *evaporare*, aut *deſtillationi exponere*; etiam ex iiſdem *præcipitatis*, aut *putrefactione reſolutis*, nonnihil ediſcitur. Novi fœminam honeſtam, ſquamoſa cutis fœditate graviter afflictam, quæ nimirum quotidie materiæ velut furfuraceæ copiam ingentem ſcalpendo excutere ſolebat: hujus Urina, in ſcutella evaporata, ſedimentum cruſtaceum, & ſalinum, excremento iſti cutaneo ſimillimum, vaſis lateribus adhæreſcens reliquit. Olim viri prænobilis, motibus convulſivis; & muſculorum tenſionibus dolorificis, graviter obnoxii, Urinam evaporavi; cui in fundo quantitas Salis, & materiæ Tartareæ,

tareæ, dimidium integri liquoris pondus ex-
cedens, remanſit. Hoc modo facile erit
principii Salini in ſanguine, & humoribus
proportionem invenire; utrum vero Sal iſthic
volatilis, an ſupra modum fixus evaſerit,
Urinę *deſtillatio* palam reddet: nam ſi Spi-
ritus (ita dictus) ex Urina copioſus proli-
citur, & pręterea Sal in Alembicum aſcendit,
volatiliſationis ſignum eſt: Hujus vero, con-
trarium Salis fixitatem arguit.

Sicut Urinę *evaporatio*, & *deſtillatio* princi-
pii Salini valorem oſtendunt, ita *præcipitatio*
& *putrefactio* Sulphur, & craſſiora Urinarum
contenta, velut in pondere, & menſura, pa-
tefaciunt. Quoad prius, licet Urina ſit liquor
ſalſus, & ſępe contentis gravidus, tamen
quatenus particulę ejus ſalinę non ſunt (velut
in pleriſque menſtruis aſſolet) aut prorſus
fixitatis aut fluoris ſtatu, ſed maxima ex parte
volatiles; ideo haud facile, neque ſtatim
quovis ſalſo infuſo, præcipitationem ſub-
Spiritus vitrioli cæterique acetoſi nihil ef-
ciunt: Sal Tartari perturbationem exiguam
concitat. Aluminis vero ſolutio, in qua-
tum ſpatiola valde conſtringit, mox totum
liquorem maxime perturbat, atque omnia
Urinarum contenta, velut latebris extrudens,
palam oculis conſpicienda tradit. Quare hoc
ritu, ſine longa ſubſidentiæ mora, illico co-
gnoſcas, quantum materiæ ſulphureæ, & ...

reſt...

reſtris, & cruoris maſſa pro recrementis in ſero deponitur.

Urinarum *putrefactio*, ſingulas cujuſque generis particulas adhuc magis diſtinctas, & velut ſeorſim diſpoſitas, exhibere ſolet; namque, ſi lotium per plures dies in vitro immotum ſteterit, *colore*, *odore*, & *conſiſtentia* plurimum alteratur: eſt enim color intenſior, odor ingratus, & ſumme fœtidus, conſiſtentia craſſior, non raro in ſuperficie lanuginem, modo albicantem, modo lividam, adſciſcit; etiam in vaſis fundo ſedimentum craſſum & copioſum, & ſæpe in lateribus cruſtam arenaceam, ſive Tartarum, coloris albi, vel cineritii affigit. Ex hujuſmodi phęnomenis, & quatenus Urinæ citius aut tardius putreſcunt, indeque plus aut minus a priori ſtatu alterantur; conjicere licebit, quanta ſit Salis, aut Sulphuris proportio; utrum iſtorum alteri prępolllet: etiam de materię terreſtris, ſive contentorum qualitate, & copia, hinc non infidum deſumatur judicium.

Ita demum habes (Vir amiciſſime) οὐρο-κρίσεως doctrinam, ſive methodum, qualem qualem tenuitas noſtra adornare potuit: diſſertationis hujus, & ſterilitati, & erroribus, non tantum ignoſcis velim: verum alias eadem excuſatá habeas. Quippe hortatu veſtro hęc primum ſcripta, atque ex tuo ſolummodo arbitrio, & juſſu etiamnum publici juris fiunt.

Quare fœtum iſtum, invita quaſi Lucinæ, fere per abortum editum, ceu expoſititium & merito ἀποκληρόν ad limen tuum dimiſſum, fac cures.

GULIELMI

GULIELMI STRATENI
Reip. Ultraject. Med. Doct.
Et in ejuſdem
Inclytâ Academiâ Med. Pract. & Anatomes
Profeſſoris Ordinarii.

DISPUTATIONES MEDICÆ Tres

DE

Erroribus Popularibus,

PRIMA

DE FALLACI URINARUM JUDICIO.

Diſputationum Medicarum
De
ERRORIBUS POPULARIBU
PRIMA,
De Fallaci Urinarum judicio,
PARS PRIOR.

Inter non magis uſitatos quam pernicioſos in pra-
Medica errores, non poſtremus eſt ineptus il...
mos cogendi medicos, ut ex ſolius Urinæ conſpe-
ctu omnes affectiones naturales, præternatura-
les, externos, internos, recentes, inveteratos, præ-
ſentes, præteritos, eorumque cauſas exponant
curationemque dirigant. Quibus is error or-
tus ſit auctoribus haud facile dixerim. Crede-
derim tamen ejus perennitatem foveri non ſo-
lum à circulatoribus, verum etiam ab imperi-
tioribus vel improbioribus, titulo tenus, medi-
cis; quibus cum præ defectu ſolidæ cruditioni
non liceat regiâ viâ ad exoptatos honores per-
venire, per fraudulentas haſce & ſimiles am-
bages eò tendunt, plebeculæ unicè inculcantes
medicorum nomine indignos eſſe, qui non omni-
jam dicta ex lotio dignoſcant & enuncient.
Non alienum proinde a noſtro erit munere, nu-
gis hiſce diſcuſſis, medicinæ candidatos brevite-
monere, quid de illa arte ſit ſentiendum, ut ſibi
ægris, ipſique adeo arti bene conſulere diſcan-

Quam

Quamobrem (rejecto accurato de Urinis tractatu in aliam occaſionem) primo incertitudinem judicii Urinarum detegemus; deinde quantum illis ſit tribuendum ſubjungemus.

THESIS I.

PRima argumentorum fallaces Urinas eſſe convincentium claſſis continebit, poſt materiæ, ex qua Urinæ conſtant, deſcriptionem multiplicem varietatem cauſarum, ex quibus ſimiles imo eædam oriantur & fundantur Urinæ. Ne autem hæc omnia ἀτάκτως confundantur, diſponemus differentias in Urina conſiderari ſolitas ſecundum receptum agendi & Urinis ordinem.

2. Urinæ materia non eſt ſolum excrementum tenue & aquoſum ex potu genitum, ſed & proprium ſanguinis ſerum bile dilutum; quibus nonnunquam aliquid aliud ex partibus vel viis quas tranſit, permiſcetur; videturque potius jecoris quam renum eſſe excrementum, quod in renibus per tranſcolationem, non per coctionem, tantum fiat ſeparatio ſeri à ſanguine.

3. Urinæ differentiæ ſumuntur vel à liquore, vel à contentis. In liquore conſiderantur conſiſtentia & color; quibus aliæ minus principales differentiæ adduntur à quantitate, odore, &c.

4. Reſpectu

4. Reſpectu conſiſtentiæ Urina eſt tenuii crafſa, vel mediocris, item turbida vel clar & hæc iterum vel mingitur clara, & perman clara, vel mingitur clara & poſtea turbatur; u turbida vel talis redditur & permanet, vel tu bida mingitur, & poſtea clareſcit. Huc ſp ctat oleaginoſa, conſiſtentia ſcilicet & colo oleum referens.

5. Hic jam primo notandum non omne Urinam ſua natura eſſe tenuem, neque om nem craſſam talem reddi aliorum humoru permixtione; Quum ſcilicet Urina ex par conſtet ex ſero, hinc ſanorum lotium medic cri eſt craſſitie. II. Tenuem reddi Urina ob paucitatem ſeri permixti, vel ob coctione primam vel ſecundam in hepate & venoſo g nere imperfectam, ut & ſeparationem humor ſeroſi impeditam, vel ob cibi potuſve copia præpropere ante coctionem ſecretionemq abſolutam (unde non omnes claræ & tenu Urinæ cruditatis ſunt indices) præterlabe tem, vel ob viarum Urinariarum debilitate obſtructionem, vel quod materia Urinæ pe miſcenda alio convertatur, ex aph. 72. lib. Præterea tenues Urinas in principio acutoru morborum indicare coctionem nondum e inchoatam; in progreſſu languidam coct nem, humoriſque cruditatem; ſi perſeveret vireſque infirmæ ſint, mortem; ſin robuſta abſceſſus in inferioribus. In criſibus, utpo

infid

inſidas, recidivam minari. III. Craſſam reddi Urinam vel ex ejus perfectione prę caloris nativi robore, vel ob materiæ craſſioris in venis canalibuſque, humorumque crudiorum copiam, vel ob reſeratam viſcerum ductuumve obſtructionem, ruptumve abſceſſum.

§. IV. Notandum Urinam claram in ſanis turbari ob humorem crudiorem, & ulteriori coctione indigentem, quam natura quidem auſpicata eſt, ſed nondum perfecit; unde talibus quidem imminent morbi, ſed non ſemper, cum ſimiles in gravedine conſpici vulgo ſit in ore, uſuſque doceat per vigilias & infinitas turbatæ coctionis cauſas, ejuſmodi conſpici Urinas. Eandem in ægris turbari per coctionis initia, aliquamque materiæ profuſionem. Rurſus claritatem illam in morbi principio non ſemper calori nativo acceptam referendam, ſed ſæpe præternaturali; poſt principium vero (Urinæ ſubſtantia, colore, copia, &c. reſpondentibus) argumento eſſe inchoatæ à calore nativo coctionis; ſi autem reliquæ abſint conditiones, materiam & putredinem augeri. Si turbetur ab ambiente aëre, non eſſe adeo probandam, ac ſi fiat à cauſa interna, inchoata nimirum coctione: non enim à ſola externa cauſa, ſed & interna turbari Urinas patet, quia aliæ mox, aliæ tardius, aliæ tardiſſime turbantur

in

in eodem aëre, & ejuſdem hominis Urinæ: eadem aëris conſtitutione hodie turbantur cras ſæpe non turbantur; ſæpe claræ & tenues permanent, quæ, noctu excretæ crudiores erant, & quæ aliquot horis poſt perfectius coctæ minguntur claræ, turbantur. v. Urinam turbidam clareſcere ob calorem naturalem coctionem aggredientem; vel ob fervorem Urinam prius confundentem ex parte ceſſantem; vel ob partes heterogeneas graves prius ob calorem confuſas, eo evaneſcente, pondere ſuo ſubſidentes. vi. Urinam vere turbidam fundi fere ex renum aut veſicæ affectu, dum Urina ſordidum pus pluresque humores ſecum rapit. Si citra hos affectus fiat, craſſiorum humorum in venis copiam arguere, aliquando etiam critice excerni. vii. Confuſam ſuccedere fere venarum affectibus, humorum ſcilicet in iis confuſioni, putredini, qualis in febribus continuis malignis non raro occurrit. Ex quibus omnibus notari velim cum Fern. path. I. 3. cap. 15. *Urinam renum vitio non inquinatam non ſemper ſanguinis conditionem referre. Ea quippe nonnunquam citrina, craſſa, & turbida mejitur, & qui tum detrahitur ſanguis, exquiſite purus & rubicundus exiſtit. Sæpe id in quartana & tertiana intermittente, bile, &c. alicunde prorumpente cum ſero excreta. Turpiter proinde errant, qui ab Urina craſſa & rubra protinus mittendum eſſe ſanguinem pronunciant.* Qui igitur

igitur ex conſiſtentia Urinæ quid certi pronunciare audeat, niſi velit vel imperitiam vel impudentiam prodere?

7. Quantum ad colores. I. Notandum eum non ſolum mutari per novę materię acceſſionem, verum etiam per cauſas externas, quatenus eæ hunc vel illum humorem, tale vel tale ſerum generant. *Labor*, inquit Fern. path. lib. 3. cap. 13. *inedia, æſtus, febris, & quæcunque cauſæ corpus calfaciunt, Urinam colorant, eoque magis quo vehementiores fuerint, & Urina quo diutius in corpore ſubſiſtit, & longe à paſtu mejitur, prioribus coloratior eſt.* II. Sciendum citrinum colorem medium non ſolum fieri à juſta bilis, & ſalſi ſeroſique humoris cum aqueo excremento mixtione; ſed etiam à vario contrariarum qualitatum concurſu, idque non ſolum in ſanis, ſed etiam in ęgris, & in eis merito idcirco Urinas ſanorum ſimiles improbari. III. Aqueam Urinam naſci vel à cruditate, caloriſque coquentis imbecillitate, vel à viarum, per quas materię Urinę ſolet transfluere, obſtructione tali, ut materia eam tingens aut turbans (ut in calculoſis ſępe fit) non poſſit penetrare; vel a bilis aliorſum tranſlatione, ut in phrenitide; vel a copia potus, vel ab æſtu hepatis renumve. IV. Lacteam Urinam fieri ob ſubſtantiæ albæ permiſtionem, pituitæ, puris; ſeminis, quorum diſcrimina licet ab auctoribus tradantur, tamen quin præ

variis

variis cauſis obſcurari poſſint, nemo dubitat potest.

8. v. Notandum flavam magis minus red di Urinam, non ſolum à calore aucto, ſed prout bilis (adde & ſerum) qualitate ac copia peccat; & præterea ab aſſumptis tingentibus ut Rhabarbaro, ſenna, croco. vi. Rubram fieri à bile (adde & ſero ſalſo) magis uſta; vel ob copioſam talis materiæ admixtionem, in ictero, ſcorbuto, hepatitide; ut pro variis gradibus hujus aduſtionis & pro varia copia, Urinæ uveæ, paſſeæ, &c. dictæ oriuntur. *Rubra*, inquit Plemp. lib. 5. ſect. cap. 5. *apparet in febribus, hydrope, unde temerario judicant, qui ex ſolius rubræ Urinæ conſpectu ſanguinem mittendum cenſent.* vii. Cruentam (ſimilem aquæ, in qua recentes carnes ablutæ ſunt) fieri à ſanguine è vaſe læſo elapſo & Urinæ mixto, per corporis exercitia, per renes ductuſque Urinarios à calculo, &c. attritos; vel ob hepatis renumve debilitatem; vel à natura plethoram ita minuente ſtatis vel certis temporibus, vel critice ſemet ipſam liberante; quod dictum eſto pace Fern. path. l. 3. cap. 13. *vix admittentis ſanguinem alicui cum Urina præterlabi citra renum affectionem.* viii. Lividas nigraſque Urinas fieri, vel cauſis externis, puta aſſumptis, ex clyſteribus, ex ſapa teſt. Mercur. de Ur. cap. 6. vel à pi tione atri humoris cum Urina excreta cum

eupl

eúphoria, vel a bile ulteruis in atram uſta, aut copioſius genita; vel a ſero & ſanguine in venis (extincto calore) nigreſcente, huc ſpectat aph. 47. lib. 4. Quis igitur ex colore quid certi pronunciet niſi imperitior vel impudentior?

9. Urina minus ſolito olet ob coctionis defectum, ut principio noctis ante peractam coctionem; vel quod nihil ſeroſi, ſed ſola aquea materia excernatur. Urina bene olet ob aſſumpta, terebinthinam, moſeum. Urina fœtet vel ob aſſumpta, allium, putrem caſeum, aſparagos, aut alia, quæ prout in hoc aut illo plus minus coquuntur, plus minus fœtidam reddunt Urinam; vel etiam ob ciborum improbam coctionem, vel ob Urinam diutius in veſica detentam, vel ob putredinem humorum, præcipue in febribus malignis, vel ob pus non perfecte coctum (nam perfecte coctum non fœtet per ſe, nec igitur Urinę permixtum) ex rupto abſceſſu profeſum vel per criſin conatumve criticum. Quid igitur certi exprimet odor ex ore periti prudentes honeſtique viri?

10. Urinę copia (quę paulo minor eſſe debet potu) augetur vel ob copiā potus, vel ob uſum cibi aquoſam humiditatem ſuppeditantis, vel ob intermiſſam ſeri per alias vias, alvum, ſudorem, pręfrigore, expurgationem, vel ob excretionem criticam vel ſymptomaticam, uti aquę copiam diu coërcitam circa viſcera erupiſſe, & obeſitatem ſolviſſe teſtatur Fern. lib. 3. cap. 11.

Huc refer diabeten; vel ob uſum diureticorum humores attenuantium, & ad vias Urinarias ducentium. Pauca fit Urina à potu parco, à cibo ſicco, vel ob humiditatis abſumtionem per febres,exercitia,vel ſi alio vertatur,ut ad a vum, ventrem in hydrope, vel ob anguſtiam viarum Urinariarum, à calculo, tuberculo pituita craſſa. Cui igitur planum erit ex ſo Urina de ejus copiæ cauſa quicquam effari?

11. De contentis præſertim generalibus tan ta eſt diſſenſio, ut vix unus ſit, qui cum alte conſentiat. Saxon. de Ur. cap. 5. Ut enim pr teream diverſas de contentis in ſanis ſententi cum Galeno contentorum materia ſit ſang ſeu humor crudus. Actuar. excrementu ſanguinis concocti invenis. Don. ab Altim Portio ſemicocti in venis alimenti. Arg humor pituitoſus, utpote coctionem prim ſubterfugiens (verum anne omnis mate cruda ex parte ſua incoctilis pituita dicen eſt?) Fernel. cap. 17. Urinæ pars craſſ inſiti caloris vi ſecreta; Reuſnero, pitu ſum & melancholicum excrementum: illi quidem, qui communi ſententiæ fav nimirum eſſe partem alimenti ſubterfugi tem coctionem, conſentiunt: alii enim lunt eſſe primæ aut ſecundæ coctionis, quias ſcil. alimenti ſeu chyli, quæ in ſan nem mutari non poſſunt, alii vero in tertia ctione, cum ſcil. ſanguis pro arteriarum &

na

narum nutritione apponitur, generari; quamvis conciliari poſſint, ſi dicatur eſſe eam alimenti partem, quæ nec in ſanguinem perfectum nec in partis alimentum potuit mutari. Quis tamen ex Urina ſola conſpecta diſcernet, ſitne vitio primæ (nam & per accidens vitia ventriculi indicari poſſe cenſemus) ſecundæ aut tertiæ coctionis ortum? Item viſcerumne vitio, an errori externo ſit acceptum referendum contentum? Cumque in omnibus promiſcue ſanis ſedimentum occurrat, vel quod nemo adeo perfecte ſit ſanus, vel nullum alimentuma deo ſimile ſit corpori, cui non aliquid heterogenei ſit admixtum, cumque vel optimi cibi copia, vigiliæ, cæteræque cruditates cauſæ id dare poſſint, quis à qua cauſa oriatur, ex Urina hariolabitur? Cumque in multis ægris non abſimile ſit ſanorum hypoſtaſi, quis utramque ex Urina ſola diſtinguet?

12. Cumque cauſa ſeparans ſedimentum poſſit eſſe calor heterogenea ſeparans, frigus item ſuperveniens ſedimentum craſſius condenſans, unde id gravius redditum ulterius ſeparatur in inferiorem locum; Quis ex Urina diſcet & dicet ex qua id fiat cauſa? Cumque ſedimenta diverſum ſitum (ſummum, medium, infimum) habeant, aut ob materiæ diverſam conditionem, aut caloris varietatem, quis hanc vel illam cauſam ex Urina inſpecta certo culpabit? Ut porro nihil addam de variis ſenten-

tiis, ſua interim probabilitate non carentibus
cauſarum de ſedimenti albedine, lævitate (dum
ſcil. ejus partes non diviſæ, ſed inter ſe coacta
& continuæ unum continuum corpus conſti-
tuunt) & æqualitate, quoad ſubſtantiam
tempus, & figura ejus pyramidali, copia ej
mire variat, non ſolum pro ſucci ejus crudi
ris copia, ſed & pro exercitiis, corporis diath
ſi, ſuppreſſa ſolenni per alvum, uterum, nar
hæmorrhoidas excretione. Quas cauſas qu
modo diſcutiendas dabit Urina?

13. Materia ſedimentorum in ægris licet e
dem dicatur Fern. c. 17. quæ in ſanis, tame
negari non poteſt alios humores quoque a
miſceri, (cum pro humoris morbifici indo
contentum quoque mutetur) imo hoſce ſol
interdum materiam ſedimento præbere, cu
que contra in principio morborum mate
morbificâ nondum coctâ, ſedimentum ſan
rum ſæpe conſpiciatur; Itemque in morbis m
lignis, imo & in ægris peccantibus in diæ
cumque ſedimentorum varii colores orian
vel ex humoribus, ex quibus conſtant, calo
que, ab aſſumptis, & proinde non niſi perſ
cta morbi hiſtoria, omnibuſque ab ægro & m
dico actis, obvium ſit harum cauſarum diſ
men, quis niſi ignarus, vel perfrictę frontis au
hic Urinæ ſoli fidere? Rurſus cum conte
dicantur eo meliora, quo ad ſanorum ma
accedunt, quis horum ab illis, ex unico lo
diſ

diſcrimen agnoſcet? Cumque non exſpectanda ſit in omnibus morbis hypoſtaſis, ſed in quibuſdam ſola ſufficiat nubecula, quis non ex hac ſola animadverſa fallere & falli poſſit? Obiter hic ſuffecerit indicaſſe nugas ouromanticorum, volentium cum Actuario locum ſedimenti indicare locum affectus, nubeculam ſcil. caput, enæorema pectus, hypoſtaſin infimum ventrem affici; cum hæc ſingula in cujuſvis regionis morbis, imo & citra harum affectus apparere poſſint & ſoleant.

14. De particularium ſedimentorum, & in ſpecie farinacei, ſquamoſi furfuracei cauſis, notandum, quamvis concederetur Galen. comm. 2. progn. text. 28. farinaceum oriri à calore colliquante & abradente partes, tamen rariſſime & in ardentibus hecticiſque dari febribus: Deinde *illud* ex aph. 31. lib. 7. *longam ægritudinem ſignificare*; quod cum colliquante calore vix convenit. Ita licet Galen. dicat *ſquameum & furfuraceum ſedimentum fieri à febre colliquante partes ſolidas*, tamen ea ex aph. 77. & 81. lib. 4. *indicia eſſe ſcabie laborantis veſicæ*, nunc cum nunc ſine febre, negari non poteſt.

15. Arenulas in hepate vel alibi genitas quis ex ſolius Urinæ teſtimonio diſcernet ab iis, quæ in renibus ſuccreverant? Grumi ſanguinis & pus prodeunt ex vulnere vel ulcere viarum Urinariarum, vel ex rupto, aliterve læſo (ab ictu, caſu calculi, attritu) aut hiante vaſe &

 fun-

fundente in partes Urinarias, vel ex partibu ſuperioribus.

16. Carunculæ dicuntur eſſe partes ulcer torum renum, ſed an ſolorum? Mucoſum qui redditur à veſicæ calculo, ulcere, à crudo r rum vicinarumque partium abſceſſu, imo à partibus ſuperioribus. Quis igitur non v det etiam alia ſigna præter Urinam eſſe pe pendenda, ut cauſa innoteſcat? Præclare m net Fern. cap. 16. *In iis, quibus Urinæ a quando craſſæ, albæ, fœtidæ, purulentæ fueru nunquam illas in aliis morbis certam ſignificat nem præbere.*

17. Filamenta non ſolum ex renibus, ſed ex venis, ex ureteribus, ex materia viſcida co creta in filamenta, & ſæpe ex ſeminis excret ne paulo ante prægreſſa prodire videntur: ſæ ex paraſtatis proveniſſe animadvertit Fern. c 16. ſæpe in gonorrhæa, & mulieribus fluc uterino albo laborantibus, Idem ibid.

18. Spuma in ſumma parte occurrit (ſ multæ bullæ cohærentes) vel à flatu in viſc materia contento, vel ab aëris inter mingend permixtione. Pinguedo ſupernatare poteſt ria pro copia & conditione pinguedinis præ lore liquatæ: qui multum habet pingued mollioris, iis facile liqueſcit; idem contingit uſu olei, butyri, teſt. Fern. cap. 16. In qui omnibus diſtinguendis quis non jurabit p ter Urinas alia plurima eſſe perpendenda?.

D

Diſputationum Medicarum
De
ERRORIBUS POPULARIBUS
PRIMÆ,
De Fallaci Urinarum judicio,
PARS SECUNDA.
THESIS I.

AD ſecundam claſſem argumentorum, *Urinas eſſe fallaces*, probantium, referemus pleraque quę citra morbos, eorumque cauſas (ut temperiem, ſexum, reſque non naturales, dictas) Urinas adeo mutare poſſunt, *Ut ſine horum animadverſione omnino infirma ſint futura de Urinis judicia, nec quæ ſanorum, ab iis quæ ægrotantium ſunt, facile queant internoſci.* Fernel. Pathol. l. 3. c. 10.

Ut autem de cujuſvis temperie nihil dicam, niſi calidiorum Urinas eſſe magis tinctas, tenuiores, cum exiguo ſedimento; frigidiorum contra. Reſpectu ętatis, Puerorum Urinæ ſunt colore albidę, ſubſtantià craſſiores cum copioſo ſedimentò (unde apud Hippocrat. 2. Progn. 33. Urina in pueris ęgris aquoſa, utpote quam maxime recedens à Naturali, deterrima eſt) ob cruditatem ex voracitate natam, calor quippe abundans ob nimiam cibi

 potuſque

copiam retunditur. Urina juvenum eſt ſubſtan-
tiæ tenuioris quam puerorum & magis tinctæ
fere pluribus, quam virorum contentis. Urina
virorum temperanter viventium quam proxi-
me ad optimam accedit, ob inculpatam quam
maxime œconomiam naturalem. Senum Urina
eſt tenuis, alba, cum hypoſtaſi pauca, imbecil-
læ concoctionis nuntia, niſi cum ſuccreſentium
cruditatum portio cum Urina profunditur.

3. Reſpectu ſexus Urina mulierum ſubſtan-
tia eſt craſſiori, turbida, colore pallidior, hypo-
ſtaſi abundantiore (ob calorem remiſſiorem
otioſum vitæ genus) quam virorum, quæ
coloratior, tenuior & parciori eſt ſedimento.
Neque in tamen de ſexus dignoſci poteſt cum
eadem in maſculorum Urina, concurrenti-
bus nimirum cauſis, occurrere poſſint; ut &
contra, non paucarum mulierum Urina colo-
re, conſiſtentia hypoſtaſi cum virorum certat:
neque etiam graviditatis indicia præ ſe fert:
utcumque ſubſiſtentes menſes ſtatum corpor-
humorumq; immutent, propterea quod eadem
ſigna in aliis menſtruorum ſuppreſſionibus ob-
ſerventur, præterquam quod triſtis ſæpe cata-
ſtrophe audacium uroſcoporum temeritatem
deteſtata ſit, vide Foreſt. lib. pecul. 2. c. 4.

4. De varia lotii mutatione, ſecundum an-
tempora, regionis, cœlique ſtatum vix quic-
quam addendum videtur propterea quod ὀρο-
μαντὴς ſe non poſſe temporum aëriſque in qu-
verſatur temperiem ignorare, & facili analo-
giſm

giſmo ex dictis & dicendis de cujuſvis temporis & cœli convenienti Urina quippiam ſe poſſe decernere clamaret. Id ſolum rogatum velim an pro non diverſo temperamento, diſiſque in diæta erroribus credat à non paucis excerni Urinas nullo modo congruas anni tempori, regioni, &c.?

5. Reſpectu vitæ generis, & exercitiorũ corporis nemo inficiabitur Urinæ colorẽ ſubſtantiam, contentaque immutari, aucto per mediocria exercitia calore eodemq; per nimios labores diſſipato, & per otia quaſi torpeſcẽte & lãguido.

6. Reſpectu animi pathematum vehementiorum & diuturniorum, alterato calore, ſpiritibus & humoribus Urinam alterari nemo negabit, qui attentius conſiderarit quantam ea in ſpiritus & humores agitandos, incendendos, & ſopiendos vim obtineant.

7. Vigilias ſomnumq; prout moderata fuerint, vel in exceſſu, defectuque peccaverint, ad coctiones, excrementorum ſeparationes, & proinde ad Urinæ diverſitates plurimum poſſe facile mihi concedetur ab eo, qui quantum ea in naturali corporis œconomia poſſint vel perfunctorie perpenderit.

8. Quantũ valeat ad lotii colorẽ, ſubſtantiam & contenta intendenda, remittendaque cibus potus & præſertim alimenta medicamẽtoſa pro copia, utendi tempore, & modo, qualitatibus in oculos nareſq; incurrentibus ex jam dictis diſp. I. th. 5. 7. conſtat: & nemo adeo rudis eſt qui

non à cibi potuſque quantitate cruditatem
concitatam tum alibi tum in Urina obſerva-
vit, & poſt uſum croci, rubię, rhabarbari,
caſſię, alii, terebinthinę, aſparagorum Uri-
næ colorem, odoremque manifeſte à natura-
li deflexiſſe percepit. Foreſt. tract. prop. l.
c. 1. teſtatur Cereviſiam Gedanam bibentes
fundere Urinas, quales Icterici. Egregie mo-
net, ut hęc contraham, Fernel. Path. l.
c. 10. *Quod exercitatio vehemens, vigiliæ, ani-
mi excandeſcentia, inedia, calidiorum ciborum
eſus, ut inſitum calorem ita & Urinas inflam-
mant, eaſque bilis permixtione coloratiores red-
dunt, cum paucis contentis, quemadmodum
aër vel à regione, vel ab æſtate, vel ab alia qua-
cunque cauſa exæſtuans. Contra vero otium,
ſomnus multus ac profundus, inertia, crapula,
frigidorum ciborum eſus, albas, craſſas Uri-
nas, contentaque multa atque cruda proferunt,
quemadmodum & aër quavis ex cauſa frigidior.*

9. Qui igitur perpendet hæc omnia cit-
morbos, eorumve cauſas Urinas inſignit-
mutare, & à pluribus enarratis cauſis ta-
reddi Urinas, quales in non paucis viſuntur
morbis & vice verſa, qua fronte ignarus ant-
actorum audebit gloriari de dignoſcendis om-
nibus & ſingulis naturalibus præternatura-
bus, & contra Naturam corporis conſtituti-
nibus, ex ſola Urina?

10. Tertium ordinem conſtituent no-
nul-

nullæ aliæ circumſtantiæ (magnam quidem partem jam explicatæ, ſed interim hic obiter ob inſignem uſum repetendæ) reſpiciendæ illi qui Urinæ fallacias evitare ſtudet. Ut 1. Quod Urina fidem non mereatur mox à cibo potuve ſumpto excreta, ſed non niſi poſt coctionem abſolutam 7. 8. horis à paſtu, vel hora matutina, vel antemeridiana, pro hora, qualitate, & quantitate aſſumpti alimenti, non brevi poſt coitum, evacuationes alias, vigilias, crapulam, inediam, uſum medicamentorum lotia inficientium.

11. Secundo, Animadvertendum in febrilium paroxyſmorum initio aliam eſſe Urinam, aliam in fine ob materiæ expulſionem: eandemque in principio acceſſionis nunc crudiorem tenuioremque eſſe, nunc minus, prout ægri ſibi plus minus à potu, hoc vel illo parcere poſſunt. Præterquam quod nonnullos copioſa & fere cruda perirrhœa (quod natura ad vias vergat Urinarias) non raro affligere ſoleat.

12. Tertio, Non partem Urinæ excretæ eſſe conſpiciendam ſed univerſam, ne vel ſumma vel ima pars vel quippiam illi admixtum non videatur, utque eo manifeſtior ſit ejus copia: neque tamen eam debere conſtare ex variis vario tempore emictis portionibus, hac ſcilicet ante illa poſt coctionem (ac ſi copia Urinæ certiora præberet indicia) reddita, inde

inde nempe quam maxime turbatum iri judi-
cium quis non decernet?

13. Quarto, Urinam (ſive clara ſive turbi-
da ſit) non ſtatim ab excretione transfuſione,
neque priuſquam aliquamdiu ſubſederit eſſe
examinandam; eandemque eſſe tegendam &
muniendam adverſus gelu, aëris frigidi, ni-
mium fervidi, ventorumque injuriam, ne inde
de intempeſtive turbata ſententiam ferendam
turbet. Dum enim fit transfuſio, teſte Foreſto
loc. citat. ex vaſculis in matulas vitreas, con-
tenta, bullæ, hypoſtaſes transferuntur, & per-
turbantur neque ſpectari poſſunt. Hic notan-
dum alias citius, alias tardius ſubſidere pro ca-
loris externi, internique & contentorum va-
rietate, neque proinde certam, qua de omni-
bus Urinis judicandum ſit, horam poſſe con-
ſtitui.

14. Quinto, Ex Urina præ diuturna mora
vel alia occaſione corrupta, cum nihil certi pro-
nuntiari poſſit quantopere ineptiunt qui ex ea
ex variis & diſſitis regionibus allata ſententiam
expetunt, vel proferunt? Audita eſt non ſemel
commendatio Urinarum ſpectatoris de lotio
Colonia Agrippina tranſmiſſo plurimum diſ-
ſerentis & conſulentibus perſuadentis.

15. Sexto, Vas, in quo Urina conſpicienda
eſt, requiri vitreum, pellucidum, coloris ex-
pers, & ſine ſtigmatibus, nec nimium patens
nec nimium arctum. Vas item quo primum

colligitu

colligitur lotium, ut & illud quo vulgus id defert ad uromantem,! ſumendum eſſe mundum, neque acetum, oleum, aq. vitæ, cereviſiam Gedanem, ſimiliave redolens.

16. Septimo, Urinam agitatam dum defertur aut transfunditur contenta & judicium confundere, eoque magis inſanire uroſcopos allatam Urinam ſtudio agitantes quaſi ſecus de Urina minus diſtincte judicari queat, niſi forte viſcoſa tenacitas & ſubſtantia ſedimenti eâ ratione ſit diſcernenda.

17. Octavo, Locum quo Urina examinabitur, nec nimis lucidum nec nimis obſcurum eſſe debere, ne præ nimia luce color Urinæ remiſſior appareat, aut præ obſcuritate contenta tenuiora non videantur. *Cum colores maxime conſpicui ſint in loco umbratili, contenta in Sole, hunc Valleſ. c. 3. De Urinis, jubet eandem Urinam variis locis inſpicere.*

18. Nono, Non paucos liquores & nonnullorum animalium Urinas humanis non eſſe abſimiles & difficulter ab illis deſtingui, & nihilominus non raro fraudulenter ad Medicos deferri uti ex. grat. tenuem cereviſiam, hydromel, jus cicerum, piſorum, Urinas jumentorum teſte Hippocr. aph. 70. lib. 4. Quibus oblatis ne quis temere multa effutiendo ſemet ipſum artemque medicam deridendam propinet, vix evitabit.

19. Quæ,

19. Quæ circumſtantiæ cùm plerumqu
à conſilium petente vulgo reticeantur, & in
terim ſcitu ſint neceſſariæ prudenti reſponſc
ri, quis auſit omnia ex Urinarum examin
polliceri niſi imperitus vel perfrictæ front
audire velit?

Diſputationum Medicarum
De
ERRORIBUS POPULARIBU
PRIMÆ,
De Fallaci Urinarum judicio,
PARS TERTIA & ULTIMA.
THESIS I.

TErtium agmen rationum Urin fallacias detegentium conſtab ex recenſione plurimorum, ne infrequentium, nec levium mor borum vitiorumque, nullas ve nonniſi obſcuriſſimas, & innumeris aliis cor poris conſtitutionibus communes notas in Ur na exhibentium; vitiorum, inquam, non ſolu particularium, verum etiam univerſalium.

2. Ut enim ab hiſce incipiam, quæ nar ſigna demonſtrativa, non dico ſolum bubon venerei, tophorum, macularum puſtularum ve gallicarum, ſed etiam totum quaſi corpu jam occupantis ejus luis ex lotio exponet Urc

ſcopus

ſcopus? An forte ſeminis putridi portionem in ea ſubſidentem? At quot citra gonorrhæam, quot poſt eam imprudenter coërcitam hoc malum deturpat? Addo, quod ea ſanies non ſemper cum Urina fœdo hoc profluvio laborantium, ea copia effluat, ut dignoſci poſſit. An vero cruditatem culpabit, è vigiliis, animi mœrore, doloribus natam? At quot & quam variarum cauſarum illa ſoboles eſſe poſſit, ex dictis diſp. 1. theſ. 5. 7. 11. diſp. 2. theſ. 2. 3. 4. & non paucis ſequentibus liquet.

3. Scorbutus, noſtratibus familiariſſimus affectus, non ſolum in initio ante inſignem corruptionem, materia terreſtri & ſalſa in viis etiamnum hærente, profert Urinas tenues, citrinas, dein ſæpe craſſas & albas; & poſtmodum non raro intenſe rubras, ſed & tum in eodem ægro quam maxime, etiam citra cauſam evidentem mutabiles, ob variorum humorum admiſtionem, & variarum affectionum diverſimodam exacerbationem & ſolutionem; adeo ut quæ hodie craſſę, cras æqueæ & tenues, hinc rurſum citrinę ſanorum ſimiles, iterumque mox rubræ conſpiciantur, teſtibus Senn: de ſcorb. cap. 5, Matt. Martinio, Eugaleno variis locis ſui tractatus. Obj. Verum illa mutatio ab Auctoribus citatis habetur pro indice ſcorbuti. Reſp. Non ſola, ſed ſi ſimul deſint aliæ ejuſdem cauſæ, quas interim nec Urina nec conſultor aperit. Neque illa

inno-

innoteſcit niſi ſæpius ejuſdem ægri Urinas va-riis temporibus excretas examinanti, cum in-terim ex unica inſpectione ipſi ſit divinan-dum.

4. *Quæ de elephantiaſi ſigna ex Urina petun-tur, incerta ac fallacia pronunciat*, Ferne path. l. 6. cap. 19. & Jul. Palmarius de Eleph cap. 3. *Neque ſanguinem neque Urinam re quaque excrementa ulla ſigna læſorum viſceru præ ſe ferre, imo ex ſanguine extracto, ſanoru ſimili, vel non plus mutato quam in variis al affectibus ſe nihil deprehendiſſe, idemque de Uri-na cujus inſpectioni vulgus plurimum tribuit, vere pronuntiare poſſe teſtatur* Plat. pr. tr. lib. 1. cap. 4. quid adverſus hunc triumvir tum muſcitabit Urinæ ſpeculator?

5. Peſtis, divinum & illud calamitoſiſſimu malum, non paucos veneni pernicie cum pe ſundet, ante humorum incendium putred nemque tantam ut ejus in Urina conſpicu ſint notæ, adeoque ante manifeſtam ex pulſ aliiſque febrem; cumque non tantum in ta principio, verum etiam ſub finem morbi vitæ, viribus à veneno proſtratis, tenues, cl ræ, ſanorumque ſimiles excernantur frequen ter Urinæ; qua fronte & animo quis ex ill ſolis morbi hujus diagnoſin & prognoſin auſ proponere? Ita autem ſe rem habere nobiſcu que aſſerit Foreſt. lib. pecul. & lib. 6. Obſer med. 11. & 30. 31. citans Galenum 3 de pra

ſa

ſag. ex pulſ. cap. 3. & Avicennam dicentes, *in quibuſdam febribus peſtilentibus, neque ægrum neque aſtantes febrilem calorem perſentire, ægri pulſu & Urina à naturalibus parum diſtantibus.* Fernel. path. l. 4. cap. 17. *Cum febris peſtilens eſt ſimplex, Urinæ*, ait, *nec crudæ nec turbidæ, ut æger ſine ſenſu doloris nec ſe febricitare putans, viribus extinctis inopinato decedat. Sæpe*, inquit, Jul. Palmar. de feb. peſt. l. cap. 8. *Urinæ nec turbidæ nec confuſæ ſpectantur ſed ſubſtantia colore ſedimentoque laudabiles.*

VI. Tantundem de hydrophobia dici poſſe libenter nobis largietur qui ex uſu vel teſtibus fide dignis didicit virus hoc multas ſeptimanas, menſes, nec dicamus annos; in demorſis ferri citra ullum corporis incommodum, ullam humorum & Urinæ mutationem; hancque adeo levem & brevem eſſe in ipſo paroxyſmo, ut antequam ſe prodat in pulſu & Urina ægri pereant. Tantundem de non paucis aliis malignis morbis, dici poſſe, nemo ſanæ mentis negabit. An non igitur hic iterum cogitur ἐπέχειν ſolius Urinæ inſpector?

VII. His ut ſubjungamus particularium affectuum Urinas infidas, & primum internorum, quis Oedipus, Epilepſiam, Apoplexiam paralyſim, vertiginem, mentis alienationes varias, Melancholiam, Maniam, Convulſiones, variaq; motus & ſenſuum interiorum exteriorumve ſymptomata, ex ſolo lotio hariolabitur?

VIII. Quis adeo perfrictæ ſit frontis, ut fau-
cium exulcerationum παρίσθμια Anginam
ſpuriam (adde & veram, in qua forte febrem
agnoſcet, ſed non diſtincte utrum ea ſit ſoli-
taria an vero comitata, ne dum cujus partis in-
flammatione) linguæ (quo ad guſtum ſermo-
nemve) uvulæ, palati, dentium vitia, ſe ex uni-
ca Urina haurire poſſe affirmet?

IX. Quem non pudeat aſſerere, ſe Aſthma &
reliquas diſpnææ ſpecies, tuſſim, catharrum,
λειποθυμίαν, cordis palpitationem, ex cæte-
ſanorum Urina percipere? aut pulmonum,
diaphragmatis, Cordis (ſuperficiaria puta, pro-
fundiora quippe enecant priuſquam ex Urina
quippiam judicari poſſit) vulnera, Peripneu-
moniam. Pleuritidem, ſanguinis ſputum co-
gnoſcere, & à plerorumque aliorum viſcerum
inflammationibus & vulneribus diſcernere?

X. Neque credo quiſquam audebit ſibi arro-
gare cognitionem ἀνορεξίας, ἀποσιτίας, cibo-
rum certorum faſtidii, caninæ Appetentiæ,
Picæ, δυσπεψίας, ſingultus, vomitus, Choleræ,
doloris ſtomachici, Colici, Alvi diverſorum
fluxuum, Lumbricorum, Meſenterii, Pan-
creatis, Omenti, tumorum obſtructionum,
ſolius Urinæ examine.

XI. Quæ quæſo & quam diſtincta prom-
Urina indicia imbecillioris, Obſtructi, ſcirrho-
ſi hepatis & lienis? conſpecta fuit Urina lau-
lis (ſauciato ſatis pofunde imo lethaliter hepa-

etia-

etiam paucis ante obitum diebus. Hydropicorum Urinæ ſępe albæ, tenues, copioſæ, ſæpius rubræ parcæ. Menſtruorum retentio, ſtillicidium, profluvium, Mola, Conceptus, hyſterica paſſio, uteri prolapſus, nihil certi in Urina oſtendit.

XII. Renum ureterum, veſicæ, ejuſque colli affectus omnium quidem evidentiſſime colliguntur, ſed non niſi ab inſtructo & certo nihil foris interveniſſe, vel intus geſtum eſſe, quod illam & ex ea proferendam ſententiam perturbare potuerit. Icterum pariter, ſi quem affectum, certo indicant Urinæ, ſed non adeo certo quin etiam ſimiles fundantur ab aſſumpto croco, cereviſia Gedana, ut & à quibuſdam cauſis internis. Atqui hęc omnia ſæpe ignota ſunt conſilium petenti, ſæpe cognita licet ſtudioſe diſſimulantur, ſæpe ab Uroſcopo (ne quippiam ſcilicet eum fugere videatur) non inquiruntur. Et proinde non mirum eſt ſi multa temere effutiendo ſuam vel ignorantiam vel malam fidem prodat.

XIII. In Externis vitiis multo minus ſtandum eſſe Urinæ docent Arthritides, vagique alibi ex defluxione moleſti dolores, vel nihil vel minimum certe vel quod non ipſis commune ſit cum infinitis aliis diſpoſitionibus Urinam alterantes, niſi ex humoris efferveſcentia ortę comitentur febres, nihilo ex hac Urina quam alię ſolitarię manifeſtiores.

XIV. Parotides, ſtrumę, varię ſcabiei ſpecies, mamillarum cancri, bubones, hernia, hęmorrhoides, innumera ulcera, vulnera, gangrænæ, diſlocationes artuum, fracturę, quas ſui firmas exhibent in Urinis notas aut in ęgris aut in cętera bene habentibus? Adſit, eſto, cacochymia adſit febris & ob eas lotium à ſanorum deflectat; quid tamen inde veri de hujus illiuſve partis externę, hoc illove malo ſtatuet infelix οὐρομάντης, omnia hæc (& quę non?) in ſe recipiens & tibi ſi velis ignarum vulgus perſuaſurus?

XV. Detecta hactenus Urinarum incertitudine, addendum ſupereſt quid & quantum illis ſit tribuendum. Neque enim omne earum examen rejicimus quin imo in non paucis vitiis utile & neceſſarium æſtimamus; Imprimis in febribus & venarum arteriarumque ut & viſcerum quæ frequentiora & inſigniora perreptant vaſa, & partium viarumque Urinæ tranſcolandæ & excernendæ dicatarum affectibus. Dum enim hæc loca permeat Urina, pravam ab iis prave diſpoſitis alterationem ſubit, quoad colorem, ſubſtantiam, & contenta, æſtus nimirum fit particeps, & frigidæ intemperiei, nec minus ſordium ibidem genitarum, vel per ea loca expurgari ſolitarum, nonnunquam & particularum abſcedentium; ſed ſummopere cavendum, ne, ſine prævia cognitione aliarum rerum naturalium, præternaturalium, & contra naturam, quippiam diagnoſticon, prognoſti-

gnoſticon aut therapeuticon decernatur, tum ob rationes jam ſæpius expoſitas, tum quod unaquæque pars ſua habeat excrementa, in cujuſvis partis morbo in ſpecie perpendenda, uti bene monuit Galen. de criſib. cap. 7. *In iis qui laterali morbo laborant, primo quidem ſputa, ſecundo (quia Febris adeſt) Urinam eſſe explorandam; ſic in ventris morbis, ſi ſine febri ſint ſolas dejectiones eſſe inſpiciendas, ſi adſit febris, etiam Urinas.*

XVI. Neque etiam omnino inutilem pronuntiamus Urinæ conſiderationem in pleriſque aliis internis externiſque affectionibus, ut (licet non ipſum malum) καχεξία febris aliave corporis innoteſcat ſcitu neceſſaria diatheſis, non raro cauſę antecedentis, ſine qua non, ſymtomatiſve comitantis, aut ſubſequentis naturam redolens; quod adhæc medico ſæpe non minus quam ad vitium, de quo æger unice conqueritur, ſit reſpiciendum.

XVII. Ut igitur ſervetur uſus abuſuſque tollatur, lotii in neutra & ęgra corporis diſpoſitione, examen concedendum putamus: ſed cui? medico artis veræ fundamenta docto, & ex ægri adſtantiumve relatu, omnium ante actorum, & pręſentium prius ſatis gnaro? Aut ſi ob juſtas cauſas præſens interrogari nequeat ęger, expoſitis antea exacte & fideliter omnibus quę medicum noſſe non tam ejus quam decumbentis intereſt. Citra has cautelas quotquot

jactitant ſe omnes morbos eorumque cauſas ex ſola Urina dignoſcere poſſe, & quotquot ad præſcribenda remedia tranſilire audent, omnes hoſce imperitiæ vel impudentię ſummæ accuſamus; & proinde triobolare iſtud aucupium, καλὸν πῆμα, utpote cum ægrorum pernicie & nobiliſſimæ artis dedecore conjunctum, ſi non è Republica bene conſtituta ſaltem ex ædibus medicorum exterminandum cenſemus. *Incertam*, inquit Fernel. path.lib.4 cap. 18, *et plerumque dubiam mercedem referet qui periclitatione medicos tanquam vates augurari cogit. Conſultor vero prudens & fidelis ſani conſilii fructum percipiet.*

ARISTOTELIS STAGIRITÆ *DE* COLORIBUS LIBER,

COELIO CALCAGNINO INTERPRETE,

quem ut plurimum ad URINARUM Differentias intelligendas, STUDIOSIS PROFUTURUM, huic operi adjungendum putavimus.

Cui ſubjicitur

ANTONII THYLESII COSENTINI,

De

COLORIBUS LIBELLUS.

COELIVS CALCAGNINUS
Lectori S.

QUam operoſum ſit de coloribus agere, & quam ſinuo
ſa ſit ea materia quæ colores pertractat, nemo præ
fecto intelligit, niſi qui ſe privatim in illa exercuerit
Tanta enim eſt colorum multitudo, tam multiplex coag
mentatio, tam lubrici tranſitus, ut non aliunde Arceſila
commodius ſuam illam ἀκαταληψίαν probaverit. Cice
varietatem proprie in colorib. naſci, hinc in alienum m
grare exiſtimavit. Certe non alibi natura copioſius a
majore laſcivia opes ſuas commendavit. Metalla, gem
mas, marmora, flores, aſtra, omnia denique quæ prog
nuit, ſuis etiam colorib. diſtinxit. ut venia debeatur,
quis in tam numeroſa rerum ſilva caligaverit. Ver
Marcell. ſolas colorum nuncupationes ex floribus pollicitu
quum rem cominus fuiſſet aggreſſus, cognovit multo e
facilius rem tam operoſam polliceri, quam præſtare. Di
ficultate itaque victus, in cauſa amplius pronunciavi
Quare præclara omnia ingenia hortamur, ut aſſidue
tam eximia naturæ ſpectatione verſentur. Quo enim r
eſt difficilior, hoc erit glorioſius rei difficultatem pervici
Quod vero ad hunc libellum pertinet, eum arbitramu
ex duobus, quos Ariſt. ſcripſiſſe teſtatur Laërtius, in unu
coaluiſſe. Sane phraſis & obſcuritas, quaſi ſepiæ attrame
tum, multis locis aſperſum, non multum abeſt a vernacu
Ariſt. conſuetudine: id quod forte mihi videri potuit, q
veluti in procinctu hanc operam tranſegi, unius tantu
exemplaris præſidio adjutus: ut gratiam ultro ſim hab
turus, ſi quis in hanc caliginem, quam vel culpa ingeni
vel neceſſitate coactus parum exterſi, faces aliquando i
vexerit. Bene vale.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ DE COLORIBUS LIBER, COELIO CALCAGNINO INTERPRETE.

Ex coloribus hi ſimplices ſunt, quicunque elementorum naturam conſequuntur, ignis puta, aëris, aquæ, terræ. Nam aër & aqua ſuopte ingenio alba ſunt: ignis contra & ſol flavo colore cenſentur: terra rurſus natura ſua alba eſt, intinctionis autem cauſa ſeſe multicolorem oſtendit. Id confeſſum facit cinis. Aduſto enim humido tincturæ opifice, albus redditur cinis, ſed non plane albus, quod fumo ſcilicet intingatur, qui niger exiſtit, ob id & lixivium flavum efficitur, eo ſcilicet quod flammeum eſt & nigrum, in æquam colorem invehente. Atqui niger color conſequitur elementa, quoties invicem commutantur. Reliqui autem, medii ſcilicet colores, ex iis facile intelligi poſſunt, reciproca admixtione ſuperveniente. Lucis autem deliquio fit obſcuritas. Tribus præterea modis niger color nobis occurrit, vel quum plane quod videtur, ſua natura nigrum eſt, vel quum ab iis quæ viſilia

ſunt, nulla omnino lux ad viſum deferturr quod enim non videtur, quum locus ambiem videatur, ſpeciem præbet nigri. Occurrum & alia omnia hujuſmodi nigra, à quibus & rara & exigua lux reſilit: ob id & nigræ appa rent umbræ. Eodem modo aqua nigreſcit, ex aſperata & fluctibus percita, quum ſcilicet ma re inhorruerit: laceſſita enim & incitata ſuperfi ciei, paucis in eam radiis incidentibus, luce jam divulſa ac diſſipata, umbroſum ipſum nigrum ſe offert. Nubes etiam quum egregie denſa eſſ eadem ratione nigra exiſtimatur, ob hæc & cum iis aqua & aër, non penetrante omnin luce, nigræ itidem videntur, quum profundi tatem habeant, ob id quod rari admodum re plodantur radii: ſiquidem lucem, quæ in ipſi eſt, intercurrentes particulæ, omnes nigræ vi dentur, obſcuritatis gratia. Quod autem obſcu ritas non ſit color, ſed lucis privatio, haud fa difficile eſt ex aliis multis cognoſcére, tum e eo præcipue, quod non eſt intelligi, quanta a quali forma obſcuritas ſub ſenſum cadat, ceu ſo lent reliqua viſibilia. Quod autem lux ignis co lor ſit, ex hoc perſuaſum eſſe poteſt, quod nu lus alius prȩter hunc ignis color invenitur: & o id ſolus hic per ſe viſibilis exiſtit, cum cætera vi ſibilia evadunt hujus benificio. Illud vero di gnum animadverſione, nonnulla eſſe ab ign diverſa, quæque ignis naturam non habeant, ea tamen lucem reddere. Etſi igitur ignis col

lu

lux ſit non tamen ignis ſolius color eſt. Nulli quippe alteri poſſumus ignis aſpectum ferre acceptum, niſi luci: ſicuti & omnium aliorum corporum, qua corporum imaginem præ ſe ferunt. Tunc vero nigrum colorem effici uſui venit, quum aër & aqua igne aduſta ſunt: propter quod & omnia aduſta nigreſcunt: ſicut ligna & carbones extincto jam igne. Eadem modo nigreſcit fumus exhalans e laterculo fictili, quum inſitum laterculo humidum ſecernitur, & aduritur. Eadem ratio reddit fumum qui à pinguibus adipoſiſque provenit, nigerrimum, oleo puta, pice, tæda: quod hæc maxime adurantur, continuaſque partes faciant. Nigra quoque illa fiunt, per quæ aqua effluit, quum primo irrigatis ac perplutis humidum exiccatur: quod in tectoriis parietum eſt animadverti. Pari pacto & aquatici lapides muſco contecti primum, mox areſcentes atrum colorem contrahunt. Ex coloribus igitur tot ſunt ac tales, qui ſimplices vocantur. At reliqui ex horum fiunt temperamento, prout major minorve fuerit admixtio. Atque ita multas variaſque reddunt colorum ſpecies, ſecundum plus & minus, id eſt, prout intenſiores remiſſioreſve fuerint admixtiones, quale eſt puniceum & purpureum. Dicti autem temperamenti exemplum ſit album & nigrum, quæ commixta imaginem præbent medii illius quod φαῖον, Græci, nos pullum

ſive

ſive fuſcum appellare poſſumus. Proinde & ni-
grum & umbroſum luci permixtum, puni-
ceum oſtendit. Si enim nigrum ei admiſceatur
quę à ſole vel ab igne emanat luci, puniceu
ſemper reddi intuemur, & nigra omnia ſimu
lac incenſa ſunt, in puniceum abeunt colorem
Nam & fumidæ flammę & carbones donec
cenſi ſunt, puniceum colorem habent. At pu
pureum illud floridum atque illuſtre evadit;,
id mediocri albo umbroſoque, tenues & jam
fracti ſolis radii contemperent. Proinde in ort
va & occidua parte, aër purpureum colore
induit, tunc quum ſol vel occidit, vel emerg
quod eo tempore infirmi admodum atque im
becilles radii, obſcurum aërem percellant. Qu
& mare purpureum ſeſe offert, quum ſubla
fluctus ſecundum impulſum inclinationemq
maris inumbrantur, infirmi enim ſolis radii
maris ſubſidentiam conjecti, purpureum co
lorem oculis objiciunt. Idem hoc evenire
avium pennis animadvertitur, extenſæ eni
atque explicatę certo modo ad lucem, purpu
reum colorem reddunt, quod ſi minor lux a
fulſerit, in ζοφερόν, id eſt, obſcurum abi
quem & Græci ὄρφνινον, id eſt, opacum appe
lant, quod ſi liberaliter nigro primæ notæ co
ditum fuerit, puniceum evadit. quod ſi flor
dum & coruſcans fuerit, in flammeum tran
mutatur. Nam quod dicimus, ſecundum mu
tuum temperamentum, colorum diverſitate
effi

effici, ita accipiendum eſt, ceu ſi dicamus, ex ſubjecto & aſpectui noſtro propoſito colore, mixtionem fieri, nec tamen ob id parem omnium gerationem fieri putandum eſt. eſt enim proprium colorum munus,non ſimpliciter,ſed ad aliquam mixtorum rationem habere.habent ſiquidem ad quempiam commixtorum reſpectum,quemadmodum ſimplicia,quatenus ſimplicia ſunt, invicem atque inter ſe reſpectum habent.Neque enim clarum & perſpectum eſt, eodem in omnibus utendum eſſe apparatu. quum enim de purpurei vel punicei temperamento verba facimus, neceſſe eſt ex iis permixtis & diverſum colorem facientibus,perſimilem generationem enarrare,nec tamen eandem ſpeciem & apparentiam tribuere.quapropter aſſumendum ac proſpiciendum eſt temperamentum ex eo qui præceſſit apparatu, ſicuti quum color οἰνωπὸς, id eſt, vinoſus efficitur, ſi ſplendor aëreus puro ac minime diluto nigro eodemque coruſcanti contemperetur,quales botryorum acini,quorum plane color œnopus,id eſt, vinoſus agnoſcitur, quum matureſcunt. Nam deinde nigreſcentes puniceum habent, quem poſtmodum in purpureum commutant. Dignum autem eſt obſervatione, omnes colorum differentias ad eum modum fieri, quem ſubſcripſimus,ex motu enim & tranſitu coloris in colorem dum commiſcentur,differentię variantur, & ſimilitudinem accipiunt ſecundum id

id quod ſe offert aſpectui: atque ita in unoq
que commixtionem exæquant, ex mu
unum colorum concentum reddentes, ita
nullus cernatur, cernantur tamen omnes,
partes confuſas ac permixtas. ex qua quid
concretione & contemperatione, una ſpec
unuſque proſpectus evadit: qui colorum m
titudini in unam imaginem coaleſcenti, fid
facit. Oportet autem hæc omnia in diſqui
tionem vocare, non ut pictores vocant, ll
colores ſimul atterentes, ſed ex iis quæ di
ſunt, rationem habentes refractorum rad
rum, qui ad invicem jaciuntur & collimant,
enim quiſpiam poſſit ex præſcripto naturæ c
lorum temperamenta ſpectare. Ad veritate
autem certaſque ſimilitudines depræhende
das, oportet habere cognitas ac perſpectas pr
creationes & colorum ipſorum natales. atq
horum cauſam optimatem dicimus lucem
lis, lucem ignis, aërem præterea & aqua
Nam hæc plus aut minus contemperata, o
nes, ut ita dicam, colores perficiunt. Eadem i
dagine & aliorum colorum, qui radiis perm
ſcentur, imaginem & ſimilitudinem explor
oportet: quandoquidem & carbones & fum
& ærugo & ſulphur & pennæ avium contem
peratæ, hæ quidem cum radiis ſolis, hę ve
cum ſplendore ignis, multas ac varias faciu
colorum commutationes. Sunt & quæ à conc
ctione ac maturitate conſideranda ſunt: qua

qu

quæ fiunt in plantis, in fructibus, in capillis & pennis avium, & cæteris aliis hujuſmodi. At illud neminem latere debet, multiformem & infinitam illam colorum multitudinem, quot modis fieri contingat. Ejus rei hanc cauſam obſervavimus, quod à luce & umbris, inæquales & ſine ratione confiant temperaturæ. Nam lux & umbræ, ſecundum plus & minus, varias invehunt differentias, ut primo ſecundum ſeipſas, mox admixtæ coloribus, colorum commutationes efficiant, vel in eo quod commixta, & multitudine & facultatibus differunt, vel quod non habeant eaſdem rationes, proportioneſque, ſiquidem & ipſum purpureum ſecundum ſeipſum multas habet differentias, ſic & puniceum & album, & aliorum unumquodque, item ſecundum majus & minus, item ſecundum mutuam inter ſe admixtionem eorumque ſynceritatem. Facit præterea differentiam prout luminoſum ac nitidum mixtum ipſum fuerit: aut ex contrario ſqualidum ac ſine lumine. Nihil enim eſt aliud τὸ ϛίλβον, id eſt, nitidum ac refulgens, niſi luminis quædam collectio & denſitas. Species vero auri emergit, quum xanthum, id eſt, flavum & ſolare bene condenſatum eniteſcit. ob id colla columbarum & pluviarum ſtillæ, colore viſuntur aureo, tunc quum lux repercutitur. Sunt etiam quædam, quę levigata attritu & arcana quadam facultate, alios atque alios induunt

induunt colores, ſicut argentum perfrictum, aurum & æs & ferrum. Quædam etiam lapidum genera, differentes faciunt colores, ceu qui nigri exiſtentes, albas inducunt lineas. Ejus rei cauſa eſt, quod iſtorum omnium conſtitutio ab ipſis incunabulis ex parvis adeo, denſiſque ac nigris conſtat particulis. ab ipſa autem quę fit dum primum generantur tinctura, contingit aliam coloris ſpeciem admittere. Hic autem color ab his attritus ac deciduus, non amplius auream ſpeciem aut æream aut omnino alium quempiam habet colorem, ſed plane niger eſt, quod pori ac meatus illic perrumpantur ac ſcindantur inter perfricandum, dum atteruntur, per quos tinctura penetravit. Contingit & hanc ipſam diverſitatem colorum natura fieri, primogenio enim colore nondum nobis cognito, quum tinctura in attritu convellatur ac diſſipetur, evenit ut ipſum qui ipſi ineſt, colorem perſpiciamus. Quapropter & omnia ſe offerunt nigra, dum perfricantur prout horum quodlibet æquabile eſt ac lævigatum, ſicut in lapide qui βάσαν© à Græcis à noſtris coticula dicitur, qui inſitum in ipſo colorem, nigrum videlicet, abjicit, aſſumit autem rurſus ingenitum ab ipſa uſque origine colorem perſpicuum illud quod in tinctura eſt, ex contractu & continuatione. Cæterum & quæ igni aduruntur, aut diſſolvuntur, aut liquefiunt, plures mutuantur colores quorum

fumu

ſumus tenuis & aëreus, horum & colores umbroſi; ſicut quum fumus exhalat à ſulphure & æruginoſis æramentis, & ab iis quęcunque denſa ſunt & lævigata, ut argentum. at in cæteris, quæcunque illa ſunt quæ umbroſos colores habent, eadem lævorem participant, ſicuti aqua, nebula, & avium pennæ, quippe hæc propter fulgures radioſve illabentes, & lævorem, aliter alias contemperatos, differentes colores invehunt, ſicuti & obſcuritas varios colores inferre ſolet. at nos nullum colorem purum ſpectamus, qualis plane eſt, ſed omnes permixtos atque aliis confuſos. Nam etſi nulli aliorum colorum miſcentur, fulgoribus lucis & umbris tamen confunduntur, & à ſe diverſa, neque prorſus qualia ſunt, apparent. ob id quæ in umbra ſpectantur, quæque in luce, quæque in ſole, quæque in intenſo aut molli fulgore & ſecundum varias inclinationes hoc aut illo modo ſe habentia, ſecundum alias differentias, diverſa apparent. Fulgores etiam qui ab igne, luna, lychniiſque proveniunt, quod hæc illave lux in unoquoque variet, diverſos colores imprimunt. Adde etiam, quum varia ad invicem facta eſt colorum permixtio, ob mutuum illum inter ſe reſpectum atque reſponſum, vario modo colorãtur. Lux enim quando illapſa, ex nonnullis colorem mutuatur, & nunc punicei, nũnc herbacei fit coloris, & quum temperamentum in alium quempiam colorem incidit, & ab eo

rurſus contemperatur, aliam quoque quam-
piam coloris moderationem permixtionem-
que admittit. Et dum hoc patitur, continu-
quidem id patitur, ſed ita, ut ſenſum fugiat: in-
terdum etiam ad ſenſus uſque pervenit, tum
ſcilicet, quum ex multis coloribus confuſ
unus aliquis longe alios exuperans, ſenſum ip-
ſum facit & conciet. Quare & per aquam n
aquea ſpecie plurimum apparent, & qu
in ſpeculis ſimiles habentia colores, colon
ſpeculorum apparent: id quod & circa a
rem putandum eſt evenire. Ex tribus itaq
mixtos colores omnes conſtare certum eſt: e
luce primum, & ex iis per quæ lux apparet, c
ex aqua & aëre: tertio ex ſubjectis coloribus,
quibus lucem reflecti ac repercuti conting
Atqui album & diaphanes, quod nos perſp
cuum dicimus, quoties quidem rarum eſt, c
lore maxime aëreo ſe oſtendit. Quod ſi in iis e
quæ denſa ſunt, in omnibus iis quædam occu
rit obſcuritas ceu caligo, ſicuti in aqua & vitr
aëre etiam, quum denſior eſt: radiis enim
denſitatem & craſſitudinem undequaque d
ficientibus, non poſſumus quæ in ipſis peniti
ra ſunt perſpicere. Aër quidem prope inſp
ctus, nullum videtur colorem habere, na
propter raritatem à fulgore pervincitur, ab
diviſus ac ſecretus. Eſt enim fulgor denſior,
per aërem perſpicuus: qui in profundo perſp
ctus, ex proximo colore videtur cyaneo, ra
ta

tatis gratia. qua enim parte lux deficit, eadem aër caligine disjunctus, coloris cyanei repræſentatur. denſatus autem in morem aquæ, albiſſimum omnium colorem contrahit. omnia vero quæ intinguntur, ab iis quę intingunt, colorem mutuantur, Multa autem floribus, multa terra naſcentibus, multa radicibus intinguntur, quin & corticibus, lignis & foliis & ſeminibus, multa etiam terra, multa ſpuma, multa & ſutorio atramento, quam Gręci melanteriam vocant, nonnulla etiam quæ animalium liquore intinguntur, ſicuti purpureus color purpura, quæ inter murices cenſetur. His adde, quædam vino, quædam fumo, quædam calce, quædam mari colorem trahere, ceu marinorum capillamenta. hæc enim omnia mari rufeſcunt, & in univerſum omnia quęcunque proprios ac vernaculos colores habent. ſemper enim quum hi omnes colores vi humidi & calidi ſimul coëunt in eorum quæ intinguntur meatus, exareſcentes deinde ab illis colores aſſumunt ob id ſæpe colores florum eluuntur, ex poris ſeu meatibus effluentes. Multas etiam faciunt ipſę conſtipationes in intinctione differentias, multas etiam commixtiones & affectus intinctorum, quæ πάθει dicuntur, ſicuti & de craſi, id eſt, contemperatione, ſuperius dictum eſt. Imbuuntur etiam quædam nigro colore vellera, neque tamen ſimiliter colore hoc niteſcunt. cauſa eſt, quod vellerum meatus,

 ingre-

ingredientibus colorum meatibus intinguntt
pilorum autem intervalla tincturam nullam
cipiant. At quæ alba ſunt, atque invicem co
ribus obnoxia, omnia ſplendidiores flores vi
ri faciunt, ex adverſo autem nigra, umbrco
& obſcuros videri faciunt. ob id color ille
ὄρφνιος dicitur, ex nigris magis quam albis eff
reſcit, ſic enim purior & magis eximius app
ret flos ipſis permixtus, quod fit ob ipſius
gri fulgorem. ſecundum enim hoc idem in
jectum meatuum intervallum, ob exiguita
& tenuitatem non videtur, ſicuti neque ſt
num æri admixtum, neque aliorum huju
modi aliud quicquam. Colores vero cor
quę intinguntur, tranſmutantur ob eas c
diximus cauſas. Quod autem capilli & pen
& flores & fructus & plantæ omnes una c
maturitate varias induunt mutationes, ex m
tis perſpicuum eſt. Sunt & nonnulla ſing
plantarum, colorum principia, & qualia
ſint, & ex qualibus mutationes ſuſcipiant
quas ob cauſas talia patiantur, & ſi quas
dubitationes contingat illa conſequi, de
omnibus ex ea quam inſtituimus indagine c
ſiderandum eſt nobis. In omnibus autem p
tis principium colorum eſt qui herbaceus
tur. Nam germina & folia & fructus vel ſ
na, gignuntur in ipſis auſpiciis herbacea
quod etiam animadverti poteſt ex aquis c
pluentibus: ubi enim pluſculum temp

con

conſiſtit aqua,rurſus exareſcens,colore fit herbaceo. Ratione autem evenit, & hunc primum in omnibus ex terra naſcentibus colorem conſiſtere, ſiquidem omnes aquę vetuſteſcentes, à principio ſane virides fiunt, ſolis radiis admixtæ, mox autem nigreſcunt, rurſus viridi permixtæ, coloris fiunt herbacei.Nam humidum, ut præfati ſumus, ſponte naturæ ſuæ vetuſteſcens & exareſcens, nigreſcit: ſicut in ciſternis ſeu aquarum conceptaculis tectoria, ex iis enim quæcunque ſunt ſub aqua, hæc omnia atri coloris efficiuntur, quod dum exareſcunt, humidum exhalet, & in aërem diſſipetur. quicquid autem exhauſtum ſoli exponitur,in herbaceum colorem abit, ea cauſa, quod flavum nigro permiſcetur. hoc idem, humido magis ac largius nigreſcente, herbacei fit coloris, eoque copioſius ſaturatur, & viridem colorem concipit prope ad porri exemplum. Quod etiam eſt in cauſa, ut in omnibus rami germina ætate confecta, multo nigrioris coloris viſantur, quam quæ nova ſunt & adhuc pubeſcentia. flaviores enim hi ſunt, quod nondum in ipſis humidum nigreſcat. horum enim quum ſit tardius incrementum, inſideatque diutius humiditas, quoniam humidum ipſum exhalans vehementer nigreſcit, ex eo viride fit & porracei coloris, utpote nigro eique ſyncero permixtum. at in iis omnibus in quibus humidum non permiſcetur ſolis radiis,albus color incolumis manet,niſi

 forte

ſorte humidum diuturnitate temporis, & exſ
refactione prius nigrum evaſerit, Hæc ratio eſt
cur plantarum omnium partes quæ à terra ex
tant, ab initio virides ſunt, quæ autem terræ
proximę, aut certe ſub terra, quales ſunt cau
les ſeu ſcapi & radices, albæ ſunt. ſic & ger
mina quæ terræ viciniora ſunt. Quod ſi
ambitu terra amoveatur, paſtinoque refodi
tur, omnes quidem primo ut dictum eſt
herbaceum colorem quaſi à libro cœlo fœm
rantur, tum ob humorem qui per germina
eas partes effluit, eamque coloris naturam im
primit, tum quod celeriter idem humor in fru
ctuum incrementum abſumatur. quum ve
non amplius augentur & increſcunt, ob
quod calidum jam non queat pervinci alimen
to affluente, ſed vice verſa potius ab humi
calor aſſumatur, & fructus omnes mature
tur, concocta humiditate, quę in ipſis fru
ctibus eſt, à ſolis & aëris calore ſic fructus aſſu
munt à plantis colorem, ſicuti quæ intingunt
à floribus, propter id paulatim colorantu
eorumque illi maxime qui ad ſolem ac te
porem expoſiti ſunt, quare & eorum colore
una cum tempore ac tempeſtivitate permutan
Quum enim primo ſint omnes herbacei colo
ris, ad maturitatem deinde provecti, varia
in eum qui eorum naturæ conſentaneus e
color. Nam & albi & nigri & phæi, id e
obſcuri. flavi etiam & nigricantis colori
qu

quin & umbratici efficiuntur,& propemodum omnia ſuſcipiunt colorum diſcrimina. Quoniam autem plurimi colores fiunt pluribus invicem admixtis , ita ut unus fiat ex omnibus cinnus, illud quoque liquet, in plantis opus eſſe eadem fieri temperamenta. Nam propter earum humorem perfluentem & per ſeipſas corrivatum,omnes ſuſcipiunt colorum facultates, & hoc circa fructuum maturationes. & à ſole & ab aëris calore excocto,omnes pro ingenio ſuæ naturæ conſiſtunt colores, hi quidem ocyus, illi vero tardius, velut contingit circa tincturam purpuræ , quum illam atterunt atque exprimunt, omnem ex ea humiditatem eliquant eliciuntque, quam deinde effuſam in cortinis percoquunt, & primo quidem nullus omnino certus color in tinctura perſpicitur. ejus rei cauſa eſt, quod unuſquiſque ipſorum colorum, dum humor magis ac magis excoquitur, imo vero & illi ipſi qui in cortinis permixti ſunt colores, multas paulatim ac varias ſuſcipiunt differentias,nam & nigrum & album & ὄρφνιον, id eſt,obſcurum & aërium,denique omnes reddunt, qui una excocti ſunt. Propter temperamentum ergo nondum per ſe conſtitutum, nullus ex aliis coloribus certus eſt atque perſpicuus. Atqui hoc idem quoque evenit in fructibus, in multis enim quia non omnes ſimul fiunt colorum maturitates ſeu concoctiones, ſed alii prius, alii poſterius conſiſtunt

colores, idcirco ex alio in alium mutationem fiunt, ſicut in botriis & phœnicibus, id eſt, palmulis: iſti enim aliquando primo punicei apparent. Nigro autem in ſeipſo conſiſtente, cum in colorem vini tranſmutant, ac demum fiunt cyanei ſive cœrulei, quum jam puniceus multo ac pura nigredine permiſcetur. qui enim poſterius ſuccedunt colores, quum exuperant, priſtinos colores immutant. quod in nigris fructibus precipue manifeſtum eſt: nam eorum plerique fermè, ut ſuperius diximus, ab initio quidem ex herbaceo colore immigrantes, ſenſim in puniceum tranſeunt, fiuntque rufi: ſed feſtinè rurſus tranſmigrant ex rufo & puro nigro, quod in hujuſmodi inſitum eſt. Declarant & hoc virgultes & vellera & folia: omnium enim hujuſmodi colores nigri, quod plurimus inſit in ipſis hujuſmodi color. Nam & illud quoque confeſſum eſt, quod ob id fructus nigri & utrunque colorem participant: horum enim omnium ſuccus vinoſus eſt. Colores autem qui ſunt in ipſis natalibus nigri, ſucceſſu temporis punicei fiunt, ſiquidem pavimenta quæ ſtillis ac defluctionibus ſubjecta ſunt, & omnino ubi contingit vel mediocre aquarum profluvium fieri locis præſertim opacis, omnia hęc, inquam, ex eo qui herbaceus primum fuit, in puniceum colorem tranſeunt, pavimentumque illud ita coloratur, ac ſi ſanguis recens id perfluxerit, ſecundum rationem loci, ſecundum quam her-

baceu

baceus color maturitatem concoctionemque ſuſcipiat. demum & hic idem niger admodum fit & cœruleus: quod in fructibus contingit. quod vero poſterioribus coloribus advenientibus, priores exuperantur & cedant, & color fructuum tranſmutetur, vel ex iis facile eſt cognoſcere. Nam & mali punicæ fructus, & roſarum folia, ab initio quidem alba ſunt, demum ſucco jam vetuſteſcente, ex maturitate palleſcunt, & rurſus commutant colorem in purpureum ac puniceum. & hæc quoque plures in ſeipſis colores habent, ſicut & in papavere liquor, in oleâ amurca, ſiquidem hæc primum fit alba, ceu mali punicæ fructus quum autem inalbere deſierit, rurſus in puniceum colorem tranſmigrat. denique multo nigro permixtus in cœruleum abit, ob eam cauſam & papaveris folia, hęc quidem in ſuperiori parte ſunt punicei coloris, quod in ipſis concoctio & maturitas ocyus fiat: hæc autem ab ipſis initiis nigra, hoc in eis colore jam exuperante, ſicuti & in fructu, nam poſtremo fit niger. In quibuſcunque autem plantis unus eſt & ſingularis color, albus ſcilicet vel niger, puniceus vel purpureus, horum omnium fructus permanent, eandem ſemper coloris naturam ſervantes, quum ſemel ex herbaceo in alium colorē migraverint. Atqui flores in nonnullis fructibus concolores eſſe contingit, ſicut in malo punica videmus, in qua fructus ęque ac flos, punicei coloris eſt. in nonnullis

permultum inter ſe differunt colore, ſicut in lauro atque hedera, utriuſque enim flos xanthus, id eſt flavus eſt, fructus vero niger. puniceus autem eſt & fructus mali quam μηλαῖαν vocant, hujus enim flos albus, non ſine admixtione purpuræ, at ejus fructus eſt flavus. Rurſus papaveris puniceus quidem flos eſt, at fructus hic quidem niger, ille autem albus, prout inſiti illis ſucci aliis atque aliis temporibus ad maturitatem pervenerint. quod facile ex multis cognoſci poteſt. etenim alii atque alii fructus, ut dictum eſt, multas differentias capiunt una cum maturitate, & in colore, & in odore, & in ſucco. hæc enim cauſa eſt, cur varii ac differentes odores & ſucci, & in floribus & in fructibus depræhendantur. Amplius hoc magis eluceſcit ipſis in floribus, in iis enim ipſis ejuſdem ſæpe folii pars nigra, pars punicea, quorundam etiam pars hæc alba, illa purpurea. Neque hoc minus in iride planum eſt. multam enim habet & hujus flos in ſeipſo varietatem, prout ejus etiam variæ ſunt concoctionis differentiæ, ſicut & botryorum, quum eos jam miteſcere contingit, ob id & florum omnium faſtigia plurimum concoquuntur & miteſcunt. hæc autem initio multo minus coloris habent, propemodum enim quorundam quaſi aduritur humidum, priuſquam ad juſtam & propriam concoctionem perveniat. proinde quorundam florum colores permanent, fructus autem

conc.

concocti tranſmutantur. florum enim colores propter paucitatem alimenti cito miteſcunt & maturitatem accipiunt, ac fructus ob multitudinem humoris, una cum maturitate in omnes tranſmutantur ſuæ naturæ conſentaneos colores, id quod clarum & illuſtre eſt, prout antea dictum eſt, in tinctoriis floribus, (flores nunc appello optimam atque ardentiſſimam purpurpuræ partem.) Quum enim à principio tinctores *ἁμαπίδας*, hoc eſt, ſanguinarias purpuras, ex quibus pretioſus ille liquor tingendis veſtibus natus elicitur, ſummittunt, eas orphinas, id eſt, obſcuras & nigras & aërei coloris fieri videmus, quum vero flos abunde concoctus fuerit, bene floridum illud purpureum & ſplendidum efficitur. Proinde neceſſe eſt florum colores ex æquo & colores fructuum in varios habitus ſe commutare, & hos quidem colores, qui ſecundum naturam ſunt, exuperare, hos autem deliquium pati, prout horum aut illorum perfecta aut imperfecta ſit concoctio. Vere itaque colligimus, flores fructusque differre. Cæterum multi plurimarum arborum flores poſtremo xanthi, id eſt, flavi fiunt, deficiente enim alimento, ad id perveniunt, ut exareſcant priuſquam commutent colorem in eum, qui eorum naturæ proprius & vernaculus eſt, ob id & quidam fructus defluentes ac decidui, colore xanthi, id eſt, flavi efficiuntur, ea cauſa, quod horum concoctio ac digeſtio primum

primum ab alimento deſtituatur. Eodem præterea modo ſeſe habet frumentum, & reliqua quæ ex terra producuntur, nam hæc demum flaveſcunt. Humidum enim illis innatum non ultra nigreſcens, quoniam cito exareſcit, coloris immutationem efficit: nigrum enim viridi confuſum, ut antea diximus, herbaceum evadit. Quum vero nigrum ſemper exoleſcat fiatque imbecillius, rurſus colorem paulatim tranſmutat in viride poſtremo vero flavum efficitur. Eadem ratione ἀπίου, id eſt, raphani ſylveſtris folia, & portulacæ, & aliorum quorundam ad maturitatem perducta, punicei coloris fiunt, præter nonnulla ex his quæ cito areſcunt, eademque in flavum colorem abeunt. Cujus rei cauſa eſt, quod ante concoctionem alimento deſtituuntur. Eſt igitur admodum rationi conſentaneum, plantarum & huminaſcentium, multas differentias incidere, ſed non in his tantum, nam & pili & pinnæ & coria equorum, boum, avium, & aliorum omnium animalium, modo alba, modo fuſca, modo rufa, nigra etiam aliquando, eandem ob cauſam fieri contingit. Alba quidem, quum adhuc humidum ex maturitate proprium ac domeſticum habens colorem, arefactum eſt. Nigra vero ex contrario, quando in ipſo ortu ſupervacaneus color humidus, ſicuti in aliis omnibus jam antiquatur & tempore confectus, ob humoris copiam nigreſcit. Cunctorum enim hujuſmodi & cutis

& corium

& corium nigredinem accipit. Fuſca autem & ruſa & flava, aliisque coloribus prædita, quotquot ad ariditatem perveniunt, priuſquam humidum in ipſis abſolute & ex aſſe in nigrum colorem commutetur. In quibus autem hæc præter ordinem & incondite eveniunt, eorum etiam hujuſmodi colores evariant, propterea in univerſum videmus & coria & corpora mutuis vicibus ita ſe conſequi, ut colore reſpondeant. Nam & hominum ruforum τειχώματα λευκόπυῤῥα, hoc eſt, pili albo rufi ſunt, id eſt, albo rufoque commixti, nigrorum autem nigri, & particulatim quicquid in corpore album effloreſcit, ibidem ex natura loci omnes albi pili ſuffruticant, ſicuti in animalibus quæ varia ſunt, eodem modo pili omnes, omnesque pinnæ coria conſequuntur, & hæc ſecundum partem, hæc ſecundum corpus tantum eveniunt. Sed & ad eundem modum ſeſe habent ungulæ, chelæ, roſtra, & cornua. Nam hæc omnia in nigris nigra, in albis alba ſpectantur. Cujus rei cauſa eſt, quod in his omnibus alimentum per corium in exteriorem ambitum profluit. Quod autem hæc vera & legitima cauſa ſit haud ſane difficile eſt ex multis perſpicere. ſiquidem puerorum omnium capita dum parvi ſunt, ruſa exiſtunt ab initio quod evenit ob paucitatem alimenti. Quod idem ex eo probatur, quod ob eandem cauſam imbecilles rarique ſunt capilli quinetiam breves

puerulis

puerulis omnibus ab initio gignuntur, procedente autem ætate nigreſcunt, tunc quum capilli rurſus colorem trahunt ex multitudine defluentis alimenti. Quod eodem modo contingit circa pubem & barbam quando primum incipiunt pubeſcere & barbam emittere, quarum utraque in ipſis exordiis cito rufeſcit, ob paucitatem humiditatis, quæ & in pube exareſcit, quum autem eundem in locum copioſius alimentum demanare cœperit, rurſus nigreſcunt. Sunt & pili, qui in corpore rufi plurimum temporis manent, ob inopiam alimenti, quoniam ſecundum tempus, quo augentur, & hos ſimiliter contingit nigreſcere, ſicut hoc idem evenit tam pilis pubis, quam capitis. Hoc autem ex eo liquet, quod quæcunque longiores habent pilos,ut plurimum ea parte quę corpori proxima eſt, nigriores habent, qua parte autem in faſtigium exurgunt flaveſcunt magis, quales ovium, equorum, & hominum. illa enim pilorum pars alimenti paucitatem in eam defluentis, cito exareſcit. Eodem modo & nigrarum avium pinnæ, quæ corpori viciniores ſunt, cæteris omnibus ſunt nigriores, at quæ in ſummo, flaviores. Ad eundem modum ſe habent & quæ circa collum, & omnino quæcunque parcius habent alimentum. quod hinc facile patet, quod omnia ſub perfectionis tempus, quumque jam prope abſoluta ſunt, pilos tranſmutant, & rufa efficiuntur, quoniam alimento

alimento rurſus deficiente, celeriter ſicceſcunt. denique alba prius fiunt quam humor nigreſcat, inſito in ipſis alimento jam excocto. Sed hoc maxime omnium in jumentis manifeſtum eſt, omnium enim pili albi fiunt. Nam quum partes non poſſint ex æquo alimentum attrahere, ob coloris imbecillitatem, humidum cito exareſcent fit album. eademque cauſa partes temporibus finitimæ, omnium maxime caneſcunt, & in univerſum circa loca infirma & laborantia hoc evenit. Præterea & circa hæc loca in primis in hunc colorem fit mutatio, quum propriam naturam immutaverint. Nam & lepus jam factus eſt candidus, aliquando etiam niger viſus eſt, & cervus & urſus, & cum iſtis æque coturnix & perdix & hirundo. quando enim à primis natalibus hujuſmodi infirma gignuntur, ob inopiam alimenti intempeſtive ac præpropere matureſcentia, alba fiunt. Sic & pueri quidam protinus capita habent albicantia, & cilia & ſupercilia, quod cæteris appetente ſenio contingit, idque indubitato propter infirmitatem paucitatemque alimenti. hoc enim, hoc illud eſt, quod caniciem invehit. Proinde animalia alba pleraque omnia infirmiora ſunt quam nigra. Nam hęc antequam abſolutum incrementum capeſſant, propter parcitatem tenuitatemque alimenti jam matura, alba efficiuntur, eo more quo ſolent fructus, quotquot laborare & ægrotare contigerit. hi enim

multum

multum ante tempus ob imbecillitatem matu-
reſcunt. Quęcunque autem fiunt alba, multum
à cęteris differũt, ſicut equi & canes. hujuſmodi
autem omnia tranſmutant eum qui ſecundum
naturam eſt colorem, in album. quod non aliunde quam ab inopia alimenti provenit. humidum enim in hujuſmodi non vetuſteſcens, ſed
abſumptum ab augmento, atrum efficitur. plurima enim ſunt ex iis & humida & infrugifera
ratione boni nutrimenti, ob id non commutant pilos in colorem album. quod ex eo perſpectum eſt, quoniam nigra antequam caneſcant, rufa evadunt, alimento in illis deficiente
& plus nimio jam excocto, quæ demum poſtea
exalbeſcunt. Sed enim nonnulli ſuſpicantur nigra omnia fieri, ea cauſa, quod eorum alimentum à calido aduratur, ſicuti ſanguinem, &
aliorum unumquodque, qua in re falluntur.
Quædam enim animalia protinus & ab ipſis
uſque incunabulis nigra naſcuntur, ſicut canes,
capellæ, boves, & in univerſum omnia, quorum pili & coria à primis uſque initiis alimentum habent. Procedente autem ætate, minus
nigrum colorem defendunt. Quod non ſic decebat, ſiquidem omnium tales eſſe pilos in ipſo
ætatis vigore par fuit, tunc quum in ipſis etiam
plurimum calor viget: atque ita omnia potius
à principio caneſcere. Multo enim imbecillior
ab initio omnium calor eſt, quam eo tempore,
quo eorum pili incipiunt inalbeſcere. Perſpi-
cuum

cuum & hoc eſt in iis quæ alba ſunt:ex iis enim quædam protinus ſunt colore candidiſſimo, quæcunque ſcilicet eorum plurimum habent a principio alimentum, neque inſitus illis humor ante tempus exareſcit: quæ progreſſu deinde ætatis ξανθὰ, id eſt, flava evadunt, parciore ſcilicet alimento poſtmodum in iis defluente. Quæ autem in ipſis quidem crepundiis flava fiunt, poſtquam ad ætatis ſummum vigorem pervenerunt, candidiſſima: ſicut & avium colores rurſus tranſmutentur, alimento in ipſis deficiente. Et id ſane patet: omnia enim hęc circa collum etiam flaveſcunt, & omnino omnia quę in ipſis rareſcunt, alimento in ipſis deficiente. Sed & hoc quoque planum eſt: ſicut enim rufum in album commutatur, & nigrum rurſus in rufum, eodem pacto & album in flavum. Contingit autem & hoc in plantis: nonnullę enim ex poſteriore concoctione iterum recurrunt in priorem: & hoc pręcipue in malo punica compertum eſt, & hoc ipſum ab initio: acini enim fiunt punicei: item & folia, ob paucitatem concocti alimenti: poſterius autem rurſus in herbaceum colorem tranſmutantur, multo alimento defluente, quum concoctio non poteſt eodem modo pervincere: poſtremo, alimento jam concocto, rurſus fit color puniceus. Ut autem in univerſum dicamus & de aliorum pilis & pennis omnia commutationes accipiunt: hęc quidem (ut dictum eſt) alimento in ipſis deficiente, hæc

autem ex adverſo redundante propter quod : a-
lia aliis temporibus ętatis candidiſſimos aut ni-
gerrimos habent pilos : ſiquidem & corvorum
pennę poſtremo in colorē flavum tranſmutan-
tur , quum ſcilicet ab alimento deſtituuntur.
Ex pilis autem nullus neque puniceum, neque
purpureum, neque praſinum ſeu viridem , ne-
que omnino alium hujuſmodi colorem habent,
quoniam omnes hujuſmodi colores fiunt, ad-
mixto ipſis ſolis ſplendore. Pilis autem etiam-
num humidis, in carnis colore mutationes con-
tingunt , & ipſi nullam admixtionem capiunt:
id autem manifeſtum eſt , ex pennis enim quæ
generantur à principio nulla eo modo fit, qua
pili fiunt. Sed avium quæcunque variæ ſunt,
omnes (ut ita dicam) nigræ ſpectantur : ſicut
pavo & columba & hirundo : poſterius autem
tales omnes varietates aſſumunt , quum ipſo-
rum concoctio jam extra corpus fit , tum in
pennis, tum in vaginis : quare evenit , ſicut in
ipſis plantis, horum ſcilicet concoctionem ex-
tra corpus fieri : ſiquidem & reliqua anima-
lium , tam aquatilia quam reptilia , conchy-
etiam , omnifarias capiunt colorum formas
tunc quum multa in ipſis fit concoctio. Et
iis quidem quæ dicta ſunt, poſſit quiſpiam co-
lorum ſpeculationem agnoſcere.

Ariſt. Stagiritæ de colorib. libri. Finis.

AN

ANTONII THYLESII COSENTINI DE COLORIBUS LIBELLUS.

Dicam aliquid de Coloribus in hoc libello: non quidem unde conficiantur, aut quæ ſit eorum natura: neque enim Pictoribus hæc traduntur, aut Philoſophis, ſed tantum Philologis, qui Latini ſermonis elegantiam ſtudioſe inquirunt. Scribam omnia breviter & accurate: ac rerum ipſarum nomina, quo ſtatim colores intelligantur, ſingulis apponam.

Cœruleus, *Cap.* I.

EXordiar primum à cœruleo: quo niſi natura ipſa maxime gauderet, nunquam profecto deorum hoc domicilium, Continuo circum complexu cuncta coërcens, ſpecie tam læta univerſum exhilaraſſet: reliquos deinde contexam. Cœruleus igitur dictus quaſi Cœluleus, ut ex voce ipſa apparet, proprie color eſt cœli, ſed ſereni: id quod Ennius reſpiciens, cœli inquit, cœrula templa, atque inde ab omnibus mare appellatur cœruleum, refert enim illud eundem, quem ab ipſo ſuperne accipit, cœli nitorem. Quare ex antiquis nonnulli, ut alterum Homeri opus, propter cædes, de

quibus illic Poëta loquitur, colore exornabam
ſanguineo: ſic Odiſſeam ubi Ulyſſis idem ma-
ritimos ſcribit errores, membrana contegebam
cærulea. Sed quoniam cœrulei quædam ſpecie-
eſt pene nigra, ut quod Indicum dicitur, eo
que olim veſtitu Græcæ mulieres amictæ pro
ducebant eorum funera, quorum in cœlum
animas migraſſe cœruleum exiſtimabant, id
circo pro triſti nonnunquam capitur, ut apu
Virgilium, pupis cœrulea Charontis. Imber
que & Sol cœruleus. Cucumis autem cœruleu
nam id quoque legitur, Melopeponem ſignifi
cat, qui inter cucumeres, multa enim ſunt eo
rum genera, pulcherrimus eſt. Nec tantum
cœrulei videtur particeps, ſed ipſius quoqu
mundi gradus, introrſum verſus, attenuato
oſtendit, ut hoc olim de eo luſimus:

Quis neget è cælo miſſum, formamque, coloremque,
Atque gradus Cæli, Nectaris atque refert.

Eſt enim ſapore ſuaviſſimo. Sine ulla dubita
tione, quod nos Cœruleum, Græci dicunt Cya
neum, in quorum etiam commentariis Lazu
rion invenio. Aſcribitur huic generi, qui Vene
tus olim, nunc vulgo Blavus nuncupatur, colo
ex factione Circenſi valde nobilitatus. Fuerun
autem colores in Circo, præter hunc Venetum
Roſeus, Albus & Praſſinus: quibus Auratu
poſtea, purpureus & luteus additi ſunt. De
loco ſuo dicemus.

C

Cæſius, Cap. 11.

Cæſius vero ſic dictus eſſet, ut doctiſſimi viri monumentis olim tradiderunt, quaſi Cœlius à Cœlo, eadem foret in Cœlo & Cæſio diphthongus. Conſtat autem eſſe in iis vocibus diverſam, nihil præterea differret à Cœruleo, quando id ut oſtendimus à cœlo deductum eſt: differt autem ſine dubio, vel ex ipſius Marci Tullii auctoritate, cujus hæc ſunt verba in primo de Natura deorum libro, Cæſios oculos Minervæ, cœruleos eſſe Neptuni. Ad hęc, non, quemadmodum legimus Cœlum, Mare, Veſtem, Florem cœruleum, ita legimus Cœlum, Mare, Veſtem, Florem cęſium: ſed oculos tantum cęſios, veteres dixerunt, quibus ineſt fulgor quidam viſu horrendus. Unde exiſtimo, ſicut Cæſar, & cæſo dicuntur à cędendo, ita cęſium à cæde nominatum eſſe, ut qui cęſius ſit, cædem quodammodo oculis minari videatur: qualis pręlio gaudens & cęde, dicitur fuiſſe Minerva, ex quo illa ab antiquis vocata fuit, ut ego arbitror, Cęſia. Significat hoc M. Cicero, ubi de Catilina ait, Notat & deſignat oculis ad cędem unumquenque noſtrum. Hic qui oculis ad cædem ſenatores deſignabat, Cæſius erat. Cujus etiam oculos Salluſtius inſignis hiſtoricus fuiſſe tradidit fœdos, id eſt cæſios. Cujuſmodi memoriæ

proditum eſt Neronis quoque oculos fuiſſe,
quod ipſum non leve fuit argumentum tyran-
nicæ crudelitatis. Quin à Terentio Cæſii ho-
minis facies dicitur cadaveroſa, hoc eſt imma-
nis, & ſævitiam arguens, qualem Sicarii præ ſe
ferunt & carnifices: quamvis alii parum eruditi
cadaveroſam pro ſublivida expoſuerint. Enim
vero leonis oculos ſi quis inſpexit, qualis ſit hi
color, intelligit. Micant illi, ut ſtudioſe ip
prope conſideravimus, velut ignis penitus fla
grans. Dicitur color hic Græce ab omnibu
Glaucus, quod verbum longo jam uſu Latin
Poëtæ ſuum fecerunt. Latius tamen pate
Glaucus: nam præter oculos noctuinos, quo
ut avis ipſius Græcum nomen declarat, omn
Glaucos eſſe confirmant, multa quoque dicun
tur Glauca, ut vlua paluſtris herba: ut Salix
cujus cum frondes, tum multo magis cortex
ramis, præſertim anniculis, nitet hoc colore
Quem laudat Virgilius in equis, eoſque no
carmine Glaucos appellat, communi Italoru
lingua Bajos nominatos. Nam Spadices hone
ab eodem Poëta ibidem vocati, illuſtriores ſu
aliquanto. Baii & ipſi, ſed clari, vulgo nunc
pati: atque ij duo aliorum omnium maxim
probantur colores in equis. Vlua igitur ſali
quas idem Virgilius Glaucas dixit, equi ite
ſpecies optima, Caſtaneæ, etiam nucis tunic
aliaque multa, præter leonis ac noctuę ocul
colorem Glaucum oſtendunt. Sed ut un
diſceſſi

diſceſſi, redeam, quando Cæſius color tantum eſt oculorum, videndum eſt, ne is ſit potius quem Ariſtoteles Charopon vocat. Sic enim ab illo dicitur leo ab oculorum ſævitia, quem Catullus Poëta doctiſſimus Cæſium appellat: unde Hercules cognomento dictus fuit Charops, quaſi iracunde intuens. Nam Chara græce, ira quoque dicitur latine: & ex eodem ut puto, horrore Charybdis nominata eſt, & Charon: de quo cum inquit Virgilius,

Stant circa lumina flamma,

Cæſium voluit ſenem illum horribilem, ac dirum ſignificare. Quamvis non neſciam, Charopon ab aliis aliter quoque exponi.

Ater. Cap. 3.

HOrribilis etiam color eſt ater dictus, omnino velut Anthrax, id eſt carbo: nam proprie eſt carbonis extincti. Quare ſcite ut omnia, Terentius tam excoctam inquit, reddam, atque atram, quam eſt carbo. Et inde à Virgilio cinis dictus eſt ater, & favilla atra. Sanguis præterea caloris atque coloris ignei particeps, effuſus ac frigefactus amiſſo rubore, tanquam in carbonem mutatus, ater ab omnibus vocatur. Dicitur & mors atra, quia cadaver extincto calore illo vitali, quo corpus aliter, atrum relinquitur, ut eſt carbo, quæ mihi perquam elegans videtur ſimilitudo. Quid quod dies atri eadem de

cauſa dicti fuerunt ? Qui enim luctum affe-
rebant, carbonibus, ut contra dies læti ſcru-
pis ſignabantur gypſis, ex quo Horatius
ait,

Creta an Carbone notandi.

Differt in hoc à colore nigro : quod ut omnis
ater eſt niger, ſic non omnis niger eſt ater: hor-
rendus eſt hic, triſtis, viſu injucundus, lugenti-
bus accommodatus : ille contra nonnunquam
lepidus ac venuſtus: ut humani oculi ſunt com-
plures, quos nemo atros diceret, ſed nigros, iiſ-
que tamen nihil majori cum voluptate ſpecta-
mus. Vocabatur autem ater ab antiquis etiam
Anthracinus, idemque Furnus. Quibus longè
minus ſunt nigri, Lividus & Fuſcus. Alter ex
gravi corporis ictu proveniens deformitatem
habet. Unde invidi aliorum bonis, velut ver-
beribns laniati, & dcirco exangues Liuidi nun-
cupantur. Alter non inſuavis, & in homine
perſæpe laudatur. Qui tamen ſi modum exce-
dit, ac maxime Fuſcûs eſt, & quaſi nigreſcit,
Preſſus dicitur : ut quæ aliquandiu ſub prælo
veſtis preſſa, nimium coloratur. Legimus etiam
equi colorem Preſſum. Secus vero faſciolæ co-
loriſcę dictæ fuerunt, quæ non ſaturatæ, ſed
vix colore aliquo illitæ è coronis dependebant.
Eſt autem forma diminutiva ut Lyciſca, Sy-
riſca. Aquilum veteres hunc Fuſcum à colore
aquæ vocarunt, qui inter nigrum eſt & album:
id quod Plato etiam docet.

Albu

Albus, Cap. 3.

Est autem albus color puriſſimus, quo circa ad animum tranſlatus pro ſyncero capitur, is nullibi quam in nive, clarior eſt, quam tamen atram eſſe Anaxagoras affirmabat. Sumitur pro Pallido, unde timor albus legitur, & metu exalbuit. Quam ob rem Romanæ mulieres quondam funera ſequebantur in veſte alba, tanquam mortui quem efferebant, colorem referrent.

Elucet Candidus, atque oculos delectat. At Candens non hoc tantum eſt, ſed pro ignito accipitur. Itaque Veneris humores recte dixeris Candidos, vel Candentes. Ferrum quod à marito tunditur, non candidum eſt, ſed candens. Ejuſdem generis eſt Canus, qui & ſi ad alia transfertur, proprie tamen eſt capilli, & barbæ ſenilis. Naſcitur equus nonnunquam canus atque albineus, non idem qui & candidus aut albus, ſed hujus non expers. Eſt & color albi nigrique particeps, à Græcis inde Leucophæos, voce jam à noſtris uſurpata, vocatus. Genus eſt id coloris nativi, non enim inficitur, ſed ovis ipſa ſic natura quaſi pingitur. Hunc Sibi Secta Sacerdotum Sumpſit Sanctiſſima, qui nulla tunica linea penitus induti, pro cingulo reſte ſe vinciunt nodoſa, ac ligneis tantum calciamentis uſi, precario victum quæritant.

Pullus. Cap. 5.

QUalis vero ſit Pullus, oſtendit terræ ip
ſius color: major enim illius pars pull
eſt. Itaque quoniam ea mortuis injici
tur, voluerunt veteres, ut qui lugerent, Pulli
palliis, terræ ſimilibus, eſſent amicti. Dorſum
etiam leporinum proprie eſt Pullum: quam o
rem naturæ ipſius doctus magiſterio, terram
recentem ab aratro metu pavidus quærit ille
ibique nonnunquam ſtratus, nullaque re abdi
tus, venatores, caneſque ipſos prætereuntes, a
ſagaciter prope omnia perquirentes, color
tantum beneficio ſępiſſime latet: &, ut in quo
dam epigrammate de lepore diximus,

Quem fuga non rapit ore canum, non occulit umbra,
Concolor immotum ſub Jove terra tegit.

Nulla arte aut impenſa color hic paratur. Na
tura enim ſic provenit, unde Nativus quoque
vocatus eſt, diverſus ab eo de quo locuti ſu
mus. Iamque nos Conſentini, apud quos mult
antiquitatis veſtigia apparent, ſiquidem & Præ
ficæ, ut quondam, mortuos laudant, & Silice
nium in uſu eſt, ac nemo ſine ſuorum oſcu
ſepelitur, utriuſque ſexus veſtimentum fune
bre, Nativum dicimus: quamvis atrum ſit illud
& in mulieribus matrimonio iunctis Cyaneum
quo Græci, ut dictum eſt, olim in funere ute
bantur. Idem quoque Hiſpanus vocatus eſt,
Bæticus, etiam Mutinenſis. In iis enim locis

gen

genus lanæ videtur. Eſt autem Pullus nomen, ut reor, diminutivum à puro, velut à Rara veſtimenti genere fit Ralla, ab opera opella, à terra etiam tellus: ut lana pulla ſit pura, nullo alio colore infecta, ſed ſuo tantum & ingenuo contenta. Colorias hujuſmodi veſtes per ſe coloratas aliqui dixerunt. Poſuit hanc vocem Auguſtinus in ſuo teſtamento, ubi hæc verba leguntur: Gauſapes, Lodices purpureas & Colorias ineas. Atque indidem, ut ſentio, dicti ſunt pulli equorum, aliarumque pecudum, quaſi pura, nulla adhuc libidine aut labore violati. Sunt huic pullo ſimillimi color Impluviatus, dictus velut fumato ſtillicidio implutus: & Suaſus, qui Inſuaſus quoque vocatus, lutum refert. Eſt autem Suaſus è ſtillicidio etiam factus fumoſo, in veſtimento albo. Quare haud dubitantur non alius eſt quam Impluviatus: quamvis aliqui tradiderint colorem omnem, qui fiat inficiendo, ſuaſum dici, quod illi quodammodo ſit perſuaſum, in alium quemvis colorem ex albo tranſire.

Ferrugineus. Cap. 6.

FErrum longo ſitu rubigunoſum, facile oſtendit colorem ab ipſo appellatum ferrugineum: agit enim is, id eſt, refert colorem ferri. Quin & filamenta, quibus ſæpe Conopęum, & multę prętererea veſtes lineæ circumſuuntur, Ferrugineum dicunt infectores.

Tunica

Tunica etiam nuclei pinei lanugine quadam pulverulenta, ferruginea eſt. erat is quoque lugentium color. Itaque capitur nonnunquam & ipſe pro funeſto, atque ea de cauſa Hyacinthi dicti fuerunt à Virgilio Ferruginei, quaſi lugubres, quia puerum, ut eſt in fabulis, caſu interfectum Apollo diu luxit, atque in ejus foliis velut epitaphium, in ſui doloris perpetuum monumentum inſcripſit, non quia vere floris color ſit ferrugineus: eſt enim is, in quem mutatum ferunt adoleſcentulum, purpureus. De Hyacintho in literarum floſculum transformato fecimus hoc:

Nil opus elogio redimire, aut flore ſepulchrum.
Ipſe ſibi flos eſt, elogiumque puer.

Eodem modo cœlum vocatur Ferrugineum, hoc eſt, nubilum & triſte, atque apud eundem Virgilium; Sol caput ſuum nitidum in morte Cæſaris, texit ferrugine, quaſi colorem ſe induit lugenti aptum ut tanti viri cædem Sol ipſe lamentari videretur. Nec alia ratione Charontis naviculam dixit ferrugineam, quam quoniam ea una, loco Sandapilæ, mortuos omnes veſpillo indefeſſus tranſvectat.

Rufus, Cap. 7.

NOn eundem eſſe Rufum, atque Rubrum ex hoc intelligi poteſt, quod recte dicitur ſanguis Ruber, Rufus non recte. Rurſus barbam, & capillum Ænobarbi Rubrum veteres non dixerunt, ſed modo Ru-

ſum, Rutilum modo, qui idem eſt. Quin & canes immolabant Romani ſacerdotes, nunquam rubràs vocatas, ſed quas nunc Rufas nunc Rutilas appellabant, ad placandum Caniculę ſidus, frugibus inimicum. Ex quo manifeſtum eſt Rufum, Rutilumque eundem eſſe, id quod ex antiquis etiam aliqui docent. Et canis igitur colore ſatis noto, atque è multorum barba, & capillo, cujuſmodi ſit color Rufus apparet. Hunc ruſtici in armentis Robum, Gilvumque olim dixerunt, atque etiam Helvum: ut vini genus eſt quoddam inter Rufum, Albumque, nulli non cognitum: quod quoniam Ceraſi colorem refert duracini, Ceraſolum aliqui dicunt Italiæ populi. Sed & Burrham iidem appellabant vitulam, quæ roſtro eſſet Rufo. At homo Burrhus eſt, qui pranſus, cibo & potione rubet, hunc aliqui etiam Rubidum vocant. Invenitur & Rubeus, & ſi aliqui non indocti vocem non eſſe latinam monuerint. Cum tamen apud auctores non malos, ex uvis nigris fieri vinum forte legatur, è Rubeis autem ſuave. Necnon bos Rubeus probetur. Verbum eſt omnino ruſticum, nec prorſus idem color eſt, qui & Ruber, ſed ad eum proxime accedit. Quid quod Ruſſeus etiam legitur? negat quidam è vetuſtis grammaticis dici poſſe, Ruſſum jubet, ex quo pannus eſt Ruſſatus. Utrunque certe latinum eſt, ſed Aratoris magis, quam Oratoris, habent enim & ſua verba, qui ruri vivunt urbanis

non-

nonnullis inaudita. Ruſſeum equum dicunt illi, qui non plane Ruſſus eſt, ſed aliquanto minus ruboris habens, idem fere videtur. Hic autem, quoniam quaſi cruentato ſimilis eſt, hodie ſaginatus, quaſi ſanguinatus vulgo nominatur, quamvis hujus nominis nonnunquam equi albeſcant.

Ruber, *Cap.* 8.

RUbrum maxime indicat animantium ſanguis, & quo lana inficitur, Coccus, granum id à noſtris vocatur, unde veſtis eſt Coccina, nulli ignota. Oſtentat tamen hunc colorem præ cæteris rebus liquor purpuræ, cujus adeo gratus eſt color, ut ſi quid paululum habeat ruboris, modo viſu ſit illud non injucundum, purpureum ſæpe dicatur, ut ſunt violæ & varia florum genera: quin & candidus, is enim quoque oculos remoratur, à Poëtis vocatur nonnunquam Purpureus. Nam & colores Purpureos dixit Horatius, & nivem ipſam purpuream Albinovanus. Invenitur & Blatteus poſitus propureo. Non prætereundus eſt color. Viteis frondibus arefactis ſimilmus, & idcirco Xeranpelinus græce dictus. Uſurpant hanc vocem latini, certum enim Vitis genus adulto jam autumno pampinis rubet velut cruentatis, unde nomen colori inditum eſt. Roſa ab omnibus nunc dicitur ſicca. Atrabapticas veſtes eo colore infectas, quoniam in eo Purpura nigreſceret, aliqui appellaverunt

De ea re fabellam excogitatam his verſiculis fui complexus:

Caderet immeritæ Vitis dum crura, cecidit
Ipſe ſua, & dira cæde Lycurgus obit.
Unde prius viridis, rubet hoſtis ſparſa cruore
Illæſo Vitis ſtipite, & ulta nefas.

Roſeus, *Cap.* 9.

JUcundiſſimus omnium eſt color Roſeus, atque humani corpori, ſi id formoſum eſt, quam ſimilimus. Itaque os, cervicem, papillas, digitos roſeos Poëte dicunt, id eſt candidos, rubeo ſanguinis penitus diffuſo cum venuſtate, isque color proprie eſt quem communis ſermo Incarnatum vocat. Refert enim maxime omnium pueri nitorem, ac virginis roſa, non Mileſiam intelligo: quæ nimis purpurea ardere quodammodo videtur, nec rurſus albam, ſed quæ utrinque decorem accepit, & quia corpus hominis imitatur, quod lingua vernacula carnem appellat, eadem id genus Roſarum incarnatum nominavit. Cicero colorem hunc Suavem dixit.

Puniceus, *Cap.* 10.

A Phœnicibus color Phæniceus, Puniceus quoque dictus flagrat, velut Viola flammea, atque ita à multis olim Purpura vocata fuit violacea, hodie pene nomen ſervat: nam Paonacius, quaſi puniceus dicitur, & ſi aliqui vocem hanc vernaculam à Pavonis colore factam volunt. Phœniceum vero alium ab hoc,

Palma

Palma quæ Phœnix græce eſt, à ſe nominavit: color hic in equo, ut jam diximus, maxime laudatur, qui modo Spadiceus, Bajus modo, Badius etiam & Balius, varijs nominibus vocatus eſt. Termites enim palmarum cum fructu Spadices, & Baja Græci dicunt: unde equus ab equiſonibus appellatur Bajus.

Fulfus, cap. 12.

Ex omnibus maxime lucet fulvus, quem multa jactant, Orichalcum in primis, Aurum ipſæque etiam ſtellæ.

Quas non extingunt venti, non nymbus aquoſa
Nube cadens, celſa ſemper ſed luce coruſcant.

Quare Tibullus propriè ſidera Fulva appellavit. Eſt & aureolæ ſpecies arenæ, quam Fulvam dixit Virgilius, & genus quoddam aquilæ ab Ariſtotile maxime celebrarum, colore etiam Fulvo. Qui ſi optuſus quodammodo eſt, atque obſcuratus, vocatur Ravus. Iamque ſic Horatius lupam appellavit, cujus colorem notomagis verbo plerique omnes Fulvum dixerunt. Tradunt aliqui Ravos oculos, quos in cane & ariete laudat M. Varro inter cæſios eſſe & flavos. Ornat ſæpe color hic Flavus virginum, ac puerorum capita, atque in maturis frugibus ſemper elucet, necnon pro pulchro frequenter poſitum videmus. At Luteum nihil ęque oſtentat, ac flos Calthę & Geniſtę, ovique etiam vitellus. Croceo eſt hic perquam ſimilis, ſed lucidior aliquanto, ab antiquis Flammeus

meus quoque dictus quoniam eo Flaminis uxor Flaminica utebatur. Poteſt hoc loco pallidus poni, ac Luridus, mortui color eſt hic horribilis, ipſiuſque mortis ut poëtæ dicunt, & Plutonis. Ille nonnunquam vel gratus in homine, atque amabilis.

Viridis, Cap. 12.

CUjuſmodi ſit color viridis, ſuppeditat exemplum herbarum multitudo, quarum tanta eſt varietas, ut cum earum vis ſit infinita, nulla tamen æque atque ex iis aliqua, prorſus vireat, ſed omnes inter ſe diſcolores videantur, id quod in reliquis omnibus coloribus apparet. Quare ſi minus eſt hic albus, aut niger, quam ille, non idcirco nomen albi amittit, aut nigri. Ex avibus autem inſignis eſt hoc colore Pſittacus, avis inde à quibuſdam Viridis appellata, & qua nihil lætius eſt, Smaragdus. Maxime quoque lucet viriditas in genere quodam Scarabei, cujus ipſe meminit Ariſtoteles. Is quoniam dorſum habet nota quadam aureola ſic litum atque illuſtratum, ut Lunæ ſpeciem exiguæ ſuſtinere videatur, non invenuſte à nobis Coſentinis equus Lunæ nuncupatur, fecimus hoc jampridem de Scarabeis jocoſum epigramma.

Parvula Siſyphio gens condemnata labori
Quas figula ipſa facit, fertque refertque pilas.
Pars nigra, ut Æthiopum manus uſta caloribus horret,
Regia pars viridi picta colore nitet.

Parva micat cujus dorſo nota, magna minutis
Si conferre licet, Luna puſilla velut.
Dixit equum Lunæ hinc cognomine Brutia tellus.
Quod ſi bellator ſic nituiſſet equus,
Illo capta foret non una Semiramis. eſſent
Centauri & plures, quam genus eſt hominum.

Egregius eſt inter colores, qui virent, praſinus, multorum carminibus collaudatus, nunc viride porrum ab Inferioribus vocatur.

Epilogus, Cap. 13.

LIbet epilogum addere, varietatem proprie de coloribus dici, ex quo veſtis varia, diſcolor eſt diverſiſque coloribus conſuta: Diviſam nunc omnes vocant, & equus varius non totus vel candidus, vel niger, ſed his, aliiſve coloribus diſtinctus: ſic & cœlum varium cujus partes ſerenæ interlucent, partes nubila triſtantur. Atque alium ſæpe pro alio, ſi inter eos affinitas eſt, colorem uſurpant poëtæ, ut lumen Minervæ Flavum dixit Virgilius pro Glauco, quo venuſtatem quoque eſſe in oculis Deæ oſtenderet, quemadmodum amictum Tyberis, cujus aquam alibi Flavam appellavit. Glaucum idem eſſe cecinit: eſt enim inter hos colores ſimilitudo & quaſi vicinitas. Sicut jam dictum eſt, Albus pro Pallido, ac Cœruleus pro ſubviridi poëticè ponitur, proque etiam ſubnigro, multique præterea invicem cedunt. Ex omnibus vero maxime contrarii ſunt Albus, & Niger: quare nihil

æqui-

æque apparet, atque in alba papyro, attramentum. Utebantur veteres, quod nunc etiam ſervatur, cum librorum titulos notarent, colore puniceo in honorem memoriamque Phœnicum, quos literarum tradunt fuiſſe inventores.

Sunt etiam è coloribus aliqui incerti qui intuentium oculos fallunt, ut eſt cœli nitor, quod cum tenebroſum quidam autument, illuſtratum radiis ſolaribus cyaneum videtur, ut Iris, ut quas ſuſpicimus nubes nonnunquam igneſcere, ut mare ipſum, quod præter Cæruleum, modo Atrum horret, modo vireſcit, interdum etiam flavum, Ravumque ſe oſtendit, aut ſpecie quadam purpuraſcit violacea. Non idem quoque decor in collo cernitur Columbæ & Pavonis, unde aves ſæpe dicuntur Verſicolores, quale eſt ſerici genus ſatis notum, quod e diverſis partibus ſpectanti non eundem offert coloris leporem. Diſcolor autem non modo pro vario ſumitur, ſed ſi quid eundem colorem velut radios quoſdam diffundit, ut

Discolor unde auri per ramos aura refulſit.

At Decolor is dicitur, ex cujus ore color defluxit, & exanguis relictus eſt, atque idcirco pro deformi capitur & nigro, ut Decolor Indus: nam Concolorem ejuſdem eſſe coloris nemo ignorat. Adhæc colores bifariam dividuntur, nam auſteri vocabantur reliqui omnes, præter Minium, Purpuriſſum, Cinnabarim,

rim, Armenium, Chryſocollam, Indicum, quos floridos dixerunt. Sed hæc Pictores videant, quibus olim in uſu tantum erat Melinus color, Candidus. Silaceus, qui inter cœruleos nominatur, Sinopis genus rubricæ, & atramentum. Quidam etiam Suaves dicti ſunt, ut Flavus, purpureus, candidus, in primis Roſeus, humanis autem oculis nihil venuſti hominis colore ſuavius videtur. Ineſſe vero coloribus ſuavitatem, præterquam quod ſenſus ipſi judicant. ægregii Latinitatis autores oſtendunt, M. Cicero, & Virgilius Maro, quorum alter ſuavem hominis colorem dixit, ab altero

Suave rubens Hyacinthus

Vocatus eſt. Alii triſtes ſunt & lugubres velut atrum eſſe diximus, Pullum, Ferrugineum, & Cœrulei ſpeciem. Quin ut videntur ſic ſordidi etiam aliqui dicti ſunt, ut de quibu locuti ſumus Suaſus & Impluviatus, iis enir rei ut miſericordiam apud judices captarent, deturbabant. Talem quoque fuiſſe veſtitur Charontis oſtendit Virgilius, cum inquit,

Sordidus ex humeris nodo pendebat amictus

Jam vero colores partim nominati ſunt à loci ut Puniceus, Tyrius, idemque Sarranus. Purpurei ſunt hi, Indicum, Sinopis, Melinus, Hiſpanus, Bæticus, Mutinenſis, de quibus dictum eſt. Coloſſinus à Coloſſo urbe in Troade, ubi lana inficitur florem referens Cyclamini, quod tum Raptum, tum terræ malum, ac Tub

vocatu

vocatur, à nobis Coſentinis Terrigena, fulget flos ille inter candorem & purpuram.

Partim à metallis nuncupati ſunt, ut Plumbeus, Ferrugineus, Argenteus, Aureus. Sed à plantis nomen acceperunt complures, ut præter Phœniceum, id eſt Palmeum, ac Xerampelinum. Buxeus eſt qui pro pallido ſumitur, pallet enim præ cæteris Buxea materia. Roſeus præterea Hyacinthinus, in quo purpura licet ſubnigra, Hyſginus ab Hyſge herba Coccinus, & utrique ſimilis Sandicinus. Violaceus qui & Janthinus, ex quo Tyrianthinus, è purpura, ut nomen indicat, factus & Violiola. Additur his Croceus. Unde Crocotula veſtis genus, ut à Caltha Calthula: à Byſſo lini genere tenuiſſimo Byſſina: erantque hæ omnes Luteæ, ſed Byſſina pene, ut aurum fulgebat. Fuit in uſu veſtis à Citri ſimilitudine, Citroſa dicta. Et quædam coloris candidi, Papaverata à Lucilio Satyrico, cum eam ut probrũ. Torquato objeciſſet, nominata. Invenitur quoque Galbina veſtis alba à Galbano. A Malvæ item floſculo color eſt Molochinus, ut à Punicæ etiam flore Balauſtinus. Virentis quoque Porri folia nomen ex ſe, ut jam diximus fecerũt Praſinum. Multi pręterea ab animalibus vocati ſunt, ut cervinus, murinus. Atque hi colores ſuntin equo notiſſimi. Muſtellinus, de quo Terentius Ictericus, qui Regio morbo laborat, colore à Galguli, quam Græci avem Icteron dicunt. Luteus

eſt hic admodum. Cygnæus, idemque Latiir
Glorinus. i. Candidus, ut contra Coracinu
niger. Adſcribuntur & his Oſtrinus Conch
liatus, Muriceus, Purpureus, ab Hercule ut fa
bulantur, primum inventus. Feci paucos de
re Choriambos, quos viſum eſt hic ponere.

Errat dum bibulis Herculeus littoribus canis,
Nantem forte videt ſpumifero gurgite Purpura
Aggreſſusque ferox corripuit viſcera mordicus.
Nonpaſtus rediit commaculans gramine ſangui
Quem Tyro ſimul ac pulchra videt. nanque e
hæc comes.
Prolutum roſeis candida ſic ora coloribus,
Alcidem alloquitur. Non alio munere te ſequa
Quam ſi picta mihi Palla rubens huic ſimilis dat
Quod nunc per ſpolium terrificæ te rogo Belluæ
Invictaque manus robora, per tela ſonantia,
Non ignota avibus nubila tranſlata fugacibus,
Da ferre hæc (poteris nam omnia) nec te ter
Maris
Circumfuſa palus, Heſperidum quo minus au
Ferres munera. Sic brachiolis fata revinciens
Robuſta implicuit nympha procax colla tenacit
Paret victus amans blandiciis Amphitrionius
Nactusque exanimem, quam expuerat jam m
purpuram
Infecit Tyrio primus ovem Murice candidam.

A rebus denique diverſis nonnulli col
dicti ſunt, ut Igneus, Flammeus. Sic orbis, ni
que Solis ab Attio & Catullo appellatus

Q

Quare color Solis, & quia ita apparet, & ex illorum autoritate Flammeus proprie poteſt vocari. A cœlo, ut jam principio dixi, Cœruleus eſt, Marinus, & Thalaſſinus à Mari: ab unda Cymatilis & Cymatius: idemque eſt in iis omnibus color. Quinetiam ab arcu pluviarum nuncio, Arquatus eſt nominatus. Hyalinus, qui & Vitreus Niveus, Marmoreus, Lacteus, Eburneus, quo dictus fuit cognomento propter candorem corporis Fabius quidam. Amethyſtinus præterea, ex quo Tyriamethyſtus in uſu fuit olim. Sandaracinus, Flammeus eſt is, quibus etiam Impluviatus, ſanguineus, atque Herbidus adduntur. Cereus item, Piceus, Cinereus, ut Cardui genus eſculenti à colore, Cinara vocatum, In hoc autem Carduo eſſe etiam aliam aliquod ipſius virtutis ſimulachrum, pauci quos hic ſubjeci declarant verſiculi.

Ut vallatus acutis
Circum frondibus horret
Intus ſed tamen abdit
Dulcem Carduus eſcam,
Cœlo miſſa ſereno.
Sic virtus puer aſpris
Ambit ſentibus ipſam
Iucundam Ambroſiam Diis.

A ſpumis quoque & maculis, ſpumeus eſt & maculoſus: atque ii equorum ſunt etiam colores, ut à guttis guttatus, cujuſmodi præter equos, canes videntur nonnulli ſagaces, quos

 à muſ-

à muſcarum ſimilitudine Muſcatos dicunt, velut equus ſcutulatus à ſcutulis: quem ab exiguorum pomorum ſpecie Pomulatum vocan equiſones, & ſi orbes ſunt latiuſculi, Rotatum. Videtur ad extremum natura amare Cœruleum: eo enim ut initio diximus mare colluſtravit, ac cœlum ipſum quod nunquam ſtellis fulgentibus ornaſſet, niſi eadem quoque Fulvo maxime delectaretur. Sed quia viciſſim videmus terram, aut viriditate conveſtiri, aut eo ornatu ſpoliatam, Pullam eſſe, aut etiam candore niveo contegi, viridem, pullum, atque album naturę gratum eſſe nemo poteſt dubitare. Nigra inſuper eſt nox, nigri ſunt Indi, atque Æthyopes. Gaudet igitur rerum mater colore nigro, quam à rubro nihil abhorrere, hominum, ac cæterarum animantium ſanguis facile declarat.

Antonii Thyleſii Coſentini de coloribus libri finis.

ARANEOLA.

HÆret Araneolæ laxis dum caſſibus errans.
Muſca levis, conata fugam ſeſe magis ultro
Implicat, & quatiens alas ſtridore coruſcat.
Effugium dum quæ ſcrutatur, labitur ecce

Illico

Illico Araneola, opperiens ſi præda feriret
Reticulum, tenui quod ſtamine neverat ipſa,
Sub Salice, & trepidam ſævo rapit improba morſu
Illa iterum fremitu reſonans, pedibuſque repugnans
Concutitur, ſed nulla datur fuga, forcipe nanque
Preſſit atrox, urgetque tenax, perque omnia verſat.
At tandem magno luctamine victa puſillam
Expirans animam moritur miſerabilis ales.
Callida ſed quam ſit cæcas componere fraudes,
Omnibus inque locis innectere tenuia fila,
Eſt operæprecium cognoſcere. Rixa puellæ
Mœoniæ vulgata diu eſt, quis Palladis ira,
Seu livore magis mutatam neſcit, amaret
Infelix dum ſe Cœleſtibus æquiparare?
Sive in amore ſoror fratris deprenſa Phalangis
Caſta Deæ furtim templa inceſtavit Arachne.
Appula nunc etiam puer unde per oppida paſſim
Multi pedem repit faciem contractus in atram.
Iamque vetus retinent metuenda Phalangia nomen.
Quis tamen ipſa novum dedit urbs quoque priſca
Tarenti
Principio ignaros rerum ne occulta merentur,
Quicquid id eſt, pro quod delabitur, aut ſpuit ore,
Aut denſo exterius ceu glomere fila revolvit.
Quod ſimulac lucem ſuſpexit Araneus ipſum
Emittit victumque ſibi molitur, & uſque
Nectit fila levi dejectus corpora ſaltu.
Itque, reditque citus, ſurſum modo repit, & altum
Iam tenet, hinc rurſus ſuſpenſus decidit, & jam
Mille viis æquo diſcrimine texuit orbem.

Tum malus inſidias ſub opacis frondibus abdit.
Ne ſi forte oculis volucrum leve cerneret agmen
Exitium, aufugeret tremefactum corde pavore.
Sic poſitis tandem laqueis, procul occuluit ſe.
Proſpectatque, plagis ſiquid novus incidit auceps.
Ecce feri Culices, Muſcæque, atque id genus omne:
Alituum, volat imprudens, & retibus ultro
Infertur, laxatque ſinus, atque omnia miſcet.
E ſpecula intentus raptim ſeſe jacit alta
Explorator, & implicitas has mordicus, atque has
Diripit, ac circum lictor ligat, atque ita acervat
Omnia venatu aſſiduo, victumque repònit.
Sed ne forte leves volucres, infirmaque tantum
Hunc captare putes, triſtem ſub tegmina Aſilum
Denſa tenent, ſevitque furens detentus, at illum
Ingluvie accurrens Venator conficit atra.
Quid referam Fucos, & quicquid virus amara
Geſtat acu? quoties captum fremit, ac velut ipſos
Damnatos factæ ſuſpendit Aranea cædis.
Spectaturque diu paſſim, ſpolia ampla, cadaver.
Voce minans quamvis immane ſuperbiat armis.
Quodque venenatis fert telis vulnus inurat.
Quin tantis etiam ſtimulis furit ictus edendi,
Involet apricos it in eo ipſos ſæpe lacertos.
Frenet & in caſſum torquens ſua terga, nec ullis
Saltibus excuſſus, cœcis premat undique vinclis.
Nec mora fit, raptet quin ſubterraneus illos,
Cacus ut averſos retrahebat in antra juvencos.

Ejusdem Cicindela.

Tantula nocte volans volucris micat aëre tantum
Ardenti ſimilis ſcintillæ, quam puer olim
Æquales inter metuebam tangere, ne me
Vreret, infirma eſt ætas cum neſcia rerum.
Quæ quoniam noctu lucet, cognomen adepta eſt.
Aut incenſa nitet quoniam, velut ignea lampas,
Cauda ſit una licet, nomen non eſt tamen unum.
Hæc modo ſumma petens commotis emicat alis.
Rurſus & adductis fulvum decus aurea condit,
Ardentique procul fugiens levis igne coruſcat.
Et quocunque volat, ſecum ſua lumina geſtat,
Lumina, quæ tenebras arcent, quæ flamina tenunt.
Nunc, velut obſequioſa videntibus, advolat atq;
Fit magis, atque propinqua magis ſcintillat & ante
Ora, minuta velut candentis fruſtula ferri,
Verbere quæ aſſiduo fornacibus excutiuntur.
Ex quo rapta Iovi Stygio Proſerpina, nanque
Vna fuit comitum, veterum mutata figuram.
Quærit adhuc dominæ veſtigia, & omnia luſtrat.
Omniparens Natura, hominũ, rerumq; creatrix,
Difficilis, Facilis, Similis tibi, diſſimiliſque,
Nulligena, Indefeſſa Ferax, te pulchrior ipſa.
Solaque quæ tecum certas, te & victa revincis.
Omnia me nimis afficiunt, quo lumina cunque
Verto libens, nihil eſt non mirum, Dædala quod tu
Effingis, rebusque animam ſimul omnibus afflas,
Vnde vigent, quæcunque videntur pabula, frondes,
Et genus aligerum, pecudeſque, & ſquamea turba.

INDEX COLORUM.

A.

ALbus. cap.xiij
Amethyſtin. cap.xiij
Anthracinus cap.iij
Aquilus cap.iij
Arquatus cap.xiij
Argenteus cap.xiij
Ater cap.iij
Aureus cap.xiij
Auſterus cap.xiij

B

BAdius. cap.x
Bæticus cap.v
Bajus cap.x
Balius cap.x
Balauſtinus cap.xiij
Blatteus cap.viij
Burrus cap.vij
Buxeus cap.xiij
Byſſinus cap.xiij

C.

CÆſius cap.ij
Candidus cap.iiij
Candens cap.iiij
Canus cap.iiij
Cervinus cap.iij
Cereus cap.xiij

C

Cinereus cap.xi
Cæruleus cap
Coccinus cap.vi
Coloſſinus cap.xii
Concolor cap.xii
Conchyliatus cap.xii
Coracinus cap.xii
Croceus cap.xj.xii
Cyaneus cap.
Cymatilis. cap.xiij

D

DEcolor cap.xiij
Diſcolor cap.xiij

F

FLavus cap.xj
Flammeus cap.xiij
Flameus cap.xj
Ferrugineus cap.vj
Floridus cap.xiij
Fulvus cap.xj
Furvus cap.iij
Fuſcus cap.iij

G

GAlbinus cap.xiij
Gilvus cap.vij

Glaucus

Glaucus cap.ij
Guttatus cap.xiij

H

Helvus cap.vij
Herbidus cap.xiij
Hiſpanus cap.v
Hyacinthinus cap.xiij
Hyſginus cap.xiij
Hyalinus cap.xiij

I

Ianthinus cap.xiij
Ictericus cap.xiij
Igneus cap.xiij
Impluviatus cap.v
Incertus cap.xiij
Inſuaſus cap.v

L

Leucophaeus cap.iiij
Lividus cap.iij
Luridus cap.xj
Luteus cap.xj

M

Maculoſus cap.xiij
Marinus cap.xiij
Melinus cap.xiij
Molochinus cap.xiij
Murinus cap.xiij
Muriceus cap.xiij
Muſtellinus cap.xiij
Mutinenſis cap.xiij

N

Nativus cap.iiij.v
Niger cap.iij

O

Olorinus cap.xiij
Oſtrinus cap.xiij

P

Pallidus cap.xj
Plumbeus cap.xiij
Phœniceus cap.x
Praſinus cap.xij
Preſſus cap.iij
Pullus cap.v
Puniceus cap.x.& xiij.
Purpureus cap. viij & xiij

R

Ravus cap.xj
Robus cap.vij
Roſeus cap.vij
Ruber cap.vij & viij
Rubidus cap.vij
Rubeus cap.vij
Rufus cap.vij
Ruſſus cap.vij
Ruſſeus cap.vij
Rutilus cap.vij

Sarranus

INDEX COLORVM.

S.

SArranus. cap. xiij
Sandycinus. cap. xiij
Sandaracinus. cap. xiij
Sanguineus. cap. xiij
Scutulatus. cap. xiij
Silaceus. cap. xiij
Sordidus. cap. xiij
Spumeus. cap. xiij
Suaſus. cap. xiij
Suavis. cap. xiij

T.

THalaſſinus. cap. xiij
Tyrus. cap. xiiij
Tyrianthinus. cap. xii
Tyriamethyſtus. cap. xi

V.

VArius. cap. xiiij
Venetus. cap. ij
Verſicolor. cap. xiiij
Violaceus. cap. xiiij
Viridis. cap. xiij
Vitreus. cap. iiij
Xerampelinus. cap. v

F I N I S.

Errata in Præfatione.

pag. * 4. *linea* 18. liber *leg.* librum. *lin.* 21. ventilatæ *leg.* ventilatas.